


Messale che apparteneva alla
Chiesa di S. Pietro
di Cavasso
e donato da D.n Carlo Riva
alla Biblioteca del Semin.
1876.



Missale Romanum

Ex Decreto Sacrosancti Concilij Tridentini restitutum:

Et Pij V. Pont. Max.

Iussu editum.



VENETIIS,
Apud Franciscum Rampazetum.
MDLXXIII



PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.



Vo primum tempore ad Apostolatus apicem assumpti fuimus, ad ea libenter animum, viresque nostras intendimus, ⁊ cogitationes omnes direximus, quę ad ecclesiasticum purum retinendum cultum pertinerent, eaque parare, ⁊ Deo ipso adiuuãte, omni adhibito studio efficere contendimus. Cũq; inter alia sacri Tridentini Concilij decreta, nobis statuendũ esset de sacris libris, Catechismo, Missali, ⁊ Breuiario edendis atq; emendandis: edito iam Deo ipso annuẽte ad populi eruditionẽ Catechismo, ⁊ ad debitas Deo persoluẽdas laudes Breuiario castigato, omnino, vt Breuiario Missale responderet, vti congruũ est, ⁊ conueniẽs, (cum vnum in ecclesia Dei psallendi modum, vnũ missę celebrandę ritum esse maxime deceat) necesse iam videbatur, vt quod reliquũ in hac parte esset, de ipso nempe missali edendo, quamprimũ cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus: qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetustis nostrę Vaticanę bibliothecę, alijsq; vndiq; conquisitis, emendatis, atq; incorruptis codicibus, necnon veterũ cõsultis ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorundẽ rituum instituto monumenta nobis reliquerunt, ad pristinam Missale ipsum sanctorũ patrũ normã ac ritum restituerũt. Quod recognitum iam, ⁊ castigatum mature adhibita consideratione, vt ex hoc instituto, ceptoq; labore fructus omnes percipiant, Romę quamprimũ imprimi, atq; impressum edi mandauimus, nempe vt sacerdotes intelligant, quibus precibus vti, quos ritus, quasue ceremonias in missarum celebratione retinere posthac debeant. Vt autem a sacrosancta Romana ecclesia ceterarum ecclesiarum matre ⁊ magistra, tradita vbiq; amplectãtur omnes, ⁊ obseruent: nẽ in posterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Christiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, ⁊ Parochialibus, Secularibus, ⁊ quorumuis ordinum Monasteriorum, tam virorum, quam mulierũ, etiã militiarũ regularibus, ac sine cura ecclesijs vel Capellis in quibus missa Conuentualis alta voce in choro, aut demissa celebrari iuxta Romanę ecclesię ritũ consueuit, vel debet, alias, quam iuxta Missalis a nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, etiamsi eędẽ ecclesię quouis modo exemptę apostolicę sedis indulto, consuetudine, priuilegio, etiã iuramẽto, confirmatione apostolica, vel alijs quibusuis facultatib⁹ munitę sint: nisi ab ipsa prima institutione a sede apostolica approbata, vel cõsuetudine, quę vel ipsa institutio super ducentos annos missarum celebrandarum in eisdẽ ecclesijs assiduę obseruata sit: a quibus, vt prefatã celebrandi constitutionẽ vel consuetudinẽ nequaquã auferimus, sic si Missale hoc quod nũc in lucẽ edi curauimus, ijsdẽ magis placeret, de Episcopi vel Prelati, Capitulíq; vniuersi consensu, vt quibusuis nõ obstantibus, iuxta illud missas celebrare possint permittimus: ex alijs vero omnibus ecclesijs prefatis eorundẽ Missaliũ vsũ tollendo, illaq; penitus, ⁊ omnino reijciẽdo, ac huic missali nostro nuper edito, nihil vnquã addendũ, detrahendũ, aut immutandũ esse decernẽdo, sub indignationis nostrę pena, hac nostra perpetuo valitura cõstitutione statuimus, ⁊ ordinamus. Mandantes ac districte omnibus, ⁊ singulis ecclesiarũ ꝑdictarũ Patriarchis, Administratoribus, alijsq; personis quacumq; ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiã si sanctę Romanę Ecclesię Cardinales, aut cuiusuis alterius grad⁹, ⁊ preeminẽtię fuerint, illis in virtute sanctę obedientię precipientes: vt ceteris omnibus rationibus ⁊ ritibus ex alijs missalibus quantumuis vetustis hactenus obseruari cõsuetis, in posterum penitus omissis, ac plane reiectis, missam iuxta ritum, modũ, ac normã, quę per missale hoc a nobis nunc traditur, decãtent, ac legant: neq; in missę celebratione alias ceremonias vel preces, quam quę hoc missali continentur, addere vel recitare presumant. Atq; vt hoc ipsũ missale in missa decantãda, aut recitanda in quibusuis ecclesijs absq; vllo consciẽtię scrupulo, aut aliquarum penarũ, sententiarum, ⁊ censurarũ incursu posthac omnino sequantur: eoque libere ⁊ licite vti possint ⁊ valeant auctoritate apostolica, tenore presentium etiã perpetuo concedimus, ⁊ indulgemus. Neve presules, administratores, Canonici, Cappel-

lani, ꝛ alij quocunque nomine nuncupati Presbyteri seculares, aut cuiusuis ordinis regulares, ad missam aliter, quam a nobis statutum est, celebrandam teneantur, neque ad Missale hoc immutandum a quolibet cogi, ꝛ compelli, presentes ve literę vllo vnquam tempore reuocari, aut moderari possint, sed firmę semper ꝛ validę in suo existant robore, similiter statuimus ꝛ declaramus. Non obstantibus pręmissis, ac constitutionibus, ꝛ ordinationibus apostolicis, ac in prouincialibus, ꝛ synodalibus concilijs editis, generalibus vel specialibus constitutionibus, ꝛ ordinationibus: necnon ecclesiaruꝫ prędictarum vsu longissima ꝛ immemorabili pręscriptione, non tamen supra ducentos annos roborata, statutis, ꝛ consuetudinibus contrarijs quibuscunque. Volumus autem, ꝛ eadem auctoritate decernimus, vt post huius nostrę constitutionis, ac Missalis editionem, qui in Romana adsunt Curia presbyteri post mensem: qui vero intra montes, post tres, ꝛ qui vltra montes, incolunt, post sex menses aut cum primum illis missale hoc venale propositum fuerit iuxta illud missam decantare vel legere teneantur. Quod vt vbiqꝫ terrarum incorruptum ac mendis, ꝛ erroribus purgatuꝫ pręseruetur, omnibus in nostro ꝛ sanctę Romanę Ecclesię Dominio mediate, vel immediate subiecto commorantibus impressoribus, sub amissionis librorum ac centuꝫ ducatorum auri, Camerę Apostolicę ipso facto applicandorum, alijs vero in quacunque orbis parte consistentibus sub excõmunicationis latę sententię ꝛ alijs arbitrij nostri pęnis: ne sine nostra vel specialis ad id Apostolici Commissarij in eisdeꝫ partibus a nobis constituendi, ac nisi per eundem Commissarium eidem impressori missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso impressore erit accipienda norma, cum Missali in Vrbe secundum magnam impressionem impresso collatum fuisse, ꝛ concordare, nec in nullo penitus discrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant, vel pręsumant, auctoritate apostolica, ꝛ tenore presentium similibus inhibemus. Veruꝫ quia difficile esset presentes literas ad quęque Christiani orbis loca deferri, ac primo quoqꝫ tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Basilicę principis apostolorum, ac Cancellarię apostolicę, ꝛ in acie Campi Florę de more publicari, ꝛ affigi, ac earundeꝫ literarũ exemplis etiaꝫ impressis, manu alicuius publici tabellionis subscriptis, necnon sigillo personę in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eandem prorsus indubitatam fidem vbique gentiuꝫ, ꝛ locoruꝫ haberi pręcipimus, quę presentibus haberetur, si ostenderentur vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostrę permissionis, statuti, ordinationis, mandati, pręcepti, concessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, ꝛ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis auteꝫ hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri ꝛ Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romę apud sanctuꝫ Petrũ, Anno Incarnationis Dominicę, Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo. Pridie Idus Iulij, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cę. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo. Indictione Decimatertia, die vero Vigesimanona mensis Iulij. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, ꝛ Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papę Quinti, anno quinto retroscriptę literę publicatę, ꝛ affixę fuerunt ad valuas Basilicę principis apostolorum, ac Cancellarię apostolicę, ꝛ acie Campi Florę, vt moris est, per nos Ioannem Andream Rogerium, ꝛ Philibertum Cappuis Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

Tabula literarum Dominicalium.

A	G	F	D	C	B	A	F	E	D	C	A	G	F
		E				G				B			
E	C	B	A	G	E	D	C	B	G	F	E	D	B
D				F				A				C	

IN tabula suprascripta, literam Dominicalem singulis annis hoc pacto inuenies: Primam literam, quę est A, tribue anno 1570. sequentem, quę est G, tribue anno 1571. sicque deinceps progredere quousque peruenias ad numerum anni, cuius literam scire vis: quia litera super quam cadit numerus illius anni erit litera Dominicalis. Quę si vnica occurrerit, annum communez esse intelliges: si duplex, bissextilez. Et tunc prior, idest, superior vsque ad festum s. Matthię apostoli deseruiet: inferior autem ad reliquam anni partem accommodabitur. Sciendum autem, quod finitis 28. annis, redeundum est ad principium cum annis tunc currentibus.

Aureus numerus.

xiij. xiiij. xv. xvj. xvij. xviij. xix. j. ij. iij. iiij. v. vj. vij. viij. ix. x. xj. xij.

SImili modo, vt dictum est de litera dominicali, deprehendes etiam aureum numerum in suprascripta numerorum serie. Nam primum numerum, qui est xiij. tribue anno 1570. sequentem qui est xiiij. tribue anno 1571. & sic deinceps donec ad annum tuum peruenias: & finitis decem & nouem annis, regredere iterum ad principium.

De Nouilunio.

AVreum numerum in Calendario singulis mensibus ita accommodatum inuenies, vt ibi semper intelligas esse Nouilunium, vbi cadit numerus illius anni: cuius Nouilunium scire desideras.

De anno, & eius partibus.

ANnus Menses habet duodecim, hebdomadas duas & quinquaginta, & diem vnum, Dies vero trecentos sexagintaquinqз, & sex horas: tanto enim temporis internallo Sol zodiacum perlustrat. Quater autem sex horę singulis quaternis annis diem constituunt: hinc annus ille intercalaris, Bissextilis dicitur.

Elucidatio Calendarij.

IN Calendario locatur, primo Aureus numerus, deinde literę Dominicales feriarum: tertio numerus Calendarum, Nonarum, & Iduum: quarto dies duodecim Mensium iuxta numerum: vltimo ponuntur festa Sanctorum.

I

IANVARIVS

xix	A	Calendis.	1	Circuncisio Domini, duplex. fol. 18.
viij	b	iiij no.	2	Octaua sancti Stephani. duplex. cum cõme. octauarum. 19.
	c	iij no.	3	Octaua sancti Ioan. duplex. cum comme. oct. S. Inno. 19.
xvj	d	Prid. no.	4	Octaua sanctorum Innocentium. duplex. 19.
v	e	Nonis.	5	Uigilia. 19.
	f	viij id.	6	Epiphania Domini. duplex. 20.
xiij	g	vij id.	7	De octaua Epiphanię.
ij	A	vj id.	8	De Octaua.
	b	v id.	9	De Octaua.
x	c	iiij id.	10	De Octaua.
	d	iij id.	11	De octaua. & comme. S. Hyginij papę & marty. 182.
xviij	e	Prid. id.	12	De Octaua.
vij	f	Idibus.	13	Octaua Epiphanię. duplex. 22.
	g	xix cal.	14	Hilarij episcopi & confessoris: semiduplex. fuit heri, cum commemo. s. Felicis in pincis marty. 182.
xv	A	xviij cal.	15	Pauli primi Eremitę, semiduplex. fuit 10. huius, cum commemo. sancti Mauri abbatis. 182. & 183.
iiij	b	xvij cal.	16	Marcelli Papę & martyris. semiduplex 183.
	c	xvj cal.	17	Antonij Abbatis, duplex. 183.
xij	d	xv cal.	18	Cathedra sancti Petri Romę. duplex. & commemor. Sanctę Priscę virginis & marty. 183.
j	e	xiiij cal.	19	Marij, Marthę, Audifax, & Abacum martyrum. 184.
	f	xiij cal.	20	Fabiani & Sebastiani martyrum. duplex. 184.
ix	g	xij cal.	21	Agnetis virginis & martyris, duplex. 185.
	A	xi cal.	22	Uincentij, & Anastasij martyrum. semiduplex. 185.
xvij	b	x cal.	23	Emerentianę virginis & martyris. 185.
vj	c	ix cal.	24	Timothei episcopi & martyris. 185.
	d	viij cal.	25	Conuersio sancti Pauli Apostoli. duplex. 186.
xiiij	e	vij cal.	26	Polycarpi episcopi & martyris. 187.
iij	f	vj cal.	27	Ioannis Chrysostomi episcopi & confessoris. duplex. 187.
xj	g	v cal.	28	Agnetis secundo. 188.
	A	iiij cal.	29	
xix	b	iij cal.	30	
viij	c	Prid. calē.	31	

FEBRVARIVS

	d	Calendis.	1	Ignatij episcopi & marty. semiduplex. 188.
xvj	e	iiij no.	2	Purificatio beatę Marię, duplex. 190.
v	f	iij no.	3	Blasij episcopi & martyris. 190.
	g	Prid. no.	4	
xiij	A	Nonis	5	Agathę virginis & martyris. semiduplex. 190.
ij	b	viij id.	6	Dorotheę virginis & martyris. 191.
	c	vii id.	7	
x	d	vi id.	8	
	e	v id.	9	Apollonię virginis & martyris. 191.
xviij	f	iiij id.	10	
vij	g	iij id.	11	
	A	Prid. id.	12	
xv	b	Idibus.	13	
iiij	c	xvj cal.	14	Ualentini presbyteri & martyris. 191.
	d	xv cal.	15	Faustini & Iouitę martyrum. 191.

xvi	e	xiiij	cal.	16	
j	f	xiij	cal.	17	
	g	xij	cal.	18	Simeonis episcopi, & martyris. 191.
ix	A	xj	cal.	19	
	b	x	cal.	20	
xvij	c	ix	cal.	21	Cathedra sancti Petri Antiochię, duplex. 191.
vj	d	viij	cal.	22	Vigilia. 191.
	e	vij	cal.	23	Matthię Apostoli duplex. 191.
xiiij	f	vj	cal.	24	
iij	g	v	cal.	25	
	A	iiij	cal.	26	
xj	b	iij	cal.	27	
	c	Prid.	cal.	28	

¶ Anno bissextili additur vnus, dies, & fit dierum 29. Sed festum Sancti Matthię celebratur die 25. & tunc dicitur bis, sexto Calendas. hoc est 24. & 25. die, & sic litera Dominicalis mutatur in superiorem. vt si fit D, in C, si fit C, in B, similiter & in alijs.

MARTIVS

xix	d	Calendis.		1	
viij	e	vj	no.	2	
	f	v	no.	3	
xvj	g	iiij	no.	4	
v	A	iij	no.	5	
	b	Prid.	no.	6	
xiij	c	Nonis.		7	Sancti Thomę de Aquino confessoris, duplex. & commemo. sanctorum Perpetuę, & Felicitatis martyrum. 192.
ij	d	viij	id.	8	
	e	vij	id.	9	Quadraginta martyrum, semiduplex. 193.
x	f	vj	id.	10	
	g	v	id.	11	
xviij	A	iiij	id.	12	Gregorij Papę & confessoris, & Ecclesię doctoris, duplex. 193.
vij	b	iij	id.	13	
	c	Prid.	id.	14	
xv	d	Idibus.		15	
iiij	e	xvij	cal.	16	
	f	xvj	cal.	17	
xij	g	xv	cal.	18	
j	A	xiiij	cal.	19	Ioseph confessoris, duplex. 193.
	b	xiij	cal.	20	
ix	c	xij	cal.	21	Benedicti Abbatis. duplex. 194.
	d	xj	cal.	22	
xvij	e	x	cal.	23	
vj	f	ix	cal.	24	
	g	viij	cal.	25	Annunciatio Beatę Marię. duplex. 194.
xiiij	A	vij	cal.	26	
iij	b	vj	cal.	27	
xj	c	v	cal.	28	
	d	iiij	cal.	29	
xix	e	iij	cal.	30	
viij	f	Prid.	cal.	31	

APRILIS

	g	Calendis.		1	
xvj	A	iiij	no.	2	
v	b	iij	no.	3	
	c	Prid. no.		4	
xiij	d	Nonis.		5	
ij	e	viij	id.	6	
	f	vij	id.	7	
x	g	vj	id.	8	
	A	v	id.	9	
xviij	b	iiij	id.	10	
vij	c	iij	id.	11	Leonis Papę ꝛ confessoris. duplex. 195.
	d	Prid. id.		12	
xv	e	Idibus.		13	
iiij	f	xviij	cal.	14	Tiburtij, Valeriani, ꝛ Maximi martyrum. 195.
	g	xvij	cal.	15	
xij	A	xvj	cal.	16	
j	b	xv	cal.	17	Aniceti Pape ꝛ martyris. 195.
	c	xiiij	cal.	18	
ix	d	xiij	cal.	19	
	e	xij	cal.	20	
xvij	f	xi	cal.	21	
vj	g	x	cal.	22	Sotheris ꝛ Caij pontificum ꝛ martyrum. semiduplex. 195.
	A	ix	cal.	23	Georgij martyris, semiduplex. 195.
xiiij	b	viij	cal.	24	
iij	c	vij	cal.	25	Marci Euangeliste, duplex. 196.
	d	vj	cal.	26	Cleti ꝛ Marcellini pontificum, ꝛ martyrũ. semiduplex. 196.
xj	e	v	cal.	27	
	f	iiij	cal.	28	Vitalis martyris. 196.
xix	g	iij	cal.	29	
viij	A	Prid. calẽ.		30	

MAIVS

xvj	b	Calendis.		1	Philippi, ꝛ Iacobi apostolorum. duplex. 196.
v	c	vj	no.	2	Athanasij episcopi ꝛ confessoris, duplex. 197.
	d	v	no.	3	Inuentio sancte Crucis. duplex. ꝛ commemo. sanctorum Alexandri, Euentij, ꝛ Theoduli martyrum, ac Iuuenalis episcopi ꝛ confessoris. 198.
xiij	e	iiij	no.	4	Monicę viduę. 199.
ij	f	iij	no.	5	
	g	Prid. no.		6	Iohannis ante portam Latinam, duplex. 199.
x	A	Nonis		7	
	b	iv	id.	8	Apparitio sancti Michaelis, duplex. 199.
	c	vij	id.	9	Sancti Gregorij Theologi episcopi ꝛ cõfessoris. duplex. 199.
xviij	d	vj	id.	10	Gordiani, ꝛ epimachi martyrum. 199.
vij	e	v	id.	11	
	f	iiij	id.	12	Nerei, Archilei, ꝛ Pancratij martyrum. 200.
xv	g	iij	id.	13	
iiij	A	Prid. id.		14	Bonifacij martyris. 200.
	b	Idibus.		15	

xiij	c	xvij	cal.	16	
j	d	xvj	cal.	17	
	e	xv	cal.	18	
ix	f	xiiij	cal.	19	Pudentianę virginis. 200.
	g	xiij	cal.	20	
xvij	A	xij	cal.	21	
vj	b	xj	cal.	22	
	c	x	cal.	23	
xiiij	d	ix	cal.	24	
iij	e	viij	cal.	25	Urbani Papę ⁊ martyris. 200.
xj	f	vij	cal.	26	Eleutherij Papę ⁊ martyris. 201.
	g	vj	cal.	27	Johannis Papę ⁊ martyris. 201.
	A	v	cal.	28	
xix	b	iiij	cal.	29	
viij	c	iij	cal.	30	Felicis Papę ⁊ martyris. 201.
xvj	d	Prid. cale.		31	Petronille virginis. 201.

IVNIVS

v	e	Calendis.		1	
	f	iiij	no.	2	Marcellini, Petri, ⁊ Erasmi martyrum. 201.
xiij	g	iij	no.	3	
ij	A	Prid. no.		4	
	b	Nonis.		5	
x	c	viij	id.	6	
	d	vij	id.	7	
xviij	e	vj	id.	8	
vij	f	v	id.	9	Primi, ⁊ Feliciani martyrum. 201.
	g	iiij	id.	10	
xv	A	iij	id.	11	Barnabę Apostoli. duplex. 201.
iiij	b	Prid. id.		12	Basilidis, Cyrini, Naboris, ⁊ Nazarij martyrum. 202.
	c	Idibus.		13	
xij	d	xviij	cal.	14	Basilij episcopi ⁊ confessoris, duplex. 202.
j	e	xvij	cal.	15	Uiti, Modesti, ⁊ Crescentię martyrum. 203.
	f	xvj	cal.	16	
ix	g	xv	cal.	17	
	A	xiiij	cal.	18	Marci, ⁊ Marcelliani fratrum, martyrum. 203.
xvij	b	xiij	cal.	19	Geruasij, ⁊ Prothasij martyrum. 203.
vj	c	xij	cal.	20	Siluerij Papę ⁊ martyris. 204.
	d	xj	cal.	21	
xiiij	e	x	cal.	22	Paulini episcopi, ⁊ confessoris. 204.
iij	f	ix	cal.	23	Uigilia. 205.
	g	viij	cal.	24	Natiuitas sancti Johannis Baptiste, duplex. 205.
xj	A	vij	cal.	25	De octaua Natiuitatis sancti Johannis Babptiste.
	b	vj	cal.	26	Johannis, ⁊ Pauli martyrum. semiduplex. cum commemora. Octauę Natiuit. sancti Johannis. 206.
xix	c	v	cal.	27	De octaua Natiuita. sancti Johannis.
viij	d	iiij	cal.	28	Leonis secundi Papę ⁊ confessoris. semiduplex. cum comme. Octauę. 207. Uigilia. 207.
	e	iij	cal.	29	Petri, ⁊ Pauli Apostolorum. duplex. 207.
xvj	f	Prid. cale.		30	Commemoratio sancti Pauli Apostoli, duplex. cum commemora. Octauę sancti Johannis. 208.

I V L I V S

v	g	Calendis.	1	Octa. S. Johan. Baptistę. duplex. cū comme. octa. apost. 209.
	A	vj no.	2	Visitatio beatę Marię, duplex. cum commemora. octauę aposto. ꝛ sanctorum Processi, ꝛ Martiniani martyrum. 209.
xiij	b	v no.	3	De octaua Apostolorum. 210.
ij	c	iiij no.	4	De octaua.
	d	iij no.	5	De octaua.
x	e	Prid. no.	6	Octaua apostolorum Petri, ꝛ Pauli, duplex. 210.
	f	Nonis.	7	
xviij	g	viij id.	8	
vij	A	vij id.	9	
	b	vj id.	10	Septem fratrum martyrum, ꝛ sanctorum Ruffine ac Secundę virginum, ꝛ martyrum. semiduplex. 211.
xv	c	v id.	11	Pij Papę ꝛ martyris. 211.
iiij	d	iiij id.	12	Naboris ꝛ Felicis martyrum. 211.
	e	iij id.	13	Anacleti Papę ꝛ martyris, semiduplex. 212.
xij	f	Prid. id.	14	Bonauenturę pontifi. ꝛ confessoris, semiduplex. 212.
j	g	Idibus.	15	
	A	xvij cal.	16	
ix	b	xvj cal.	17	Alexij confessoris. 212.
	c	xv cal.	18	Symphorosę cum septem filijs martyrum. 212.
xvij	d	xiiij cal.	19	
vj	e	xiij cal.	20	Margaritę virginis ꝛ martyris, 213.
	f	xij cal.	21	Praxedis virginis. 213.
xiiij	g	xj cal.	22	Marię Magdalenę, duplex. 213.
iij	A	x cal.	23	Apollinaris episcopi ꝛ martyris. semiduplex. 214.
xj	b	ix cal.	24	Vigilia, ꝛ commemo. sanctę Christinę virginis ꝛ marty. 214.
	c	viij cal.	25	Jacobi Apostoli. duplex. ꝛ commem. scti Christophori martyris in missis priuatis. 214.
xix	d	vij cal.	26	
	e	vj cal.	27	Pantaleonis martyris, 215.
viij	f	v cal.	28	Nazarij, Celsi, ꝛ Victoris Papę, martyrum, ꝛ Innocentij Papę ꝛ confessoris. semiduplex. 215.
xvj	g	iiij cal.	29	Marthę virginis. semiduplex. ꝛ commemora. sanctorum Felicis Papę, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis marty. 215.
v	A	iij cal.	30	Abdon, ꝛ Sennen martyrum. 216.
	b	Prid. cal.	31	

A V G V S T V S

xiij	c	Calendis.	1	Petri ad vincula. duplex. ꝛ comme. S. Machabeorū mar. 216.
ij	d	iiij no.	2	Stephani Papę ꝛ martyris. 216.
	e	iij no.	3	Inuentio sancti Stephani prothomartyris. semiduplex. 217.
x	f	Prid. no.	4	Dominici confessoris. duplex. 217.
	g	Nonis.	5	Dedicatio sanctę Marię ad Niues. duplex. 217.
xviij	A	viij id.	6	Transfiguratio Domini duplex. ꝛ commemo. sanctorum Xisti secundi Papę, Felicissimi, ꝛ Agapiti martyrum. 217.
vij	b	vij id.	7	Donati episcopi ꝛ martyris. 218.
	c	vj id.	8	Cyriaci, Largi, ꝛ Smaragdi martyrum. semiduplex. 219.
xv	d	v id.	9	Vigilia, ꝛ commemor. sancti Romani martyris. 219.
iiij	e	iiij id.	10	Laurentij martyris, duplex. 220.
	f	iij id.	11	De octaua sancti Laurentij, cum commemo. sanctorū Tyburtij ꝛ Susanne martyrum. 220.
xij	g	Prid. id.	12	De octaua, ꝛ commemo. sanctę Clarę virginis. 221.

j	A	Idibus.		13	De octaua. ⁊ comme. SS. Hippolyti ⁊ Cassiani mar. 221.
	b	xix	cal.	14	De octaua. cuz comme. Uigilię, ⁊ sancti Eusebij confess. 221.
ix	c	xviij	cal.	15	Assumptio beatę Marię virg. duplex. 222.
	d	xvij	cal.	16	De octa. assumptio. beatę Marię cum com. Octa. s. Lau. 222.
xvij	e	xvj	cal.	17	Octaua s. Lau. duplex. ⁊ comme. Octa. Assumptionis. 222.
vj	f	xv	cal.	18	De octaua. ⁊ commemo. sancti Agapiti marty. 222.
	g	xiiij	cal.	19	De octaua.
xiiij	A	xiij	cal.	20	Bernardi abbatis, duplex cum commemo. Octa. Assumptionis. 251.
iij	b	xij	cal.	21	De octaua.
	c	xj	cal.	22	Octa. Assumptio. B. Marię. dup ⁊ com. ss. Timoth. Hippoly. ⁊ Symphoriani mart. 223.
xj	d	x	cal.	23	Uigilia. 223.
xix	e	ix	cal.	24	Bartholomęi Aposto. duplex Romę celeb. die 25. 223.
	f	viij	cal.	25	Ludouici regis Francię confessoris. 224.
viij	g	vij	cal.	26	Zephyrini Papę ⁊ marty. 224.
	A	vj	cal.	27	
xvj	b	v	cal.	28	August. Epi. confess. ⁊ eccl. doc. dup. ⁊ cō. s. Herme. m̄. 224.
v	c	iiij	cal.	29	Decoll. s. Joan. Baptistę. dupl. ⁊ cō. sanctę Sabinę m̄. 224.
	d	iij	cal.	30	Felicis ⁊ Adaucti martyrum. 225.
xiij	e	Prid. calē.		31	

SEPTEMBER

ij	f	Calendis.		1	Aegidij abbatis. ⁊ commemo. Sanctorum martyrū duodecim fratrum. 226.
	g	iiij	no.	2	
x	A	iij	no.	3	
	b	Prid.	no.	4	
xviij	c	Nonis.		5	
vij	d	viij	id.	6	
	e	vij	id.	7	
xv	f	vj	id.	8	Natiuitas Beatę Marię. duplex. ⁊ comme. sancti Adriani marty. in missis priuatis. 226.
iiij	g	v	id.	9	De octaua sancti Mar. ⁊ com. sancti Gorgonij mart. 227.
	A	iiij	id.	10	De octaua.
xij	b	iij	id.	11	De octaua. ⁊ comme. ss. Proti ⁊ Hyacinthi martyruz. 227.
j	c	Prid.	id.	12	De octaua.
	d	Idibus.		13	De octaua.
ix	e	xviij	cal.	14	Exalta. S. Crucis. dup. cū cō. Octa. Natiui. s. Marię. 227.
	f	xvij	cal.	15	Octaua Natiuitatis beatę Marię. duplex. cum commemor. sancti Nicomedis martyris. 227.
xvij	g	xvj	cal.	16	Cornelij, ⁊ Cipriani pontifi. ⁊ mar. semiduplex. ⁊ comm. ss. Euphemię, Lucię, ⁊ Geminiani martyrum. 228.
vj	A	xv	cal.	17	
	b	xiiij	cal.	18	
xiiij	c	xiij	cal	19	
iij	d	xij	cal.	20	Uigilia, ⁊ commemo. s. Eustachij, ⁊ sociorum martyrū. 221.
xj	e	xj	cal.	21	Matthęi Apostoli. duplex. 228.
	f	x	cal.	22	Mauricij, ⁊ sociorum martyrum. 229.
xix	g	ix	cal.	23	Lini Papę ⁊ mar. semidu. ⁊ com. san. Theclę virg. ⁊ mar. 229.
	A	viij	cal.	24	
viij	b	vij	cal.	25	
	c	vj	cal.	26	Cypriani ⁊ Iustinę martyrum. 229.
xvj	d	v	cal.	27	Cosmę, ⁊ Damiani marty. semiduplex. 229.
v	e	iiij	cal.	28	
xiij	f	iij	cal.	29	Dedicatio sancti Michaelis Archangeli, duplex. 230.
ij	g	Prid. calē.		30	Hieronymi presbyteri confesso. ⁊ Ecclesię Doc. dup. 230.

OCTOBER

	A	Calendis.		1	Remigij episcopi & confessoris. 231.
x	b	vj	no.	2	
	c	v	no.	3	
xviij	d	iiij	no.	4	Francisci confessoris. duplex. 231.
vij	e	iij	no.	5	
	f	Prid.	no.	6	
xv	g	Nonis.		7	Sancti Marci Papę & confessoris. & commemo. sanctorum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Appuleij martyrum. 231.
iiij	A	viij	id.	8	
	b	vij	id.	9	Dionysij, Rustici, & Eleuteri martyrum. semiduplex. 232.
xij	c	vj	id.	10	
j	d	v	id.	11	
	e	iiij	id.	12	
ix	f	iij	id.	13	
	g	Prid.	id.	14	Callisti Papę & martyris. semiduplex. 232.
xvij	A	Idibus.		15	
vj	b	xvij	cal.	16	
	c	xvj	cal.	17	
xiiij	d	xv	cal.	18	Lucę Euangelistę. duplex. 233.
iij	e	xiiij	cal.	19	
	f	xiij	cal.	20	
xj	g	xij	cal.	21	Hilarionis Abbatis, & comemor. sanctorum Ursule & sociarum virginum, & martyrum. 233.
	A	xi	cal.	22	
xix	b	x	cal.	23	
viij	c	ix	cal.	24	
	d	viij	cal.	25	Chrysanthi, & Darię martyrum. 233.
xvj	e	vij	cal.	26	Euaristi Papę & martyris. 234.
v	f	vj	cal.	27	Vigilia. 227.
	g	v	cal.	28	Simonis, & Iudę Apostolorum. duplex. 234.
xiij	A	iiij	cal.	29	
ij	b	iij	cal.	30	
	c	Prid. cale.		31	Vigilia. 236.

NOVEMBER

	d	Calendis.		1	Festum Omnium sanctorum. duplex. 236.
	e	iiij	no.	2	Commemoratio omnium fidelium defunctorum duplex. & de octaua Omnium sanctorum. 236.
xvij	f	iij	no.	3	De octaua.
vij	g	Prid.	no.	4	De octaua. & comme. sanctorũ Vitalis & Agricolę mar. 236.
	A	Nonis		5	De octaua.
xv	b	viij	id.	6	De octaua.
iiij	c	vii	id.	7	De octaua.
	d	vj	id.	8	Octaua Omnium sanctorum. duplex & commemor. sanctorũ Quatuor Coronatorum martyrum. 236.
xij	e	v	id.	9	Dedicatio Basilice Saluatoris, duplex. & commemo. sancti Theodori martyris. 236.
j	f	iiij	id.	10	Thryphonis, Respicij, & Nymphe martyrum. 236.
	g	iij	id.	11	Martini episcopi & confessoris, duplex. & commemo. sanctę Menę martyris. 237.
ix	A	Prid.	id.	12	Martini Papę & martyris, semiduplex. 237
	b	Idibus.		13	

xvij	e	xviij	cal.	14	
vj	d	xvij	cal.	15	
	e	xvj	cal.	16	
xiiij	f	xv	cal.	17	Gregorij Thaumaturgi episcopi & confessoris. 237.
iij	g	xiiij	cal.	18	Dedicatio Basilicarum Petri, & Pauli. duplex. 238.
xj	A	xiij	cal.	19	Pontiani Papę & martyris. 238.
	b	xij	cal.	20	
xix	c	xj	cal.	21	
viij	d	x	cal.	22	Cecilię virginis & martyris. semiduplex. 238.
	e	ix	cal.	23	Clementis Papę, & martyris. semiduplex & commemo. sancti Felicitatis, martyris. 238.
xvj	f	viij	cal.	24	Chrysogoni marty. 238.
v	g	vij	cal.	25	Catherinę virginis & martyris. duplex. 239.
	A	vj	cal.	26	Petri Alexandrini episcopi & martyris. 239.
xiij	b	v	cal.	27	
ij	c	iiij	cal.	28	
	d	iij	cal.	29	Vigilia, & commem. sancti Saturnini martyris. fol. 178.
x	e	Prid. calē.		30	Andreę Apostoli, duplex. fol. 179.

DECEMBER

	f	Calendis.		1	Bibianę virginis & martyris, commemo. 180.
xviij	g	iiij	no.	2	
vij	A	iij	no.	3	Barbarę virginis & martyris, & commemo. 180.
	b	Prid.	no.	4	Sabbę Abbatis, commemoratio. 180.
xv	c	Nonis.		5	
iiij	d	viij	id.	6	Nicolai episcopi, & confessoris, semiduplex. 180.
	e	vij	id.	7	Ambrosij episcopi, & confessoris & Ecclesię Doct. duplex. 180.
xij	f	vj	id.	8	Conceptio Beatę Marię. duplex. 181.
j	g	v	id.	9	Miltiadis Papę & martyris. commemo. 181.
	A	iiij	id.	10	Damasi Papę & confessoris, semiduplex. 181.
ix	b	iij	id.	11	
	c	Prid.	id.	12	
xvij	d	Idibus.		13	Lucię virginis & martyris, duplex. 181.
vj	e	xix	cal.	14	
	f	xviij	cal.	15	
xiiij	g	xvij	cal.	16	
iij	A	xvj	cal.	17	
	b	xv	cal.	18	
xj	c	xiiij	cal.	19	
	d	xiij	cal.	20	Vigilia. 181.
xix	e	xij	cal.	21	Thomę Apostoli, duplex.
viij	f	xj	cal.	22	
	g	x	cal.	23	
xvj	A	ix	cal.	24	Vigilia. 9.
v	b	viij	cal.	25	Natiuitas Domini nostri Iesu Christi. duplex. fol. 10. & commemoratio sancte Anastasię martyris. 11.
	c	vij	cal.	26	Stephani prothomarty. duplex. & comme. Octa. Nati. 12.
xiij	d	vj	cal.	27	Iohannis Apostoli & Euangeli. duplex. & comme. Octa. 13.
ij	e	v	cal.	28	Sanctorum Innocentium marty. duplex. & cōme. Octa. 14.
	f	iiij	cal.	29	Thomę Cantuar. episcopi & martyris. semiduplex, & commemoratio Octauarum. 15.
x	g	iij	cal.	30	De Dominica infra Octauam Natiu. fol. 16. vel de Octaua, cum commemora. aliarum Octauarum. fol. 16.
	A	Prid. calē.		31	Syluestri Papę & confessoris, duplex. cum commemoratione Octauarum. folio 18.

AD maiorem commoditatem inueniendi Festa mobilia: posita est superior tabula: in qua, inuenta litera dominicali, ⁊ apud eam aureo numero anni currentis: ad rectam lineam eiusdem Aurei numeri progrediendo, omnia festa mobilia illius anni quo die ⁊ mense aduenerint, reperiuntur. In anno autem bissextili semper Septuagesima querenda est per primaz literam Dominicalem. Quod si ipsa Septuagesima venerit ante iiij. idus Februarii: etiaz dies Cinerum per ipsam primam literam debet queri. Si vero Septuagesima post iiij. idus Februarii venerit: dies Cinerum cum reliquis Festis mobilibus quęrenda est per secundam literam dominicalem: quę mutatur in festo S. Matthię. Si autem numerus dierum Septuagesimę ⁊ aliorum festorum mobilium ad rectam lineam aurei numeri anni currentis in secunda litera assignatus, superet numerum dierum huiusmodi ad rectam lineam eiusdem aurei numeri in primam literam assignatum: tunc reliqua festa mobilia post septuagesimam non erunt sumenda ad rectam lineam aurei numeri currentis in secunda litera, sed ad rectaz lineaz Septuagesimę, quę vnius diei numero minus in secunda litera signatur. Ut, si in litera D, Septuagesima signatur 15. Februarij, cineres ⁊ reliqua Festa mobilia sumuntur ad rectam lineam Septuagesimę quę in secunda litera C, ponitur 14 Februarij: ⁊ in huiusmodi aliis similiter. Quia numerus dierū in secunda litera signatus, vno die semper in anno Bissextili minuitur a numero dierum primę literę.

An verus Aureus numerus in singulis mensibus.

NOtandum est facile cognosci posse, an in singulo quoqz mense verus sit Aureus numerus: Adde post vnumquenqz numeruz octo, vsqz ad 19. ⁊ qui ex additione euenerit numerus, verus erit Aureus numerus. Quod si supra 19. addendo octo, euaseris numerum: qui reliquus fuerit, dempto 19. verus erit numerus.

Ex quot diebus constet vnusquisque mensis.

Triginta Aprilis, Juni, Septemque, Nouemque,
Vno plus alij, viginti Februus octo:
At si bissextus fuerit, super additur vnus.
Ex tunc bis sexto Marti conscribe Calendas.

De numero Nonarum, ac Iduum singulorum Mensium.

Sex Nonas Maius, October, Julius, ⁊ Mars.
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.

Et notandum, primo quoque die mensis dicendum Calendis: Quinto, Nonis: Decimotertio, Idibus, vbi Nonę quatuor, vbi vero sex, Septimo, Nonis: Decimoquinto, Idibus in casu sexto. Reliquis autez diebus, pridie, tertio, quarto Calēdas, aut Nonas, aut Idus in casu quarto, retrorsuz numerando vsqz ad eum diem, quo aut Calendis, aut Nonis, aut Idibus dicimus, quemadmodū in singulis mensibus videre licet.

Quando inchoatur Aduentus Domini.

ADuentus Domini inchoatur Dominica proximiori festo Sancti Andreę, vel ipsa die Sancti Andreę, si in Dominica venerit.

Quatuor Tempora.

QUatuor Tempora celebrantur quarta ⁊ sexta feria, ac Sabbatho post tertiam Dominicam Aduentus. Post primam Dominicam Quadragesimę. Post Pentecosten. Post festum Exaltationis Sanctę Crucis.

Nuptię iuxta Decretum Concilij Tridentini.

A Dominica prima Aduentus vsque in diem Epiphanię: ⁊ a feria quarta Cineruz vsque in octauam Paschatis inclusiue, sancta Synodus solemnitates Nuptiarum prohibet. In aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit.

te Resurrectionis, ⁊ per octa. In Ascensione Domini, ⁊ per octauã. In Pentecoste, ⁊ per octauã. In festo Corporis Christi, ⁊ per oct. In omnibus festis beate Marie, ⁊ per octa. In omnibus festis Apostolorum, ⁊ Euangelistarum, ⁊ per octa. In festis quatuor Doctorũ, videlicet, Gregorij, Ambrosij, Augustini, ⁊ Hieronymi, addito festo sancti Thome de Aquino. Itẽ in festis Doctorum, Basilij, Athanasij, Gregorij Nazianzeni, ⁊ Iohãnis Chrysostomi. In vtraq; Cathedra S. Petri: ⁊ in festo S. Petri ad Vincula. In festis Conuersionis, ⁊ Cõmemorationis s. Pauli Apostoli. In festo S. Iohãnis ante portã Latinam. In festis Inuentionis, ⁊ Exaltationis sancte Crucis. In festis Angelorũ. In festo sancti Barnabe Apostoli. In festo sancte Marie Magdalene. In Trãsfiguratione Domini. In die octauarũ sancti Iohãnis Baptiste, ⁊ sancti Laurentij. In festo Omnium sanctorum, ⁊ per octauam. In Dedicationibus sancti Saluatoris, ⁊ Sanctorum Apostolorũ Petri ⁊ Pauli. In Anniuersario Dedicationis proprie Ecclesie, ⁊ per octa. In die Consecrationis Ecclesie, vel altaris. In festis Sanctorum quibus dedicata est ecclesia: ⁊ vbi habetur Corpus vel insignis Reliquia sancti de quo agit. In die creationis, ⁊ Coronationis summi Põtificis, ⁊ in Anniuersario eiusdem diei. Item in omnibus festis, que in Dominicis, ⁊ per octauas celebrantur: in quibus ratione Dominice ⁊ Octaue dici debet. Itẽ in festo patroni alicuius loci: vel tituli Ecclesie: ⁊ in festis principalibus Ordinum, ⁊ per eorum octauas in ecclesijs tantum illius ordinis. Item dicitur Credo. in missis votiuis, que sollẽniter pro re graui vel pro publica Ecclesie causa celebrantur.

De Offertorio, ⁊ Secretis.

Post Symbolum, vel si non sit dicendũ, post euangelium dicitur Dominus vobiscum. deinde Offertorium: postea fit oblatio cum orationibus vt in Ordinario, qua oblatione facta dicuntur orationes secrete, secundum numerum orationũ que palam dicte sunt: sed ante primam orationẽ non dicitur Dominus vobiscum. nec aliquid aliud: sed dicto Suscipiat dominus sacrificium. absolute dicuntur: neq; etiam ante secundam orationẽ dicitur Oremus. Terminatur autẽ prima, ⁊ vltima oratio, vt dictum est supra in rubrica de orationibus: ⁊ secreto dicuntur vsque ad illa verba in cõclusione Per oĩa secula seculorum. que clara voce proferuntur, ⁊ incipitur prefatio.

De prefationibus.

Prefationes dicuntur vt in Ordinario adnotatum est, ⁊ que in Quadragesima, tempore Paschali, ⁊ infra octa. proprie assignantur, dicuntur etiã Dominicis ⁊ Festis que illis tẽporibus celebrantur, nisi illa festa propriã Prefationem habeant. In missis votiuis dicitur etiam Prefatio propria si propriã habeant. Et quãdo aliqua missa votiua pro publica causa solemniter celebratur, dicitur in cãtu solemni, vt in duplicibus. Post prefationem incipitur canon misse secreto: in quo seruetur omnia, vt in ordinario. Vbi vero Communicantes, Infra actionem, vel alia variari cõtingit, suo loco in proprijs missis adnotat.

De Communione, Post communione, Ite missa est, ⁊ Benedicamus domino, ⁊ Benedictione.

Exacto canone ⁊ alijs omnibus vsq; ad Cõmunionẽ, ea peracta dicitur Cõmunio, ⁊ orõnes post cõionem, eodem modo ⁊ ordine, vt in principio misse: ⁊ repetito, Dñs vobiscũ, dicitur Ite missa est, vel Benedicamus dño. pro tẽporis ratione. Ite missa est. dicitur, quandocunque dicitur Gloria in excelsis. Cũ non dicitur, eius loco dicitur Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. In missis defunctorũ dicitur, Requiescant in pace. ℟. Amen. Dicto Placeat. datur Benedictio, que a celebrante semper datur in missa, preterquam in missis defunctorum.

De Euangelio S. Iohannis dicendo in fine misse.

Deinde dicitur Euangeliũ S. Iohannis. In principio. premisso Dñs vobiscum ⁊ Initium S. euange. vt moris est. Quod euangeliũ nunquã pretermittitur in missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica, vel Feria, que habet Euangelium proprium: tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia missa de die Natiuitatis Domini dicitur Euangelium de Cum natus esset Iesus.

De ordinanda Missa ex supradictis rubricis.

Supradictis rubricis cognitis, siquis velit ordinare missam diei, recurrat ad ordinariũ Missarum de Tempore, vel de Sanctis secundum qualitatem officij. Si proprium non habeat, recurrat ad Commune Sanctorum. Si de Feria agendum sit, ⁊ propria missa non fuerit de Feria, dicatur missa precedentis Dñice, omissis Gloria in excelsis ⁊ Symbolo: preterquam tempore Paschali, in quo semper dicitur Gloria in excelsis vt supra, excepta missa Rogationum: Et in aduentu pretermittitur Alleluia post Gradual. cum suo versu. Si dicenda sit missa votiua, requiratur post commune Sanctorum suo loco. Si plures orationes dicende sint, requirantur post missas votiuas, suo loco de singulis rebus singule. Si pro defunctis dicenda sit missa habetur post missas votiuas, cum collectis diuersis, circa finem Missalis. Ordinarium totius misse cum Prefationibus, Canone, ⁊ alijs dicendis, habetur suo loco cum proprio missarum de tempore.

DE PRAEPARATIONE SACERDOTIS CELEBRATVRI.



Acerdos celebraturus, seruatis ijsque seruãda sunt, quo ad preuiã Confessionem, ⁊ horas Canonicas, Matutino saltẽ absoluto, orõni aliquantulum vacet, ⁊ orationes inferius positas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locũ in Sacristia vel alibi preparatum, vbi paramenta, aliaque ad celebrationẽ necessaria habentur: accipit Missale, perquirit missam, perlegit, ⁊ signacula ordinat ad ea que dicturus est. Postea lauat manus, dicens orationem inferius positam. Deinde preparat calicem, ponens super eius os purificatorium, ⁊ super illud patenam cum hostia, quam tegit parua palla ⁊ velo serico: super velo ponit bursam coloris paramentorum intus habens corporale plicatum. Quibus ita dispositis accedit ad paramenta, vbi calceatus pedibus, ⁊ indutus vestibus sibi conuenientibus, quarum exterior saltem talum pedis attingat, induit se, si sit Prelatus secularis, supra rochettum: si sit Prelatus regularis, vel alius sacerdos secularis, supra super pelliceũ, si commode haberi possit: alioquin sine eo supra vestes communes, dicens ad singula singulas orationes inferius positas. Ac primum accipiens Amictum circa extremitates ⁊ chordulas, osculatur in medio, ⁊ ponit super caput, ⁊ mox declinat ad collum, ⁊ eo circumcirca vestium collaria tegens, ducit chordulam sub brachijs, ⁊ circunducens per dorsum ad ventrem reducit: ⁊ ligat. Tum alba induitur caput submittens, deinde manicam dextrã brachio dextro, ⁊ sinistram sinistro imponens: albam ipsam corpori adaptat, eleuat ante, ⁊ a lateribus hincinde ⁊ Cingulo per ministrum a tergo sibi porrecto, se cingit.

cingit. Minister eleuat Albam super cingulꝫ circũ circa, vt honeste depẽdeat, ⁊ tegat vestes: ac eius fimbrias diligenter aptat, vt ad latitudineꝫ digiti vel circa supra terrã equaliter situat. Sacerdos accipit Manipulũ, osculatur cruceꝫ in medio, ⁊ imponit brachio sinistro. Deinde ambabus manibus accipiens stolaꝫ, simili modo deosculatur, ⁊ imponit mediuꝫ eius collo ac transuersando eaꝫ ante pectus in modum crucis, ducit partem a sinistro humero pendenteꝫ ad dexteram, ⁊ partem a dextro humero pendentem ad sinistraꝫ. Sicque vtranque partem stole extremitatibus cinguli hincinde, ipsi cingulo cõiungit. Si celebrans sit Episcopus, non ducit stolam ante pectus in moduꝫ crucis sed sinit hincinde vtrasque extremitates pendere, ⁊ accipit cruciculaꝫ a collo ante pectus chordulis pendentem. Postremo Sacerdos accipit planetam. Si sit Episcopus, ⁊ solemniter celebrat, accipit paramenta, ⁊ alia vt in Pontificali.

De ingressu Sacerdotis ad altare.

Sacerdos omnibus paramentis indutus accipit in manu sinistra calicem vt supra preparatum, ⁊ bursam manu dextera super calice tenens, capite cooperto accedit ad altare, ministro cum Missali, ⁊ alijs ad celebrandum necessarijs precedente. Procedit autem oculis demissis, incessu graui, erecto corpore. Si vero contigerit euꝫ transire ante altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam, si ante locum sacramenti, genuflectat. Si ante altare vbi celebretur missa in qua eleuatur sacramentum similiter genuflectat, ⁊ detecto capite illud adoret. Cum peruenerit ad altare, stans ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretũ ministro porrigens, ⁊ altari seu imagini crucifixi desuper posite, profunde inclinat. Si aũt in eo sit tabernaculum sanctissimi Sacramenti genuflectens debitam facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium altaris: ibi ad cornu Euangelij sistit Calicem: extrahit corporale de bursa, quod extendit in medio altaris, ⁊ super illud calicem velo coopertum collocat. Si in altari paramenta accepit, hoc idem facit antequam descendat ab altari missam inchoaturus. Si est consecraturus plures hostias pro communione facienda, que ob quantitatem super patena manere non possint: locet eas super corporale ante calicem, aut in aliquo calice vel vase mundo consecrato eas ponit retro post calicem, ⁊ alia patena cooperit. Collocato calice in altari, accedit ad cornu epistole, missale super cussino aperit reperit missaꝫ, ⁊ signacula suis locis accommodat. Deinde rediens ad medium altaris, facta primum cruci reuerentia, descendit ad gradum infimum altaris pro missa inchoanda. ¶ In missa solemni calix, missale, ⁊ alia necessaria preparantur antequam sacerdos veniat ad altare. Ipse autem procedit cum ministris, ⁊ cum peruenerit ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, ⁊ Subdiaconum a sinistris, antequam ascendat ad altare, facit cum ipsis (vt infra) Confessionem. ¶ In Missa pontificali omnia seruentur, vt in Pontificali ⁊ Ceremoniali Romano ordinatur, cuius Pontificalis ordinem Episcopus nunquam pretermittit, quandocunqꝫ cum Diacono ⁊ subdiacono paratis celebrat.

De principio Misse, ⁊ Confessione facienda.

Sacerdos quamprimum descenderit ad infimum gradum altaris, conuertit se ad ipsum altare, vbi stans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius cruci vel altari reuerentia, erectus incipit Missam. Si autem celebraturus sit coram Summo Pontifice, sistit se in infimo gradu altaris a cornu euangelij ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectat, accepta benedictione erigit se, ⁊ stans versus altare incipit Missam. Si autem sit coram Cardinali, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residentijs, vel loco iurisdictionis: stans in infimo gradu a cornu Euangelij vtsupra expectat: dato signo facit profundam reuerentiam Prelato, ⁊ versus ad altare incipit missam. Si autem solemniter celebrat coram Summo Pontifice, aut alio ex Prelatis predictis in Ecclesijs sue iurisdictionis, stans a sinistris Prelati, facit cum eo confessionem, ⁊ alia seruat vt in Cerimoniali Romano, ⁊ in Pontificali ordinatur. Stans igitur celebrans in infimo gradu altaris vtsupra, producens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis, dicit intelligibili voce, In nomine patris, ⁊ filii, ⁊ spiritus sancti. Amen. Et postquam id dixerit, non debet aduertere quemcunque in alio altari celebrantem, etiam si sacramentum eleuet, sed continuate prosequi missam suam vsque ad finem. Cum seipsum signat, sinistram ponit infra pectus, in alijs benedictionibus cum est ad altare ⁊ seipsum non benedicit, sed oblata, vel aliquid aliud, ponit eam super altari. Seipsuꝫ benedicens, vertit ad se palmaꝫ manus dextre, ⁊ omnibus illius digitis iunctis ⁊ extensis, a fronte ad pectus ⁊ ab humero sinistro ad dextrum signuꝫ crucis format. Si vero alijs, vel rem aliquam benedicit, paruum digituꝫ vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis ⁊ extẽsis, quod in omni benedictione obseruatur. Postquaꝫ dixerit, In nomine patris ⁊c. vt supra iungit manus ante pectus pronuncians clara voce Antiphonaꝫ, Introibo ad altare Dei. Minister retro post eum ad sinistram genuflexus, ⁊ in missa solemni ministri hincinde stantes, prosequuntur: Ad deum qui letificat iuuentutem meam. Deinde Sacerdos eodem modo stans incipit, ⁊ prosequitur cum ministro vel ministris alternatim Psalmum, Judica me deus, vsque ad finem, cum Gloria patri. Quo finito repetit Antiphonam Introibo, cum ministris vt supra. Qui Psalmus, nunquam pretermittitur, nisi in missis defunctorum, ⁊ in missis de tempore a Dominica passionis inclusiue vsque ad Sabbathum sanctum exclusiue: in quibus semel tantum dicta Antiphona Introibo, cum ministris vtsupra, Sacerdos statim subiungit versum, Adiutoriuꝫ nostrũ ⁊c. vt infra. Cum in fine Psalmi dicit Gloria patri. ⁊c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona, Introibo, dextra manu producens signum crucis a fronte ad pectus, dicit versum, Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. Deinde caput, seqꝫ profunde altari inclinans, dicit Confiteor Deo, vt in Ordinario. Et prosequitur eodem modo stans inclinatus, donec a ministro vel ministris dictum sit Misereatur. Cum incipitur a ministris Confiteor, se erigit, Cum dicit mea culpa, ter pectus dextra manu percutit. Si est coram Pontifice, ⁊ Cardinali in loco sui tituli, seu Cardinalatus, ⁊ coram Legato sedis Apostolice, Patriarcha, Archiepiscopo, ⁊ Episcopo in eorum Prouincia, Ciuitate, vel Diecesi constitutis: vbi dicit Vobis fratres, dicat Tibi Pater: similiter in fine, vbi dicit Vos fratres, dicat Te Pater: quod dicens Summo Pontifici genuflectit, alijs Prelatis profunde inclinat. Cum ministri, ⁊ qui intersunt (etiam si ibi fuerit Summus Pontifex) respondent Confiteor: dicunt tibi Pater: ⁊ te Pater Facta a circunstantibus Confessione: celebrans stans respondet: Misereatur vestri ⁊ cetera. Deinde producens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis.

cis, dicit: Indulgentiam ꝛc. Et stans capite inclinato prosequitur Deus tu conuersus ⁊ que sequuntur in Ordinario, clara voce vsque ad orationem Aufer a nobis ꝛc. quam dicit secreto. Et tunc si coram summo Pontifice, aut alijs Prelatis vt supra, celebrat: facta summo Pontifici genuflexione, alijs vero Prelatis profunda reuerentia, accedit ad infimuz gradum ante medium altaris: ⁊ ibi dicit: Aufer a nobis ⁊ cetera, vt supra.

De Introitu, Kyrie eleison: ⁊ Gloria in excelsis.

Dicto, Aufer a nobis ꝛc. Celebrans iunctis manibus ascendit ad mediuz altaris: vbi stans capite inclinato, ⁊ iunctis manibus super altare positis, ita vt digiti parui duntaxat frontem seu medium anterioris partis tabule seu mense altaris tangant, residuo manuum inter altare ⁊ se retento, pollice dextro super sinistrum in modum crucis posito, (quod semper obseruatur cũ manus iuncte super altare ponuntur) secreto dicit Oramus te domine ꝛc. Quo dicto osculatur altare in medio, manibus extensis hincinde super altare positis: quod in omni deosculatione altaris seruatur: sed post consecrationem pollices ab indicibus non disiunguntur. Osculato altari accedit ad cornu sinistrum altaris, idest, Epistole: vbi stans versus altare, ⁊ producens a fronte ad pectus signuz crucis, incipit intelligibili voce Introitum misse: ⁊ prosequitur iunctis manibus. Cuz repetit Introitum non signat se vt prius, ⁊ eo repetito iunctis manibus ante pectus accedit ad medium altaris, vbi stans versus illud similiter manibus iunctis, dicit eadem voce ter Kyrie eleison, ter Christe eleison ⁊ iterum ter Kyrie eleison, alternatim cum ministris. Si minister vel qui intersunt celebranti non respondeat, ipse solus nouies, dicit. Dicto vltimo Kyrie eleison, sacerdos ibidem vt prius stans, ⁊ manus extendẽs, eleuansque ⁊ iungens, voce predicta incipit, si dicendum sit, Gloria in excelsis cum dicit, Deo, caput cruci inclinat: quo erecto stans iunctis manibus vt prius, prosequitur vsque ad finem. Cum dicit Adoramus te. Gratias agimus tibi: Iesu Christe: Suscipe deprecationem nostram ⁊ iterum Iesu Christe: caput cruci inclinat. Cum dicit in fine Cum sancto spiritu. seipsum a fronte ad pectus signat, interim perficiens in gloria Dei patris. Amen. ¶ In missa solemni sacerdos facta Confessione ascendit cum ministris ad altare: quo per eum osculato, ponit incensum in thuribulo, ministrante Diacono nauiculam, ⁊ thuriferario thuribulum. Antequam ponat incensum: illud benedicit, dicens: Ab illo benedicaris ꝛc. Postea Diaconus reddita nauicula thurieferario, accipit ab eo thuribulum, ⁊ dat celebranti osculata prius eius manu: qui facta cruci reuerentia, eam ter incensat, deinde reliquias si adsint, primum que a dextris sunt, deinde que a sinistris: bis cuique ducens thuribulum: postea imagines vel eorum loco candelabra, semel singulis thuribulum ducens, primum a cornu epistole, ⁊ illius postremam partem inferiorem altaris deinde superiorem, scilicet tabulaz altaris: ⁊ procedens ante crucem, facta ei reuerentia incensat alias imagines, seu eorum loco candelabra in cornu euangelij, ⁊ illius postremam partem altaris, inferiorem ⁊ superiorem tabule: deinde totaz anteriorem vsque ad extremum altaris in cornu epistole, facta cruci reuerentia cum ante eam transit: ⁊ reddito thuribulo ipsi diacono: ab eo ipse solus incensatur. Deinde, cum illis, Diacono a dextris celebrantis, Subdiacono a dextris Diaconi stantibus, prosequitur Introitum ⁊ Kyrie eleison. Cum vero intonat hymnum, Gloria in excelsis, Diaconus ⁊ Subdiaconus, vnus post aliuz stant a tergo celebrantis, postea ascendũt ad altare, ⁊ hincinde cum celebrante hymnuz submissa voce prosequuntur vsque ad finem.

De Oratione.

Dicto hymno Gloria in excelsis vel si non sit dicendus, eo omisso: celebrans osculatur altare in medio manibus hincinde super illo vtsupra extensis: tum iunctis ante pectus manibus demissis ad terraz oculis, vertit se ad manum sinistram hoc est, ad latus dextrum versus populum, ⁊ extendens ac iungens manus ante pectus vt prius, dicit voce predicta, Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Iunctis vt prius manibus reuertitur per eandem viam ad librum: vbi extendens ⁊ iungens ante pectus manus: caputque cruci inclinans, dicit Oremus: tum extendit manus ante pectus, ita vt palma vnius manus respiciat alteram, digitis simul iunctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiamque non excedat: quod in omni extensione manuuz ante pectus seruatur. Stans autem vtsupra extensis manibus, dicit Orationem Cum dicit, Per dominum nostrum, iungit manus. Si aliter concluditur Oratio, Qui tecum vel Qui viuis: cum dicit, in vnitate, iungit manus. Cum nominatur nomen Iesus: caput versus crucem inclinat. Cum in oratione nominatur nomen beate Marie, vel sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit commemoratio, itez in oratione pro Papa quando nominatur, caput inclinat. Si plures orationes sunt dicende, idem in eis in voce, extensione manuum, ⁊ capitis inclinatione, quod supra dictum est, obseruatur. Si altare sit ad orientem versus populuz, celebrans versa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cum dicturus est Dominus vobiscum: Orate fratres: Ite missa est: vel daturus benedictionem: sed osculato altari in medio: ibi expansis ⁊ iunctis manibus vt supra: salutat populũ. ¶ In Quatuor temporibus: vel alias quando dicende sunt plures orationes cum Prophetijs: dicto Kyrie eleison in medio altaris: reuertitur ad cornu epistole: vbi stans ante librum extensis ⁊ iunctis ante pectus manibus: ⁊ caput cruci inclinans: dicit Oremus: Flectamus genua ⁊ illico manibus super altare extensis vt seipsum ad altare sustineat: genuflectit: ⁊ sine mora surgens: eadem voce dicitur a ministro Leuate: ⁊ manibus extensis dicit Orationem vt supra: ⁊ in conclusione iungit. Dum autem legit Prophetias: manus tenet super librum vel altare positas. ¶ In missa solemni cum dicitur Dominus vobiscum. Oratio: Diaconus ⁊ Subiaconus stant retro post celebrantem: Flectamus genua dicitur a Diacono: a Subdiacono vero, Leuate, illo primum genuflectente: hoc primum surgente.

De epistola, Graduali, ⁊ alijs vsque ad Offertorium.

Dictis Orationibus celebrans positis super librum vel super altare manibus, ita vt palme librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens, legit Epistolam intelligibili voce. Si solemniter celebret, legat demissa voce cum ministris: similiter ⁊ Graduale Euangelium. Lecta epistola respondetur a ministris, Deo gratias: ⁊ similiter stans vt prius, prosequitur Graduale, Alleluia, Tractuz ac Sequentiam si dicenda sint. Quibus dictis celebrãs si priuatim celebret, ipsemet portat librum Missalis ad alteram partem altaris in cornu Euangelij: ⁊ dum transit ante medium altaris, caput cruci inclinat: ⁊ Missale sic locat, vt posterior pars libri respiciat ipsuz cornu altaris: ⁊ non ad parietem siue ad partẽ eius contra se directaz. Locato missali in altari, celebrãs redit ad mediũ altaris: ⁊ ibi stans profunde inclinatus, iunctis manibus ante pectus, leuatisq; ad

Deum oculis, secrete dicit: Munda cor meum, et Iube dõne, et Dominus sit in corde meo. vt in Ordinario. Quibus dictis vadit ad libruz missalis, vbi stans versus illum iunctis manibus ante pectus: dicit intelligibili voce, Dominus vobiscum ℟. Et cum spiritu tuo. Deinde pollice dextre manus signo crucis signat, primo librum super principio euangelij, quod est dicturus: postea seipsum in fronte, ore, et pectore dicẽs, Sequentia, vel Initium S. euange. etc. ℟. Gloria tibi dñe. Tum iunctis iterum vt prius manibus, stãs vt sup. prosequitur euangelium vsqz ad finem. Quo finito ministri respondent, Laus tibi Christe. et celebrans eleuans parumper librũ, osculatur euangeliũ, preterquam in missis defunctorum in quibus nõ osculatur: et nisi celebret coram summo Põtifice, aut Cardinali, vel coram Patriarca, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residentijs: quo casu defertur cuilibet predictorum osculandus liber, et ipse celebrans tunc non osculatur. Dicto euãgelio stans in medio altaris versus crucẽ, eleuans, et iungens manus, caputqz cruci inclinans incipit (si dicendum sit) Credo. cũ dicit: in vnum Deum. caput cruci inclinat: quo erecto stãs ibidem iunctis ante pectus manibus, vt prius, prosequitur vsqz ad finem. Cum dicit, Iesum Christum, caput cruci inclinat. Cum dicit, Et incarnatus est, vsqz ad Homo factus est, inclusiue, genuflectit. Cum dicit, Et vitã venturi seculi. Amen. producit sibi manu dextra signum crucis a fronte ad pectus. ¶ In missa solẽni subdiaconus circa finem vltime orationis accipit ambabus manibus librum epistolarum, deferens illuz supra pectus: et facta altari genuflexione in medio, vadit a parte epistole cõtra altare, et legit epistolam: qua lecta redit ad celebrantem, osculatur eius manum, et ab eo benedicitur, preterquã in missis defunctoruz. Deinde idem subdiaconus accipit missale celebrãtis: et defert ad cornu euãgelij in altare, ibi ministrans celebranti: qui lecto euangelio, et per Diaconum delato libro euangeliorũ ad altare, imponit incensuz in thuribulũ. Deinde Diaconus dicit, Munda cor meum, genuflexus ante altare: et accepto libro euangeliorum de altari, et benedictione a celebrante, osculataqz illius manu, vadit cum Subdiacono a sinistris ad locum euangelij contra altare versus populum, vbi Subdiacono librum tenente, in medio inter duos acoluthos tenentes candelabra accensa, dicit, Dominus vobiscum. iunctis manibus. Cum dicit, Sequentia etc. signat librum, frontem, os, et pectus: Postea ter libruz incẽsat, hoc est in medio, a dextris, et a sinistris: et prosequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans stat iunctis manibus a cornu epistole versus euangelium. Quo finito osculatur sacerdos librum a Subdiacono sibi delatum: et a Diacono ter incensatur. Si sit coram Prelato in sua residentia, liber defertur ad Prelatum, vt supra: et ille incensatur, vt in Pontificali. Postea stans in medio altaris versus crucem, incipit (si dicendum sit) Symbolum, stantibus post eum Diacono et Subdiacono, deinde ad altare accedentibus, et cum eo prosequẽtibus, vt dictum est ad Gloria in excel. Si quandoqz celebrans cantat missam sine Diacono et Subdiacono, Epistolam cantat aliquis lector superpelliceo indutus, qui in fine non osculatur manũ celebrantis. Euãgelium aũt cantat ipse celebrans ad cornu Euãgelij: qui et in fine misse cantat Ite missa est: vel Benedicamus domino. pro temporis diuersitate.

De Offertorio, et alijs vsqz ad Canonem.

Dicto Symbolo, vel si non sit dicendum, dicto euangelio celebrans osculatur altare in medio, et iunctis manibus ante pectus ibidẽ a manu sinistra ad dextram vertit se ad populum, et extendens, ac iungens manus dicit, Dominus vobiscum. et iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium altaris, vbi extendens et iungẽs manus, caputqz cruci inclinans, dicit, Oremus: tum iunctis vt prius manibus, dicit Offertorium et omnia que vsqz ad finẽ misse in medio altaris dicenda sunt, dicit ibidem stans versus ad altare, nisi vbi aliter ordinatur. Dicto Offertorio discooperit calicem, et ad cornu epistole sistit, et amota parua palla desuper hostiam, accipit patenaz cum hostia: et ambabus manibus vsqz ad pectus eam eleuatam tenens, oculis eleuatis ad Deum dicit, Suscipe sancte pater, etc. Si fuerint alie hostie non super patenam, sed super corporale, vel in alio vase pro Cõmunione populi consecrande, calicem illum seu vas dextra discooperit, et intentionem suam etiam ad illas offerendas et consecrandas dirigens, dicit vt supra. Suscipe, etc. vt in ordinario. Quo dicto, faciens signum crucis cum dicta patena, ponit hostiam super corporale circa mediuz anterioris partis corporalis ante se, et patenam ad manum dextram aliquantuluz subtus corporarle. Si autez adsit vas seu calix cum alijs hostijs, ipsuz cooperit patena ipsa vel alia palla. Deinde accipit calicem, purificatorio extergit: et accipiens ampullam vini de manu ministri, ponit vinum in calicem, deinde producit signum crucis super ampullã aque, et dicit. Deus qui humane substantie. etc. iungens parum aque in calice prosequitur, Da nobis per huius aque et vini misterium. Si vero celebrat pro defunctis, nõ facit signum crucis super aquã, sed imponit absqz benedictione, dicens orationem vt supra. Imposita aqua in calice, et finita oratione predicta, accipit calicem discoopertum, et stans ante mediũ altaris, ipsum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet, cum sinistra pedem, cum dextra autem nodum infra cuppam, intentis ad deuz oculis offert dicens, Offerimus tibi dñe. etc. qua oratione dicta facit signum crucis cum calice super corporale, et ipsum in medio post hostiam collocat, et palla cooperit: Deinde iunctis manibus super altare positis, capite inclinato dicit secreto, In spiritu humilitatis, etc. Postea eleuans oculos, manusqz expandens, et statim iungens ante pectus (quod semper facit quando aliquid est benedicturus) dicit, Veni sanctificator, etc. Cuz dicit, et benedic. signat manu dextra cõmuniter super hostiam et calicem. Tunc iunctis ante pectus manibus accedit ad cornu epistole, vbi stans ministro aquam fundente lauat manus, idest extremitates digitorum pollicis et indicis: dicens Psalmum, Lauabo inter innocentes. cum Gloria patri, etc. qui versus Gloria patri pretermittitur in missis defunctorum, et in missis a Dominica de Passione visque ad Sabbathum sanctum exclusiue. ¶ In missa solemni dicto Oremus, Diaconus et Subdiaconus accedũt ad altare a cornu epistole, Diaconus amouet calicem, detergit, dat patenam cuz hostia celebranti, Subdiaconus extergit calicem purificatorio, Diaconus imponit vinum. Subdiaconus interim ampullã aque ostendens celebranti dicit, Benedicite pater reuerende: qui facto versus eaz signo crucis dicit orationem, Deus qui humane etc. Interim Subdiaconus infundit paulum aque in calicem, Diaconus illum celebranti dat, et pedem calicis tangens, seu brachium dextrum celebrantis sustentans, cum eo dicit, Offerimus tibi dñe, etc. Postea positum in altari vt supra, palla cooperit: Subdiacono deinde ponit in dextra manu patenaz, quam cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis: qui vadit post celebrantem ante medium altaris, et ibi stat in loco conuenienti. Dicto Veni sanctificator, vt supra, celebrans ponit incensuz in thuribulum, ministrante Diacono nauiculam, dicens, Per inter-

intercessiones ⁊c. vt in Ordinario. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi incensat oblata, ter ducens thuribulum super calicem ⁊ hostiam simul in modum crucis, ⁊ ter circum calicem, ⁊ hostiaꝫ: scilicet bis a dextra ad sinistram: ⁊ semel a sinistra ad dextrã, dispẽsans verba in qualibet incensatione hoc modo. In prima incensatione, Incensum istud, In secunda, a te benedictum, In tertia, ascendat ad te dñe, In quarta, ⁊ descẽdat super nos, In quinta ⁊ sexta, misericordia tua. Deinde incensat altare vt sup. dicens, Dirigatur dñe oratio mea. ⁊c. vt in Ordinario. Et incẽsatur ipse, vt supra. Postea Diaconus incensat Chorum, ⁊ postremo Subdiaconum tenenteꝫ patenam: ⁊ ipse Diaconus incensatur a thuriferario: ⁊ thuriferarius postea incensat populuꝫ. Celebrans lotis manibus eas tergit, ⁊ illis ante pectus iunctis, reuertitur ad medium altaris, vbi stans oculosqꝫ ad Deum eleuans, ⁊ statim dimittens, manibus iunctis super altare, capiteqꝫ inclinato dicit secrete, Suscipe sancta Trinitas, ⁊c. Quo dicto manibus hinc inde extensis, ⁊ super altare positis, osculatur altare in medio: tum iunctis manibus ante pectus, demissisqꝫ oculis ad terram, a sinistra manu ad dextraꝫ vertit se ad populum, ⁊ versus eum extendens ⁊ iungens manus, dicit voce aliquantulũ eleuata, Orate fratres, ⁊ secrete prosequens, Vt meum, ac vestrum sacrificium, ⁊c. perfecit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus a manu dextra ad medium altaris. Et responso a ministris vel circunstãtibus, Suscipiat dñs sacrificiũ de manibus tuis, ⁊c. Alioquin per seipsum dicens, sacrificium de manibus meis, ipse celebrãs manibus ante pectus extensis, vt fit ad Orationem, stans in medio altaris versus librum, dicit absolute sine alia interpositione, Orationem, vel Orationes secretas. Cum dicit, Per dominum, iungit manus: cum dicit Iesum Christum, caput inclinat, quod facit in prima oratione, ⁊ in vltima, si plures sint dicende. Perueniens autem in cõclusione vltime secrete ad verba illa, Per omnia secula seculorum, exclusiue: celebrans stans in medio altaris, depositis super eo manibus hincinde extensis, dicit conuenienti ⁊ intelligibili voce Prefationem. Cũ dicit, Sursum corda, eleuat manus hincinde extensas vsqꝫ ad pectus. Cum dicit, Gratias agamus dño, iungit manus: cũ dicit, Deo nostro, cruci caput inclinat: Responso Dignum ⁊ iustum est, eleuatis ⁊ extẽsis vt prius manibus, prosequitur Prefationem propriam, vel cõmunem, vt tempus requirit. Cum dicit, Sanctus, iunctis ante pectus manibus, ⁊ inclinatus voce mediocri prosequitur. Cum dicit, Benedictus qui venit in nomine domini, ⁊c. signum crucis sibi producit a fronte ad pectus. ¶ In missa solemni, cum dicit Prefatio, Diaconus, ⁊ Subdiaconus stãt retro post celebrantẽ, ⁊ paulo antequam dicatur Sanctus, accedunt ad altare, vbi cuꝫ celebrante hincinde dicunt Sanctus, ⁊ que sequuntur, vsqꝫ ad Canonem. Deinde Diaconus accedit ad sinistrã celebrantis, ei assistens dum dicitur Canon, nisi alius sacerdos assistat: Subdiaconus vero tunc stat post celebrantem.

De Canone Misse vsqꝫ ad consecrationem.

Finita prefatione vt supra, celebrans manibus iunctis super altare positis, stans ante medium altaris, versus ad illud, eleuatis oculis ad Deũ, ⁊ sine mora demissis, profunde inclinatus incipit Canonẽ, secrete, dicens; Te igitur ⁊c. vt in Ordinario. Cuꝫ dicit, vti accepta habeas, ⁊ benedicas, prius osculatur ante se altare: dein se erigit se, ⁊ stat iunctis manibus ante pectus. Cum dicit, Hec dona, hec munera, hec sancta sacrificia, dextera manu ter signat cõmuniter super hostiam ⁊ calicem. Deinde extensis manibus ante pectus prosequit, In primis, que tibi offerimus ⁊c. Vbi dicit, vna cũ famulo tuo Papa nostro N. exprimit nomen Pape. Sede autẽ vacante, verba predicta omittuntur. Vbi dicitur, ⁊ Antistite nostro N. specificatur nomen Patriarche, Archiepi vel epi ordinarij in propria Diecesi: q si est vita functus, predicta verba omittuntur. Si celebrans est Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, omissis predictis verbis, eorum loco dicit, Et me indigno seruo tuo. Si vero celebrans est Papa, omissis verbis, vna cum famulo tuo Papa nostro N. ⁊ Antistite nostro N. dicit, vna cũ me indigno famulo tuo quem gregi tuo preesse voluisti. Et continuãt omnes vt sequitur. Et omnibus orthodoxis. ⁊c. Cum dicit, Memento domine, eleuans ⁊ iungens manus vsque ad faciem vel ad pectus, sic iunctis manibus stat paulisper in quiete, demisso aliquantulum capite, faciens commemorationem viuorum Christi fidelium ad suam voluntatem, quorum nomina si vult secrete commemoret: non tamen necesse est ea exprimere: sed mente tantum eorum memoriam habeat. Potest etiam celebrans, si pro pluribus orare intendit, ne circunstantibus sit morosus, ante missam in animo proponere sibi omnes illos tam viuos qꝫ defunctos, pro quibus in ipsa missa orare intendit; ⁊ hoc loco generaliter vnico contextu ipsorum viuorum commemorationem agere, pro quibus ante missam orare proposuit in missa. Commemoratione viuorum facta, demissis ⁊ extensis vt prius manibus, continuat, Et omnium circunstantium ⁊c. Similiter stans prosequitur, Communicantes. Cum dicit Iesu Christi, caput cruci inclinat. In conclusione quando dicit Per eundem, iungit manus. Cuꝫ dicit Hanc igitur oblationem, extendit manus super oblata, ita vt palme sint aperte versus ac super calicem ⁊ hostiam, quas sic tenet vsque ad illa verba, Per Christum dominum nostrum. Tunc enim iungit manus, ⁊ sic prosequitur. Quam oblationem tu deus in omnibus quesumus, ⁊ cum dicit benedictam, adscriptam, ratam, communiter signat ter super hostiam ⁊ calicem simul. Deinde cum dicit, vt nobis corpus separatim signat semel super hostiam tantum: ⁊ cum dicit ⁊ sanguis, semel super calicem tantum: deinde eleuans ⁊ iungens manus ante pectus, prosequitur, fiat dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi, inclinans caput cruci, ⁊, si opus fuerit, extergit pollices ⁊ indices super corporali, ⁊ dicit secrete vt prius, Qui pridie quam pateretur: ⁊ accipiens pollice ⁊ indice dextre manus hostiam, ⁊ eam cum illis, ac indice ⁊ pollice sinistre manus tenens, stans erectus ante medium altaris, dicit, Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas ⁊ eleuansque ad celum oculos, ⁊ statim dimittens, dicit, ⁊ eleuatis oculis in celum ad te deum patrem suum omnipotentem caputque aliquantulum inclinans dicit, tibi gratias agens ⁊ tenens hostiam inter pollicem ⁊ indicem sinistre manus, dextera producit signum crucis super eam dicens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis dicens, Accipite ⁊ manducate ex hoc omnes. Si adsit vas cum alijs hostijs consecrandis, discooperit manu dextera calicem, seu vas aliarum hostiarum, ⁊ cubitis super altare positis, stans capite inclinato, distincte, reuerenter, ⁊ secrete profert verba consecrationis super hostiam, ⁊ simul super omnes, si plures sint consecrande: ⁊ hostiam suam pollicibus, ⁊ indicibus tantum tenens, attente, deuote, ⁊ continuate profert verba consecrationis: Hoc est enim corpus meum. Quibus prolatis celebrans tenens hostiam inter pollices, ⁊ indices predictos super al-

tare, reliquis manuum digitis extensis ⁊ simul iunctis, (⁊ hostijs, si plures sint cōsecrate, in loco in quo a principio Misse sunt posite super corporali, vel alio vase vel calice dimissis) genuflexus eam adorat. Tunc se erigens, quantum cōmode potest eleuat in altum hostiam, ⁊ intentis in eam oculis (quod ⁊ in eleuatione calicis facit) populo reuerenter ostendit adorandā: ⁊ mox ipsam reuerenter sup corporale reponit in eodem loco vnde eam leuauit: ⁊ deinceps pollices ⁊ indices non disiungit, nisi quando hostiam consecratā tangere vel tractare debet, vsque ad ablutionem digitorum post communionem. Reposita hostia consecrata super corporali, genuflexus vsque ad terram, ipsam veneratur: si adsit vas aliarum hostiarum, patena cooperit. Interim dum celebrans eleuat hostiam, accenso prius intortitio, minister manu sinistra eleuat fimbrias posteriores planete, ne ipsum celebrantem impediat in eleuatione brachiorū: quod ⁊ facit in eleuatione calicis. Celebrans adorato sacramento surgit, ⁊ discooperit calicem, in quem si opus sit, extergit digitos, quod semper faciat cum aliquod fragmentū digitis adhereat, ⁊ stans erectus dicit *Simili modo postquam cenatum est* ⁊ ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodū infra cuppam, aliquantulūq; eleuans, ⁊ statim deponēs dicit, *Accipiens ⁊ hunc preclarum calicem* ⁊c. Cum dicit *benedixit* sinistra calicem infra cuppam tenens, dextra signat super eum, ⁊ prosequens *deditque discipulis suis* ⁊c. ambabus manibus tenens calicē, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppā, cubitis super altare positis, ⁊ capite inclinato pfert secrete ⁊ deuote, vt supra verba consecrationis sanguinis. *Hic est enim calix* ⁊c. Quibus dictis reponit calicem super corporale: ⁊ genuflexus sanguinem reuerenter adorat. Tunc se erigit, ⁊ accipiens calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus vt prius, eleuat eum, ⁊ erectum, quantum commode potest, ostendit populo adorandum, dicens: *Hec quotiescunq; feceritis* ⁊c. Mox ipsum reuerenter reponit super corporale in locum pristinum, ⁊ manu dextra palla cooperit, ac genuflexus sacramentum veneratur. ¶ In missa solemni cū celebrans dicit, *Quam oblationem* ⁊c. diaconus accedit ad dexteram celebrantis, ⁊ ibi in superiori gradu altaris genuflexus, cum sacramentum eleuatur, fimbrias planete eleuat, ⁊ quando opus est se erigens calicem cooperit, ⁊ discooperit, ⁊ cum celebrante genuflectit. Reposito calice Diaconus redit ad librū, nisi altius assistat.

De Canone post Consecrationem, vsque ad orationem dominicam.

REposito calice, ⁊ adorato, celebrans stans ante altare, extēsis manibus ante pectus dicit secreto, *Unde ⁊ memores* ⁊c. Iungit manus ante pectus, ⁊ cum dicit *hostiam puram* ⁊c. manu dextra signat ter cōmuniter super hostiam ⁊ calicem ⁊ semel super hostiam tantum, ⁊ semel super calicē tantum, dicens, *panem sanctum vite eterne: ⁊ calicem salutis perpetue.* deinde stans vt prius, extensis manibus prosequitur, *Supra que propitio* ⁊c. Cum dicit *Supplices te rogamus* ⁊c. inclinat se ante medium altaris, manibus iunctis super illo positis: cum dicit, *ex hac altaris participatione* osculatur altare: cum dicit, *sacrosanctū filij tui* iungit manus, ⁊ dextra signat semel super hostiā tantū, ⁊ semel super calicē dicēs, *corpus ⁊ sanguinem sumpserimus* ⁊ cū dicit, *omni benedictione celesti* seipsū signat a frōte ad pect' signo crucis: cum dicit, *Per eundem* iungit manus. Cū dicit *Memento domine famulorū famularumq; tuarū, qui nos precesserunt cum signo fidei, ⁊ dormiunt in somno pacis* statim extensis, ⁊ iunctis manibus ante pectus, vel vsque ad faciem eleuatis, ⁊ intentis oculis ad sacramentum super altare facit commemorationem fidelium defunctorum, de quibus sibi videtur, eodem modo vt dictum est de commemoratione viuorum. Qua commemoratione facta, stans vt prius extensis manibus prosequitur, *Ipsis domine ⁊ omnibus in Christo* *Per eundem* ⁊c. ⁊ in fine ad caput inclinat. Cum dicit *Nobis quoque peccatoribus* vocem ad hec tria verba aliquantulum eleuat, ⁊ dextra manu pectus sibi percutit, ⁊ prosequitur *famulis tuis* ⁊c. stans vt prius: cum dicit *Per Christum dominum nostrum: per quem hec omnia domine semper bona creas* iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter signans communiter super hostiam ⁊ calicem dicit, *Sanctificas, viuificas, benedicis ⁊ prestas nobis.* Postea discooperit manu dextra calicem, ⁊ genuflexus reuerentiam facit sacramento, tum se erigit, ⁊ reuerenter accipit hostiam inter pollicem ⁊ indicem dextre manus, ⁊ cum ea super calicem, quem manu sinistra tenet circa nodum, infra cuppam, signat ter a labio ad labium, dicens *Per ipsum ⁊ cum ipso, ⁊ in ipso.* Et cum hostia bis inter se ⁊ calicem a labio calicis incipiens signat dicens: *est tibi deo patri omnipotenti, in vnitate spiritus sancti.* Deinde tenens manu dextra hostiam super calicem, sinistra calicem, eleuat eam aliquantulum simul cum calice dicens, *omnis honor ⁊ gloria.* ⁊ statim vtrunq; deponens, hostiam collocat super corporale: ⁊ digitos si fragmentum aliquod illis adhereat, extergit in calice: (quod semper, si opus sit, faciat cum hostiam sacram tetigit) ac pollices ⁊ indices vt prius iungens, calicem palla cooperit, genuflexus vsque ad terram sacramentum veneratur. ¶ In missa solemni cum celebrans dicit, *Per quem hec omnia* ⁊c. diaconus facta sacramento genuflexione accedit ad dexteram celebrantis, ⁊ quando opus est discooperit calicem, ⁊ cum celebrante adorat: similiter cooperit, ⁊ iterum genuflectit. Postea vadit retro post celebrantem, vbi stat dum dicitur oratio Dominica.

De oratione Dominica, ⁊ alijs vsque ad factam communionem.

CElebrans cooperto adoratoq; calice erigit se, ⁊ more solito manibus extensis hinc inde super altare positis, dicit intelligibili voce, *Per omnia secula seculorum* ⁊c. Cum dicit, ✝ *Oremus* iungit manus, caput sacramento inclinans. Cum incipit, *Pater noster* extendit manus, ⁊ stans oculis ad sacramentum intentis prosequitur vsque ad finem. Responso a ministro, *Sed libera nos a malo.* ⁊ a celebrante, *Amen,* manu dextra, pollice ⁊ indice non disiunctis, patenam accipit inter indicē ⁊ medium digitos, quam tenens super altare erectam dicit secrete, *Libera nos quesumus.* ¶ In missa solemni cum in oratione Dominica dicit, *Dimitte nobis debita nostra,* Diaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione vadit ad dexteram celebrantis, ⁊ Subdiaconus circa finem orationis Dominice reuertitur ad altare, ⁊ offert patenam Diacono, qui eam discooperit, ⁊ dat celebranti osculans eius manum, discooperitque ⁊ cooperit calicem quando opus est simul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrans dicat, *Da propitius pacem* eleuat manu dextra patenam de altari, ⁊ seipsum cū ea signat a fronte ad pectus, dicens, *Da propitius pacem in diebus nostris* patenamq; ipsam osculatur, ⁊ prosequēs *vt ope misericordie tue* ⁊c. submittit patenam hostie, quam indice sinistro accommodat super patenam, discooperit calicem, ⁊ genuflexus in terra sacramen-

cramen-

cramentum adorat: tum se erigens accipit hostiam inter pollicem ⁊ indicem dextre manus, ⁊ cum illis, ac cum pollice ⁊ indice sinistre manus eam super calicem tenens reuerenter frangit per medium dicens, Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. ⁊ mediam partem quam inter pollicem ⁊ indicem dextre manus tenet ponit super patenam: de alia media quam sinistra manu tenet, frangit cum pollice ⁊ indice dextre manus particulam prosequens, Qui tecum viuit ⁊ regnat. quã inter ipsos dextre manus pollicem ⁊ indicem retinens, partem maiorem quam sinistra tenet adiungit medie super patenam posite, interim dicens, In vnitate Spiritus sancti deus. Et particulam hostie, quam in dextra manu retinuit, tenens super calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ⁊ cum ipsa particula signans ter a labio ad labium calicis dicit, Pax domini sit semper vobiscum. Responso per ministros, Et cum spiritu tuo, particulam quam dextra manu tenet, ponit in sanguinem dicens secrete, Hec commixtio ⁊ consecratio corporis ⁊c. Deinde pollices ⁊ indices super calicem aliquantulum tergit ⁊ iungit, calicem palla cooperit, ⁊ genuflexus sacramentum adorat, surgit, ⁊ stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato versus sacramentum, dicit intelligibili voce, Agnus dei qui tollis peccata mundi. ⁊ dextra percutiens sibi pectus dicit Miserere nobis. quod ⁊ tertio facit, cum dicit dona nobis pacem. Tum manibus iunctis super altare positis, capite inclinato, oculisque ad sacramentum intentis dicit secreto. Domine Jesu Christe ⁊c. Qua oratione finita, si est daturus pacem, osculatur altare in medio, ⁊ ei statim instrumentum pacis porrigitur a ministro iuxta ipsum ad dextrã, hoc est in cornu epistole genuflexo. ⁊ dicit Pax tecum. Si non adsit qui pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiã si illius datio misse conueniat: nec osculatur altare, sed dicta premissa oratione, statim subiungit alias orationes vt in Ordinario. Si vero celebrat pro defunctis non percutit pectus ad Agnus dei, quia dicit, dona eis requiem. nec dicit primam orationem, Domine Jesu Christe qui dixisti Apostolis tuis ⁊c. non dat pacem: sed dicit alias duas sequentes orationes Domine Jesu Christe fili Dei viui. ⁊ Perceptio corporis tui. Quibus orationibus dictis, genuflectens sacramentum adorat, ⁊ se erigens dicit secrete, Panem celestem accipiam. Quo dicto dextra manu accipit de patena reuerenter ambas partes hostie, ⁊ collocat inter pollicem ⁊ indicem sinistre manus, quibus patenam inter eundem indicem ⁊ medium digitos supponit, ⁊ eadem manu sinistra tenens partes huiusmodi super patenam, dextera tribus vicibus percutit pectus suum, interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulum eleuata, Domine non sum dignus, ⁊ secrete prosequitur, vt intres ⁊c. Quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes predictas hostie inter pollicem ⁊ indicem dextre manus, ⁊ cum illa supra patenam signat seipsum signo crucis, dicens, Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam eternam. Amen. Deinde reuerenter easdem ambas partes sumit, quibus sumptis deponit patenam super corporale, ⁊ erigens se iunctis indicibus, ⁊ pollicibus, ambas quoque manus ante faciem iungit, ⁊ aliquantulum quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde depositis manibus dicit secreto, Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. ⁊ discooperto calice accipit patenam, ⁊ eam diligenter cum pollice ⁊ indice dextrę manus super calicem extergit, ⁊ ipsos digitos, nequid fragmentorum in eis remaneat. Si vero adsint hostie consecrate super corporale posite pro alio tempore cõseruande, facta prius genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum: ⁊ diligenter aduertat, ne aliquod fragmentum, quantumcunque minimum, remaneat super corporale: quod, si fuerit, accurate reponat in calicem. Post extersionem patene iunctis pollicibus ⁊ indicibus iterum genuflectit Sacramento, surgit, ⁊ calicem dextera manu infra nodum cuppe accipit dicens, Calicem salutaris ⁊ cetera, ⁊ signans se signo Crucis cum calice dicit, Sanguis Domini nostri ⁊c. ⁊ manu sinistra supponens patenam calici, stans reuerenter sumit totum sanguinem cum particula in calice posita. Quibus sumptis dicit secrete, Quod ore sumpsimus ⁊ cete. postea super altare porrigit calicem ministro ad cornu epistole, quo vinum fundente se purificat, deinde abluit pollices ⁊ indices super calicem quos abstergit purificatorio, interim dicens, Corpus tuum domine quod sumpsi, ⁊ cetera, ablutionem sumit, ⁊ extergit os ⁊ calicem purificatorio, quo facto purificatorium extendit super calicem, ⁊ desuper patenam, ac super patena paruam pallam, ⁊ cooperit velo, plicat corporale, ⁊ reponit in bursam, quam ponit super calicem, ⁊ collocat super altare vt prius. ¶ Siqui sunt communicandi in missa, eos communicet antequam sumat purificationem, ⁊ antequam digitos abluat. Quibus communicatis dicit, Quod ore sumpsimus domine ⁊c. ⁊ deinde se ⁊ eos qui communicarunt purificans, dicit, Corpus tuum domine quod sumpsi ⁊ alia facit vt supra. ¶ In missa solemni diaconus stans retro post celebrantem, cum in oratione Dominica dicitur, Et dimitte nobis debita nostra, facta ibidem genuflexione altari vadit ad dexteram celebrantis, ⁊ patenam purificatorio abstergens dat celebranti, illius manum osculando, ⁊ quando opus est discooperit, ⁊ cooperit, ⁊ cum celebrante adorat calicem. Cum dicitur, Pax domini ⁊c. Subdiaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione, vadit ad sinistram celebrantis, ⁊ simul dicunt Agnus dei. Deinde facta ibidem sacramẽto genuflexione redit post celebrantem. Diaconus vero a dextris genuflexus expectat pacem, ⁊ cum celebrans osculatur altare, ipse se erigens simul osculatur altare, ⁊ a celebrante complexus accipit pacem, respondens ei, Et cum spiritu tuo. Postea iterum sacramento in altari adorato, vertit se ad Subdiaconum retro post celebrantem, qui similiter a diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatus acolutho vadit ad Chorum, ⁊ dat similiter pacem primo cuiusque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, ⁊ reuersus ad altare dat pacem acolutho, qui ipsum comitauerat, qui ⁊ aliis acoluthis circa altare dat pacem: deinde vadit ad dextram celebrantis, ⁊ quando opus est, discooperit calicem, accipit ampullam vini, ⁊ infundit quando celebrans vult purificare.

De Communione, ⁊ orationibus post communionem dicendis.

Celebrante purificato, dum calicem collocat in altari: liber Missalis defertur per ministrum ad cornu epistole, ⁊ collocatur vt Introitu. ¶ In missa solemni Diaconus defert librum Missalis ad cornu Epistole postea vadit retro post celebrantem: subdiaconus vero vadit ad cornu Euangelii, vbi calicem mundat, aptat cum purificatorio, plicat corporalia, reponit in bursam, ⁊ illam ponit super calicem coopertum velo, quem collocat in altari, vel super credentia vt prius: postea redit ad locum suum retro post Diaconum. ¶ His expeditis celebrans stans legit Antiphonam que dicitur Communio qua lecta iunctis manibus ante pectus vadit ad medium altaris,

⁊ eo osculato vertit se ad populum, ⁊ dicit, Dominus vobiscuꝫ, redit ad librum, dicit orationes Postcommunionem eisdem modo, numero, ⁊ ordine, vt supra dicte sunt Collecte. Quibus dictis iungens manus ante pectus reuertitur ad medium altaris, ⁊ eo osculato vertit se ad populum, ⁊ dicit vt supra. Dominus vobiscum. Quo dicto stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicit, si dicendum est, Ite missa est. Quo dicto per eandem viam reuertitur ad altare. Si vero non sit dicendum, dicto Dominus vobiscuꝫ: reuertitur eodem modo per eandem viaꝫ ad medium altaris, vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus manibus dicit, Benedicamus domino. In missis autem defunctorum eodem modo stans dicit, Requiescant in pace. ¶ In missa solemni hec omnia eodẽ modo stans dicit diaconus: ⁊ cum dicit, Ite missa est, celebrans quoque stat versus populum. ¶ In Quadragesima autem, a feria quarta Cinerum vsqꝫ ad feriam quartam maioris Hebdomade, in feriali officio, postquam celebrãs dixit orationes Postcommunionem cum suis solitis conclusionibus, antequaꝫ dicat Dominus vobiscum, stans in eodem loco ante librũ dicit Oremus. Humiliate capita vestra Deo, ⁊ extensis manibus subiungit eadem voce orationeꝫ super populum ibidem positam: qua finita osculatur altare, ⁊ vertens se ad populum dicit, Dominus vobiscum, ⁊ alia vt supra. ¶ In missa solẽni dicto per celebrantem Oremus, Diaconus vertens se ad populum iunctis manibus dicit vt supra Humiliate ⁊c. quo dicto vertit se versus altare a tergo celebrantis, ⁊ celebrans dicit orationem.

De benedictione in fine misse: ⁊ Euangelio sancti Johannis.

Dicto, Ite missa est, vel Benedicamus domino, vt supra, Celebrans ante medium altaris stans iunctis manibus super altare, ⁊ capite inclinato, dicit secrete, Placeat tibi sancta Trinitas ⁊c. quo dicto, extensis manibus hincinde super altare positis, ipsuꝫ in medio osculatur: tunc erigens se adhuc stãs versus illud, extendit, eleuat, ⁊ iungit manus, caputqꝫ cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotens deus, ⁊ iunctis manibus, ac demissis ad terram oculis vertens se ad populum extensa manu dextra, iunctisque digitis semel benedicit populo, dicens, Pater ⁊ filius, ⁊ spiritus sanctus, ⁊ circulum perficiens reuertitur ad cornu euangelij, vbi dicto Dominus vobiscum ⁊ Responso, Et cuꝫ spiritu tuo, pollice dextro signans primum signo crucis altare, seu librum, deinde frontem, os, ⁊ pectus, dicit, Initium sancti euangelij secũdum Johannẽ, vel Sequentia sancti euangelij, vt dictum est in Rubricis generalibus: ⁊ respõso Gloria tibi domine, iunctis manibus legit euangelium In principio, vel aliud, vt conuenit. Cum dicit, Et verbum caro factum est, genuflectit, ⁊ surgens prosequitur vsque in finem. Si celebrans in altari vertit faciem versus populum, nõ vertit se, sed stans vt erat, benedicit populum vt supra, in medio altaris: deinde accedit ad cornu euangelij, ⁊ dicit euangeliũ sancti Johannis. Si celebrauit coram summo Pontifice, Cardinali, Legato sedis apostolice, Patriarcha, Archiepiscopo, ⁊ Episcopo in prouincia, ciuitate, vel diecesi sua existẽte, celebrãs dicto Placeat tibi sancta Trinitas ⁊c. dicit Benedicat vos omnipotẽs deus, ⁊ conuertens se ad summũ Pontificem genuflexus, ad Cardinalem vero Legatum, vel Prelatum suum, capite inclinato quasi licentiam benedicendi petens prosequitur, pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus benedicẽs astantes a parte vbi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prelatus predicti. Si aũt celebrauit coraꝫ Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo extra eorum tituluꝫ, ecclesiam, prouinciam ciuitatem, vel diecesim constitutis, eis absqꝫ alio respectu vt ceteris qui intersunt more consueto benedicit. Si autem celebrauit pro defunctis dicto Placeat tibi sancta Trinitas, vt supra, accedit ad cornu euangelij: ⁊ dicit euangelium sancti Johãnis pretermissa benedictione, que in missis defunctorum non datur. Finito euangelio, in fine misse si celebrauit coraꝫ summo Pontifice, Cardinali, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residentijs, ecclesia vel loco iurisdictionis eorum: conuertit se ad illum, coram quo ex predictis celebrauit, ⁊ facit reuerentiam conuenientem. Si non celebrauit coram aliquo predictorum, huiusmodi reuerẽtiam pretermittit. Quibus omnibus absolutis extinguuntur per ministrum candele: interim sacerdos cooperto capite accipit sinistra calicem, dextram ponens super bursam ne cadat, descendit ad infimum gradum altaris, ⁊ ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat: ⁊ facta reuerentia, precedente ministro, eo modo quo venerat redit ad sacristiam, interim dicens Antiphonam, Trium puerorum ⁊ canticum, Benedicite. Si vero sit dimissurus huiusmodi vestes ante altare vbi celebrauit, finito euangelio predicto, ibidem deponit vestes, ⁊ dicit Antiphonam predictaꝫ, Trium puerorum, cum cantico ⁊ alijs orationibus vt suo loco ponuntur. ¶ In missa solemni omnia facit vt supra hoc excepto, ꝙ ter populo benedicit, primo a cornu epistole dicens, Pater, secundo ante medium altaris dicens, ⁊ filius tertio a cornu euangelij dicens, ⁊ spiritus sanctus. ⁊ dicto euangelio secundum Johãnem, vel alio, vt supra celebrans discedit cum ministris ordine quo venerat.

De his que omittuntur in missa pro defunctis.

In missa pro defunctis ante Confessionem non dicitur psalmus Judica me deus. Sed pronunciata antiphona, Introibo ad altare Dei, ⁊ responso a ministris, Ad deum qui letificat ⁊c. dicitur ℣. Adiutorium nostrum ⁊ Confessio cuꝫ reliquis vt supra. ¶ In missa solemni post confessionem non incensatur altare. ¶ Cum celebrãs ad altare incipit Introitum, non signat se, sed manu dextera extẽsa facit signum crucis super librum, quasi aliquem benedicens. Non dicitur Gloria patri. sed post psalmum repetitur Requiem eternam: nec Gloria in excelsis, nec Alleluia, nec Jube domine benedicere: nec Dominus sit in corde meo: nec osculatur librum, in fine. ¶ In missa solemni subdiaconus finita epistola non osculatur manum celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionẽ: nec osculatur celebrantis manum, non tenentur luminaria ad euangelium, sed duo tantum acoluthi sine candelabris tenent medium subdiaconum, tenentem librum euangeliorum, Non incensatur liber, nec in fine celebrans, nec defertur liber euangeliorum osculandus. ¶ Item in missa defunctorum non dicitur Credo, non benedicitur aqua in calicem fundenda, sed dicitur Deus qui humane substantie ⁊c. ¶ In missa solemni oblata ⁊ altare incensatur vt supra: incensatur solus celebrans: ⁊ non incensatur alij: Cum lauat manus, non dicitur Gloria patri in psalmo Lauabo inter innocentes. Subdiaconus non tenet patenam post celebrantem: sed tẽpore eleuationis sacramenti incensat sacramentum. Ad Agnus Dei non dicitur, miserere nobis, cuius loco dicitur dona eis requiem: nec tertio dona nobis pacem, cuius loco dicitur dona eis requiem sempiternam: non dicitur prima oratio ante cõmunionem, scilicet, Domine Jesu Christe qui dixisti apostolis tuis ⁊c. nec datur. Pax. In fine non dicitur, Ite missa est, nec Benedicamus domino, sed Requiescant

scant in pace: ⁊ non datur benedictio: sed dicto Placeat, dicitur vt supra, In principio erat verbum ⁊c. Alia omnia vt in alijs missis. ¶ Finita missa, si facienda est defunctorum absolutio, celebrans retrahit se ad cornu epistole, exuitur casula, accipit pluuiale nigrum: subdiaconus medius inter duos acoluthos deferentes candelabra accensa, defert Crucem precedentibus duobus alijs acoluthis, vno cum thuribulo ⁊ nauicula, alio cum aqua benedicta ⁊ aspersorio, sequitur celebrans ⁊ diaconus a sinistris. Subdiaconus cū cruce sistit se in loco parato ad caput contra altare, medius inter dictos acoluthos deferentes luminaria: celebrans vero ex alia parte versus altare: a sinistris diaconus, ⁊ alij duo acoluthi deferentes vas aque benedicte, ⁊ thuribulum. Interim cantat Rñsorium. Cum dicitur Kyrie eleison, celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrante diacono nauiculam. Cepto Pater noster, accipit aspersorium de manu diaconi, ⁊ facta altari reuerentia, comitante diacono a dextris ⁊ tenente fimbriam anteriorem pluuialis, aspergit circuiens locum paratum: cum transit ante crucem, profunde inclinat, diaconus vero genuflectit: ⁊ rediens ad pristinum locum, de manu eiusdem diaconi accipit thuribulum, ⁊ eodem modo quo asperserat, incensat. Postremo diacono tenente librum orat iunctis manibus dicens, Et ne nos, ⁊ versum A porta inferi, cum alijs, ⁊ Orationem, Absolue quesumus dñe, ⁊c, vt in ordinario: ⁊ post eam dicens Requiem eternam ⁊c. facit crucem manu dextera super locum paratum: ⁊ dicto per Cantores Requiescant in pace, precedente cruce redit cum alijs ad sacristiam.

De his que clara voce aut secreto dicenda sunt in Missa.

In missa priuata clara voce dicuntur Antiphona ⁊ Psalmus, ad Introitum, Confessio ⁊ que sequuntur: excepta oratione, Aufer a nobis. ⁊ Oramus te domine per merita sanctorum tuorum, ⁊c. Item Introitus, Kyrie eleison, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertorium, Prefatio, Nobis quoque peccatoribus solum hec tria verba, Item. Per omnia secula. ⁊c. cum Pater noster, Pax domini, Agnus dei, Domine non sum dignus, Cōmunio, Postcōmunio, Ite missa est, vel Benedicamus domino, vel Requiescant, Euangelium, In principio, Alia omnia dicuntur secrete. ¶ In missa solemni clara voce a celebrante dicuntur quando intonatur Gloria in excelsis, ⁊ Credo, Dominus vobiscum, Oremus, Oratio, Dominus vobiscum, Oremus, ante Offertorium. Prefatio, Pater noster, ⁊ Oratio post communionem. Alia omnia a celebrante dicuntur secreto in missa solemni

De hora celebrandi Missam.

Missa priuata saltem post Matutinum quacunque hora ab aurora vsque ad meridiē dici potest. Missa autem conuentualis ⁊ solemnis, sequenti ordine dici debet. In festis duplicibus, ⁊ semiduplicibus, in Dominicis, ⁊ infra octaua. dicta in choro hora tertia. In festis simplicibus ⁊ ferijs per annum, dicta Sexta. In Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus ⁊ Vigilijs que ieiunantur, dicta Nona. Missa autem Defunctorum dici debet post Matutinum ⁊ Primam diei: ⁊ vbi dicuntur eorū vigilie mane post matutinum diei, dictis huiusmodi vigilijs cum Laudibus, immediate dici potest missa pro defunctis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi missam conuentualē, misse in nocte Natiuitatis domini, que suo loco dicuntur, missa. s. conuētualis prima post mediam noctē, secunda post laudes ⁊ primā, tertia post tertiā. vel vbi alias ex dispensatione Apostolica disponatur.

De ordine standi, sedendi, ⁊ genuflectendi in Missa solemni.

In missa solēni celebrās medius inter diaconū, ⁊ subdiaconum sedere potest a cornu epistole iuxta altare, cum cantantur Kyrie eleison, Gloria in excelsis ⁊ Credo. alio tempore stat ad altare, ⁊ genuflectit quando oportet vt supra. Item genuflectit quando legitur euangeliū In principio, ad illa verba, Et verbum caro factum est. ⁊ euangelium Cum natus esset Iesus. ad illa verba, Et procidentes adorauerunt eum. Item euangelium ferie iiij. post Dominicam iiij. Quadragesime ad illa verba, in fine. Et procidens adorauit eum. Et cum diaconus cantat illa verba, ipse versus librum, celebrans ⁊ circunstātes versus altare genuflectunt: subdiaconus vero tenens librum, ⁊ acoluthi candelabra non genuflectunt. Item genuflectit priuate celebrans cum dicit Flectamus genua non autem cum solemniter celebrat, sed diaconus, ⁊ subdiaconus, ⁊ circunstantes. Item celebrās ⁊ ministri genuflectunt, cum dicitur in Quadragesima, Adiuua nos deus. Item cum dicitur in missa spiritus sancti. Veni sancte Spiritus reple. ⁊c. Item quando legitur Passio ad illa verba, expirauit, ⁊ quandocunque fiunt genuflexiones vt supra. Circunstantes autem in missis priuatis semper genuflectunt, preterquam ad euangelium. ¶ In solemnibus autem genuflectitur ab ijs qui non sunt prelati ad Confessionem cum suo psalmo ⁊ ab omnibus quando eleuatur sacramētum, sed dum cantatur Introitus, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Credo, Offertorium ⁊ facta communione dum cātatur Communio sedetur: in alijs statur. ¶ In missis feriarum Aduentus, Quadragesime, Vigiliarū, que ieiunant ⁊ Quatuor Temporum, ac in missis defunctorum circunstantes genuflectunt ad Confessionem cum suo psalmo, ad Orationes, dicto per celebrantē Sanctus, vsque ad Pax domini. ⁊ ad postcommunionem excepta vigilia Pasche, ⁊ Pentecostes, ac Natiuitatis domini.

DE COLORIBVS, ET QVALITATE PARAMENTORVM.



Paramenta altaris, celebrantis, ⁊ ministrorum sint, coloris cōuenientis officio ⁊ misse diei, secundum vsum Romane Ecclesie: que quinque coloribus vti consueuit, albo, rubeo, viridi, violaceo, ⁊ nigro.

¶ Albo colore vtitur a vesperis vigilie Natiuitatis domini vsque ad octauam Epiphanie inclusiue exceptis festis Martyrum que infra eam veniunt. Feria v. in Cena domini: ⁊ Sabbatho sancto in officio misse: ⁊ ab illo die vsque ad sabbathum Pentecostes exclusiue in officio de tempore, preterquam in missa Litaniarum ⁊ Rogationum. In festis beate Marie, ⁊ per eius octauas, preterquam in benedictione candelarum ⁊ processione que fit in festo Purificationis eiusdem. Item in eius missis votiuis. In missa sancte Trinitatis. In festo Corporis Christi. In festis Angelorum. In festo Sancti Iohannis Baptiste. In festo Omnium sanctorū. In principali festo sancti Iohannis Euangeliste, quod celebratur infra octauam Natiuitatis. In vtraque Cathedra sancti Petri. In Conuersione sancti Pauli. In festo sancti Petri ad vincula. In festo Transfigurationis Domini. In festis Cōfessorum Pontificum, ⁊ non Pontificum, ⁊ Doctorū. In festis virginum ⁊ non virginum. In Consecratione ⁊ Dedicatione Ecclesie, ac in consecratione Pontificis: ⁊ per octauas predictorum festorum que octauas habent, quando fit officium de octaua: ⁊ in Dominicis infra eas per annum occurrentibus.

¶ Rubeo

Rubeo colore vtitur a vigilia Pentecostes in missa vsque ad sabbathuz sequens inclusiue. In festis sancte Crucis. In festo sancti Johānis ante portam Latinam. In Natali Apostolorum Petri ⁊ Pauli. In festis aliorum Apostolorum: exceptis festo principali sancti Johannis Euangeliste post Natiuitatem, ⁊ festo Cōuersionis sancti Pauli, ⁊ Cathedre sancti Petri, ⁊ eius Vinculorum. In festis martyrum, excepto festo sanctorum Innocentum quando non venerit in Dominica: si autem in Dominica venerit, vtitur rubro: similiter in eius die octaua: ⁊ per octauas predictorū festorū q̄ octauas hn̄t, quando fit de octaua: ⁊ in Dn̄icis per annuz infra eas octauas occurrentibus.

Viridi colore vtitur ab octaua Epiphanie vsque ad Septuagesimam, ⁊ ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentuz exclusiue in officio de tempore, excepta Dominica Trinitatis vt supra: ac exceptis Dominicis infra octauas occurrentibus, in quibus color octauarum seruatur, exceptis etiam Vigilijs, ⁊ Quatuor Temporibus vt infra.

Violaceo colore vtitur a prima Dominica Aduentus vsq₃ ad Missam vigilie Natiuitatis Domini inclusiue: ⁊ a Septuagesima vsque ad officium ante Missam Sabbathi sancti inclusiue in officio de tempore, excepta Feria quinta in Cena Domini, in qua vtitur albo: ⁊ feria sexta in Parasceue, in qua vtitur nigro, vt infra: ⁊ benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Prefationem dicens solus vtitur albo: ea autem finita, violaceo vt prius. Itez in officio vigilie Pentecostes ante missam facta benedictione fontium inclusiue, In Quatuor temporibus. In vigilijs, que ieiunantur: exceptis vigilia, ⁊ quatuor temporibus Pentecostes. In missa Litaniarum ⁊ Rogationum. In festo sanctorum Innocentum, quando non venerit in die Dominica. In benedictione candelarum in die Purificationis Beate Marie: ⁊ in benedictione palmarum, ⁊ ipsa Dominica in palmis: ⁊ in eorundez, ac generaliter in omnibus processionibus: exceptis processionibus sancti Sacramenti, ⁊ que fiunt in solemnibus diebus.

Nigro colore vtitur Feria sexta in Parasceue, ⁊ in missis Defunctorum.

In officio Misse celebrans semper vtitur planeta super albam. Si autem sit Episcopus, ⁊ solemniter celebrat, super Dalmatica ⁊ Tunicella. Pluuiali vtitur in processionibus ⁊ benedictionibus que fiunt in altari. Item in officio Laudū ⁊ Vesperarū, quando solemniter dicuntur. Eodem vtitur assistens celebranti in Missa Pontificali. Item quando celebrans post missam defunctorum facit in fine absolutionem. Cū celebrans vtitur pluuiali, semper deponit manipulum: ⁊ vbi pluuiale haberi non potest, in benedictionibus que fiunt in altari, celebrans stat sine planeta cum Alba ⁊ Stola. Dalmatica ⁊ Tunicella vtuntur Diaconus ⁊ Subdiaconus in missa solemni, ⁊ processionibus, ⁊ bn̄dictionibus, quandocunq₃ Sacerdoti ministrant. In diebus vero ieiuniorū, preterquam in vigilijs sanctorum: ⁊ in Dominicis ⁊ ferijs Aduentus, ⁊ quadragesime, ac in vigilia Pētecostes ante missam (exceptis Dominica, Gaudete, etiam si eius missa infra hebdomadam repetatur, ⁊ Dominica, Letare, Vigilia Natiuitatis, Sabbatho sancto in benedictione cerei ⁊ in missa, ⁊ quatuor temporibus Pentecost.) in Cathedralibus ⁊ precipuis Ecclesijs vtuntur planetis plicatis ante pectus: quam planetam diaconus dimittit cum lecturus est euangelium: ⁊ tunc super sinistrum humerum super stolam complicatur aut ponitur aliud genus stole latioris in modum planete plicate: ⁊ facta communione resumit planetam vt prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam cum lecturus est Epistolam, quam legit in albis, ⁊ postea eam resumit vt prius. In minoribus autem Ecclesijs, predictis diebus ieiuniorū alba tantum amicti ministrent: Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum stola ab humero dextro sub sinistrum pendente.

DE DEFECTIBVS IN celebratione missarum occurrentibus.

Sacerdos celebraturus, omnem adhibeat diligentiam, ne aliquid ex requisitis ad sacramentum Eucharistie conficiendū desit. Potest autem defectus contingere ex parte materie consecrāde, ⁊ ex parte forme adhibende, ⁊ ex parte ministri conficientis. Quicquid enim horum deficit, scilicet, materia debita, forma cū intentione, ⁊ ordo sacerdotalis in conficiente, non conficitur sacramentū. Et his existentibus, quibuscunque alijs deficientibus, veritas adest sacramenti. Alij vero sunt defectus qui in misse celebratione occurrentes, etsi veritatem sacramenti non impediant, pn̄t tamē aut cū peccato, aut cum scādalo cōtingere.

De defectibus Materie.

Defectus ex parte materie possunt cōtingere, si aliquid desit ex ijs que ad ipsam requiruntur. Requiritur enim, vt sit panis triticeus, ⁊ vinuz de vite: ⁊ vt huiusmodi materia consecranda in actu consecrationis sit coram sacerdote.

De defectu panis.

Si panis non sit triticeus, vel si triticeus sit admistus granis alterius generis in tanta quantitate, vt non maneat panis triticeus, vel sit alioqui corruptus, non conficitur sacramentum. Si sit confectus de aqua rosacea, vel alterius distillationis: dubiū est an conficiatur. Si ceperit corrumpi, sed nō sit corruptus: similiter si non sit azymus secundum morem ecclesie Latine, conficitur: sed conficiens grauiter peccat. Si celebrans ante consecrationez aduerterit hostiam esse corruptam, aut non esse triticeam: remota illa hostia, aliam ponat, ⁊ a Canone iterum incipiat, ⁊ prosequatur missam. Si id aduerterit post consecrationem, etiaz post illius hostie seu sanguinis sumptionem posita alia, a consecratione incipiat, scilicet, ab illis verbis: Qui pridie quam pateretur, ⁊ illam priorem si non sumpsit, sumat post sumptionem corporis ⁊ sanguinis, vel alij sumendam tradat, vel alicubi reuerenter conseruet. Si autem sumpserat, nihilominus sumat eam quam consecrauit: quia preceptū de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quam quod a ieiunis sumatur. Aduertendum autem, quod si hoc contingat post sumptionem sanguinis, apponi debet rursus nouus panis ⁊ vinum cum aqua, facta prius oblatione, ⁊ prosequenda sunt oīa que sequuntur: ne sacramentum remaneat imperfectum, ⁊ vt debitus seruetur ordo. Si hostia consecrata disparcat, vel casu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel a mure accepta, vel alio animali, ⁊ nequeat reperiri: tunc altera consecretur (ab eo loco incipiendo, Qui pridie quā pateretur: facta prius eius oblatione) ⁊ illud animal si capi potest, occidatur, ⁊ comburat, ⁊ cineres eijciantur in sacristiam, vel sub altari.

De defectu vini.

Si vinum sit factum penitus acetū, vel penitus putridū, vel de vuis acerbis, seu non maturis expressum, vel admistum tantum aque vt vinū sit corruptum: non conficitur sacramentum. Si vinum ceperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel mustum tunc de vuis expressum, vel non fuerit

sit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis: cõficitur sacramentum, sed conficiens grauiter peccat. Si celebrãs ante cõsecrationem sanguinis, quamuis post consecrationem corporis, aduertat aut vinum, aut aquam, aut vtrunque non esse in calice: debet statim apponere vinum cum aqua, ꝛ consecrare, incipiendo ab illis verbis. Simili modo. ꝛc. Si post verba consecrationis aduertat vinum non fuisse positum, sed aquam deposita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice ꝛ resumat a verbis predictis. Si hoc aduertat post sumptionem corporis, vel huiusmodi aque, apponat aliã hostiam iterum consecrãdum, ꝛ vinum in calice: ꝛ vtrunque consecret, ꝛ sumat in fine, quamuis aliam hostiam consecratam, vel aquã sumpserit, propter sacramenti integritatem in celebratione seruandam. Siquis percipiat ante consecrationem vel post consecrationem totum vinum esse acetum, vel alias corruptum: idẽ seruetur quod supra, ac si deprehenderet non esse positũ vinum, vel solũ aquam fuisse appositam in calice. Si autem celebrans ante consecrationem calicis aduertat non fuisse appositam aquam: statim ponat eam, ꝛ proferat verba consecrationis. Si id aduertat post consecrationem calicis: nullo modo apponat, quia non est de necessitate sacramenti. Si materia que esset apponenda ratione defectus vel panis vel vini, nõ posset vllo modo haberi: si id sit ante consecrationem corporis, vlterius procedi non debet: si post consecrationem corporis aut etiam vini deprehenditur defectus alterius speciei, altera iam consecrata: tunc si nullo modo haberi possit, procedendum erit, ꝛ missa absoluenda. Quod si expectando aliquandiu, haberi possit: expectandum erit, ne imperfectum sacrificiũ remaneat.

De defectibus forme.

Defectus ex parte forme possunt contingere, si aliquid desit ex his que ad integritatem verborum in ipsa consecratione requiruntur. Verba autẽ consecrationis, que sunt forma huius sacramẽti, sunt hec. Hoc est enim corpus meum. Et, Hic est enim calix sanguinis mei noui ꝛ eterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis ꝛ pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Siquis autem aliquid diminueret, vel immutaret de forma consecrationis corporis ꝛ sanguinis, ꝛ in ipsa verborum immutatione verba idem non significarent: non conficeret sacramentum. Siquis aliquid adderet, quod significationẽ non mutaret, conficeret quidem, sed grauissime peccaret. Si celebrans non recordetur se dixisse ea, que in consecratione communiter dicuntur: non debet propterea turbari. Si tamen certo ei, vel valde probabiliter constet, se omisisse aliquid eorum que sunt de necessitate sacramenti, idest, formam consecrationis: resumat ipsam formam, ꝛ cetera prosequatur per ordinem. Si autem non sunt de necessitate sacramenti: non resumat, sed procedat vlterius.

De defectibus ministri.

Defectus ex parte ministri, possunt contingere quo ad ea que in ipso requiruntur. Hec autẽ sunt in primis intentio, deinde dispositio anime, dispositio corporis, dispositio vestimentorum, dispositio in ministerio ipso, quo ad ea que in ipso põt occurrere.

De defectu intentionis.

Siquis non intendit conficere, sed delusorie aliquid agere. Item si alique hostie ex obliuione remaneant in altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua hostia lateat cum non intendat consecrare nisi quas videt. Item si quis habeat coram se vndecim hostias, ꝛ intendat consecrare solum decem, non determinãs quas decem intendit: non consecrat, quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decem, tamen omnes voluit consecrare quas coram se habebat: nã tunc omnes erunt consecrate: atque ideo quilibet sacerdos talem semper intentionem habere deberet, s. consecrandi eas omnes, quas ante se ad consecrandũ positas habet. Si Sacerdos putans se tenere vnam hostiam, post consecrationem inuenerit fuisse duas simul iunctas: in sumptione sumat simul vtranque. Quod si deprehendat post sumptionẽ corporis ꝛ sanguinis, aut etiam post ablutionem, reliquias aliquas relictas cõsecratas: eas sumat, siue parue sint, siue magne, quia ad idem sacrificium spectant. Si vero relicta sit hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum aliis reponat: si hoc fieri nequit, sequẽti sacerdoti ibi celebraturo, in altari supra corporalia decenter opertã, sumendam vna cum altera quam est cõsecraturus, relinquat: vel si neutrum horum fieri possit, in ipso calice seu patena decenter conseruet, quousque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur: quod si non habeat quomodo honeste cõseruetur, potest eam ipsemet sumere. Si intentio non sit actualis in ipsa consecratione propter euagationem mentis, sed virtualis, cum accedens ad altare intendat facere quod facit ecclesia: conficitur sacramentum: etsi curare debet sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

De defectibus dispositionis anime.

Siquis suspensus, excommunicatus, ꝛ degradatus celebret, conficit quidem sacramentum, sed grauissime peccat, tam propter communionem quã indigne sumit, quam propter executionem Ordinũ, que sibi erat interdicta. Siquis habens copiam confessoris celebret in peccato mortali, grauiter peccat. Siquis etiã, in casu necessitatis non habens copiã cõfessoris, in peccato mortali absq; contritione celebret, grauiter peccat. Secus si conteratur: debet tamen cũ primũ poterit confiteri. Si in ipsa celebratione misse sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito cõfitendi ꝛ satisfaciendi. Si recordetur se esse excommunicatum, vel suspensum, aut locum esse interdictum, similiter conteratur cum proposito petendi absolutionem: ante consecrationẽ autem, si non timetur scandalum, debet missam inceptã deserere: secus si esset publice excommunicatus.

De defectibus dispositionis corporis.

Siquis non est ieiunus post mediam noctem, etiam post sumptionem solius aque, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiã medicine, ꝛ in quantacunque parua quantitate: non potest cõmunicare, nec celebrare. Si autẽ ante mediã noctem cibum, aut potum sumpserit, etiam si postmodum non dormierit, nec sit digestus, non peccat, sed ob perturbationẽ mentis ex qua deuotio tollitur, consulitur aliquando abstinendũ. Si reliquie cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt communionem, cum non transglutiantur per modum cibi, sed per modum saliue. Idem dicendum, si lauando os, deglutiatur stilla aque preter intentionem. Si plures missas in vna die celebret, vt in nocte Natiuitatis: in vltima tantũ missa percipiat purificationem. Si precesserit pollutio nocturna, que causata fuerit ex precedenti cogitatione que sit peccatum mortale, vel euenerit propter nimiam crapulam: abstinendum est a communione, ꝛ celebratione. Si dubium est, an in precedenti cogitatione fuerit peccatum mortale consulitur abstinendum, extra tamen casum necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuisse cogitationem, sed euenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusione: potest communicare ꝛ celebrare, nisi ex illa corporis cõmotione tanta

venerit

venerit perturbatio mentis, vt abstinendū videatur.

De defectibus in ministerio ipso occurrentibus.

Possunt etiam defectus occurrere in ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit:, vt si non celebretur in loco sacro vel deputato ab Episcopo: nec in altari consecrato: nec tribus mappis cooperto. Si nō adsunt luminaria cerea. Si non sit tempus debitum celebrandi, quod est ab aurora vsque ad meridiem, communiter. Si celebrans saltem Matutinū cum Laudibus non dixerit. Si omittat aliquid ex vestibus sacerdotalibus. Si vestes sacerdotales ⁊ mappe non sint ab Episcopo vel ab alio hanc habente potestatem benedicte. Si non adsit clericus, vel alius deseruiens in missa: vel adsit qui deseruire non debet, vt mulier. Si non adsit calix cuȝ patena conueniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stānea: non autem erea, vel vitrea. Si corporalia non sint mūda, que debent esse ex lino, nec serico in medio ornata, ⁊ ab Episcopo vel ab alio hanc habente potestatem benedicta. Si celebrat capite cooperto sine dispēsatione. Si non adsit Missale, licet memoriter sciret missam quam intendit dicere. Si sacerdote celebrante violetur ecclesia ante canonē, dimittatur missa: si post canonem, non dimittatur. Si sacerdos ante consecrationem grauiter infirmetur, vel in sincopem inciderit, aut moriatur: pretermittitur missa. Si post consecrationem corporis tantū ante consecrationem sanguinis, vel vtroqȝ consecrato id accidit: missa per alium sacerdoteȝ expleatur ab eo loco, vbi ille desijt. Si auteȝ non obierit, sed fuerit infirmus: adeo vt possit communicari, ⁊ non adsit alia hostia consecrata, diuidat hostiam, ⁊ vnam partem prebeat infirmo, aliaȝ ipse sumat. Si autem semiplorata forma corporis obijt sacerdos, aut semiplorata forma sanguinis: tunc alter similiter prosequatur missaȝ ⁊ super eandeȝ hostiam, seu eundem calicem repetat integram formaȝ, ab eo loco, Qui pridie quam pateretur, ⁊ in sanguine, ab eo loco, Simili modo postquam cenatum est. vel posset super alium panem, ⁊ in calice similiter cuȝ in forma calicis deficit super alium calicem preparatum integram formam proferre, ⁊ hostiam primi sacerdotis inter reliquias seruare, vel eam sumere post ablutionem sanguinis, si cōstat quod non sit consecrata: in dubio vero, tutius est accipere post sumptioneȝ: ⁊ idem de calice relicto semiconsecrato. Siquis extra huiusmodi casus necessitatis, integra sacramenta non sumpserit, grauissime peccat. Si musca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in calicem ante consecrationem: proijciat vinum subtus altare, ⁊ aliud ponat in calice, misceat parum aque, offerat, ⁊ prosequatur missam. Si post consecrationem ceciderit musca, aut aliqd eiusmodi, ⁊ fiat nausea sacerdoti, extrahat eam, ⁊ lauet cuȝ vino: finita missa comburat, ⁊ combustio, ac lotio huiusmodi in sacrarium proijciatur. Si autem non fuerit ei nausea: nec vllum periculum timeat sumat cū sanguine. Si aliquid venenosum ceciderit in calicem, vel quod prouocaret vomitum: vinum consecratum reponendum est in alio calice, ⁊ aliud vinum cum aqua apponendum denuo consecrandum: ⁊ finita missa sanguis repositus, in panno lineo vel stuppa tādiu seruetur, donec species vini fuerint desiccate, ⁊ tūc comburatur, ⁊ combustio in sacrarium proijciatur. Si aliquod venenosum contigerit hostiam consecratam, tunc alteraȝ consecret, ⁊ sumat modo quo dictuȝ est: ⁊ illa seruetur in tabernaculo loco separato, ⁊ animal captuȝ occidatur, ⁊ cōburatur, vt supra dictū est. Si sumendo sanguinem, particula remanserit in calice: digito ad labium calicis adducat, sumat ante purificationem, vel infundat vinum, ⁊ sumat. Si hostia ante consecrationeȝ inueniatur fracta, nisi populo euidenter appareat, talis hostia consecretur. Si autem scandaluȝ populo esse possit, alia accipiatur: ⁊ offeratur: Quod si illius iam hostiaȝ facta erat oblatio, post oblationem sumatur. Quod si ante oblationem, hostia appareat confracta, accipiatur altera integra, si citra scandalum, aut longam moram fieri poterit. Si propter frigus vel negligentiam hostia consecrata dilabatur in calicem, propterea nihil est reiterandum, sed sacerdos missam prosequatur. Si in hyeme sanguis congeletur in calice, inuoluatur calix pannis calefactis: si id non proficeret: ponatur in feruenti aqua, dummodo in calicem non intret, donec liquefiat. Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit: si quidem super tabulam, lingua lambatur, ⁊ pars illa tabule radetur quantū satis est. Item si nō fuerit tabula, locus ipse radatur, ⁊ comburatur: cinis vero iuxta altare recondatur. Si vero super lapidem altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillā, ⁊ locus bene abluatur, ⁊ ablutio in sacrariuȝ proijciatur. Si super linteum altaris gutta ceciderit, ⁊ vsque ad secundum siue tertium linteū peruenerit, tunc supposito calice linteoruȝ partes vbi gutta ceccidit ter abluantur, ⁊ aqua ablutionis in sacrariuȝ proijciatur, ⁊ partes ille linteorum post ablutionē abscindantur, ⁊ comburantur, ⁊ cinis in sacrario condatur. Quod si in ipso solum corporali, aut si in vestibus ipsis sacerdotalibus ceciderit: satis erit ablui, ⁊ ablutio in sacrarium proijciatur. Si in substratum pedibus pannum vel tapetum: ablui oportebit, ⁊ partē abscindi, ⁊ comburi, ⁊ cineres similiter in sacrariū immitti. At si contingat totum sanguinem post consecrationem effundi, siquidem aliquid vel parum remansit, illud sumatur, ⁊ de effuso reliquo sanguine fiat vt dictum est. Si vero nihil omnino remansit, ponat iterum vinum ⁊ aquam, ⁊ consecret ab eo loco, Simili modo postquam cenatum est, facta prius tamen calicis oblatione. Si sacerdos euomat Eucharistiam, si species integre appareant, reuerenter sumant: nisi nausea fiat: alioquin, species consecrate caute separentur, ⁊ in aliquo loco sacro reponantur. Quod si species non appareant comburatur vomitus, ⁊ cineres in sacrariuȝ proijciantur. Si hostia cōsecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terraȝ: reuerenter accipiatur, ⁊ locus vbi cecidit, mundetur, ⁊ aliquantulum abradatur, ⁊ puluis seu abrasio huiusmodi in sacrarium proijciatur. Si ceciderit extra corporale in mappam, seu alio quouis modo in aliquod linteum, mappa vel linteū huiusmodi diligenter lauetur: ⁊ lotio ipsa in sacrariū effundetur. Possunt etiā defectus in ministerio ipso occurrere, si sacerdos ignoret ritus ⁊ ceremonias ipsas in eo seruandas de quibus oībus in superiorib⁹ rubricis in ordinario ipso missaruȝ copiose dictū est.

PRAE-

PRAEPARATIO AD MISSAM pro opportunitate sacerdotis facienda. Antiphona.

Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris. Que Antiphona in duplicibus tantum duplicatur. Deinde dicuntur sequentes psalmi.

Psalmus.



Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit ⁊ deficit anima mea in atria domini.
Cor meum, ⁊ caro mea, exultauerunt in deum viuum.
Etenim passer inuenit sibi domum: ⁊ turtur nidū, vbi reponat pullos suos.
Altaria tua domine virtutū: rex meus, ⁊ deus meus.
Beati qui ambulant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.
Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit.
Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorum in Sion.
Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus Jacob.
Protector noster aspice deus, ⁊ respice in faciē Christi tui.
Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.
Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiam ⁊ veritatem diligit deus: gratiam ⁊ gloriam dabit dominus.
Non priuabit bonis eos qui ambulāt in innocentia: domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Psalmus.
Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob.
Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tue.
Conuerte nos deus salutaris noster: ⁊ auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in eternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
Deus tu conuersus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis domine misericordiam tuam: ⁊ salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: ⁊ in eos q̄ conuertunt̄ ad cor.
Ueruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi: iustitia ⁊ pax osculate sunt.
Ueritas de terra orta est: ⁊ iustitia de celo prospexit.
Etenim dominus dabit benignitatem: ⁊ terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eum ambulabit: ⁊ ponet in via gressus suos.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Psalmus.
Inclina domine aurem tuam, ⁊ exaudi me: quoniam inops ⁊ pauper sum ego.
Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.
Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: letifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.
Quoniam tu domine suauis ⁊ mitis: ⁊ multe misericordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe orationem meam, ⁊ intende voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Non est similis tui in dijs domine ⁊ non est secundum opera tua.
Omnes gentes quascunque fecisti, venient, ⁊ adorabunt coram te domine: ⁊ glorificabunt nomen tuū.
Quoniam magnus es tu, ⁊ faciens mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me domine in via tua, ⁊ ingrediar in veritate tua: letetur cor meum, vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est super me: ⁊ eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerūt super me, ⁊ synagoga potentium quesierunt animam meam: ⁊ non proposuerunt te in conspectu suo.
Et tu domine deus miserator ⁊ misericors: patiens ⁊ multe misericordie, ⁊ verax.
Respice in me, ⁊ miserere mei: da imperium tuum puero tuo: ⁊ saluum fac filium ancille tue.
Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, ⁊ confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me, ⁊ consolatus es me.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Psalmus.
Credidi ꝓpter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam domino, pro omnibus que tribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.
Uota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.
O domine: quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, ⁊ filius ancille tue.
Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: ⁊ nomen domini inuocabo.
Uota mea domine reddam in conspectu omnis populi eius, in atrijs domus domini, in medio tui hierusalem.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Psalmus.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: ⁊ propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino.
A custodia matutina vsque ad noctem: speret israel in domino.
Quia apud dominum misericordia: ⁊ copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat ⁊c.

Deinde repetitur antiphona.

Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Deinde

Deinde sacerdos dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ego dixi, domine miserere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi. ℣. Convertere domine aliquantulum. ℟. Et deprecare super servos tuos. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum speravimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiam. ℟. Et sancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce servo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Aures tue pietatis mitissime deus inclina precibus nostris: ⁊ gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysteriis digne ministrare, teque eterna charitate diligere mereamur.

Deus cui omne cor patet, ⁊ omnis voluntas loquitur, ⁊ quem nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere, ⁊ digne laudare mereamur.

Ure igne sancti spiritus renes nostros ⁊ cor nostrum domine: ut tibi casto corpore serviamus, ⁊ mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quesumus domine, paraclitus, qui a te procedit illuminet: ⁊ inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem.

Adsit nobis, quesumus domine, virtus Spiritus Sancti que corda nostra clementer expurget, ⁊ ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, ⁊ de eius semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quesumus domine, visitando purifica: ut veniens dominus noster Jesus Christus filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit ⁊ regnat in unitate spiritus sancti, Deus: per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Orationes dicende cum sacerdos induitur sacerdotalibus paramentis.

Cum lavat manus, dicat.

Da domine virtutem manibus meis ad abstergendum omnem maculam: ut sine pollutione mentis ⁊ corporis valeam tibi servire.

Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat.

Impone domine capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

Ad Albam, cum ea induitur.

Dealba me domine, ⁊ munda cor meum: ut in sanguine Agni dealbatus gaudiis perfruar sempiternis.

Ad cingulum, dum se cingit.

Precinge me domine cingulo puritatis, ⁊ extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneat in me virtus continentie, ⁊ castitatis.

Ad manipulum, dum imponitur brachio sinistro.

Merear domine portare manipulum fletus, ⁊ doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam, dum imponitur collo.

Redde mihi domine stolam immortalitatis, quam perdidi in prevaricatione primi parentis: ⁊ quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad casulam, cum assumitur.

Domine, qui dixisti Jugum meum suave est, ⁊ onus meum leve: fac, ut istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

¶ Gratiarum actio post Missam.

Antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes dominum.

Que Antiphona in festis duplicibus tantum duplicatur.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula.

Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.

Benedicite aque omnes que super celos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite sol ⁊ luna domino: benedicite stelle celi domino.

Benedicite imber ⁊ ros domino: benedicite omnis spiritus dei domino.

Benedicite ignis ⁊ estus domino: benedicite frigus ⁊ estas domino.

Benedicite rores ⁊ pruina domino: benedicite gelu ⁊ frigus domino.

Benedicite glacies ⁊ nives domino: benedicite noctes ⁊ dies domino.

Benedicite lux ⁊ tenebre domino: benedicite fulgura ⁊ nubes domino.

Benedicat terra dominum: laudet ⁊ superexaltet eum in secula.

Benedicite montes ⁊ colles domino: benedicite universa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes domino: benedicite maria ⁊ flumina domino.

Benedicite cete ⁊ omnia que moventur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino.

Benedicite omnes bestie ⁊ pecora domino: benedicite filii hominum domino.

Benedicat Israel dominum: laudet ⁊ superexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite servi domini domino.

Benedicite spiritus ⁊ anime iustorum domino: benedicite sancti ⁊ humiles corde domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula.

Benedicamus patrem ⁊ filium cum sancto spiritu: laudemus ⁊ superexaltemus eum in secula.

Benedictus es domine in firmamento celi: ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus ⁊ superexaltatus in secula.

Psalmus.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio ⁊ cithara.

Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eum in chordis ⁊ organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat ⁊c.

Deinde repetitur Antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi

tibi. ℣. Exultabunt Sancti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilibus suis. ℣. Non nobis domine, non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede, propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

ACtiones nostras, quesumus domine, aspirando preueni: ⁊ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio, ⁊ operatio a te semper incipiat, ⁊ per te cepta finiatur.

DA nobis, quesumus domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo, tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Alie Orationes pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationem ⁊ communionem dicende.

Oratio Sancti Ambrosij Episcopi.

SUmme Sacerdos ⁊ vere Pōtifex Jesu Christe, qui te obtulisti deo Patri hostiā puraꝫ ⁊ immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus: ⁊ qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, ⁊ sanguinem tuum ad bibendum, ⁊ posuisti mysterium illud in virtute spiritus Sancti, dicens: Hec quotiescunque feceretis, in mei memoriam facietis: Rogo te per sanguinem tuum preciosum, magnum salutis nostre precium: Rogo te per hanc miram ⁊ ineffabilem charitatem, qua nos miseros, ⁊ indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos a peccatis nostris in sanguine tuo: Doce me indignuꝫ seruum tuum, quem inter cetera dona tua ad officiuꝫ sacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordie tue, Doce me queso per spiritum sanctum tuum, tantuꝫ tractare mysterium ea reuerentia, ⁊ honore, eaque deuotione, domine Jesu Christe, ⁊ timore, quibus oportet, ⁊ decet. Fac me per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere ⁊ intelligere, dicere ⁊ cogitare, sentire ⁊ firmiter retinere, quod tibi placet, ⁊ expedit anime mee. Intret spiritus tuus bon' in cor meum, q sonet ibi sine sono: ⁊ sine strepitu verborū loquatur omnem veritatē tantorum mysterioruꝫ. Profunda sunt quippe nimis, ⁊ sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam, concede mihi hodie ⁊ semper missarum solemnia puro corde ⁊ munda mente celebrare. Libera cor meum ab immundis, ⁊ nefandis, vanis, ⁊ noxijs cogitationibus. Muni me beatorum angelorum pia ⁊ fida tutela, atque fortissima custodia, vt hostes omnium bonorum confusi discedant per virtute tanti mysteri, ⁊ per manum sancti Angeli tui. Repelle a me domine Jesu Christe ⁊ a cunctis seruis tuis dirissimum spiritum superbie, cenodoxie, inuidie, iracundie, fornicationis, ⁊ immunditie, dubietatis, ⁊ blasphemie. Confundantur qui me persequuntur: pereant illi qui perdere cuncta festinant. Rex virtutum, ⁊ amator castitatis, ⁊ integritatis Deus, celesti rore benedictionis tue extingue in corpore meo totum fomitem ardentis libidinis: vt maneat in me tenor totius castitatis anime ⁊ corporis. Mortifica in membris meis carnis stimulos, omnesque libidinis commotiones: ⁊ da mihi veram ⁊ perpetuam castitatem cuꝫ ceteris donis tuis, que tibi placent in veritate: vt sacrificium laudis casto corpore ⁊ mundo corde valeaꝫ tibi offerre. Quanta enim cordis contritione ⁊ lacrymarum fonte, quanta reuerentia ⁊ tremore, quanta corporis castitate, ⁊ anime puritate hoc diuinum ⁊ celeste sacrificium est celebrandum, domine? vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur, vbi summis ima coniunguntur: vbi adest sanctorum presentia angelorum: vbi tu es sacerdos, ⁊ sacrificium mirabiliter ⁊ ineffabiliter constitutus. Quis digne hoc celebrare mysterium poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio, ⁊ vere scio, ⁊ ipsum pietati tue confiteor, quod non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea, ⁊ infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, ⁊ credo ex toto corde, ⁊ ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, ⁊ de peccatoribus iustos facis, ⁊ sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, concede mihi peccatori hoc celeste sacrificium celebrare cum timore, ⁊ tremore, cum cordis puritate, ⁊ lacrymarum fonte, cum letitia spirituali, ⁊ celesti, gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissime presentie tue, ⁊ excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim domine memor venerande passionis tue accedo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi sacrificium quod tu instituisti, ⁊ offerri precepisti in commemorationem pro salute nostra. Suscipe ergo illud queso summe Deus, dulcissime Jesu Christe, pro ecclesia tua sancta, ⁊ pro cuncto populo tuo, quem acquisiuisti sanguine tuo precioso. Et quoniam me peccatorem inter te ⁊ eundem populum medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis credite non recuses: nec per me indignum famulum tuum eorum salutis pereat precium, pro quibus victima factus, salutaris dignatus es esse redemptio. Profero ergo domine (si dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorum gemitum, miseriam orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum. Tu enim misereris omnium domine: ⁊ nihil odisti omniuꝫ que fecisti. Memorare que sit nostra substantia: quia tu pater noster es: ne irascaris satis: neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis domine iniquitates nostras: ⁊ ignem sancti spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra, ⁊ da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, ⁊ honorificet, te delectetur, te sequatur, ⁊ te perfruatur. Oramus domine clementiam tuam, vt sereno vultu familiam tuam sacri tui nominis officia prestolantem aspicere digneris. Et vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere: quas ipse audire propitius ⁊ exaudire delecteris. Rogamus etiam te domine pro spiritibus fidelium defunctorum: vt sit illis salus eterna, ac perpetua sanitas, gudium, ⁊ refrigerium sempiternum, hoc magnum pietatis sacramentum Domine deus meus, sit illis hodie magnum ⁊ plenum gaudium de te pane viuo ⁊ vero pasci, qui de celo descendisti, ⁊ das vitam mundo, de carne sancta ⁊ benedicta agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi: ⁊ potari defonte pietatis tue qui per lanceam militis de latere tuo emanauit: vt consolati exultent in laude ⁊ gloria tua sancta. Peto clementiam tuam, vt descendat super hunc panem ⁊ calicem ple-

plenitudo

situdo tue diuinitatis. Descendat etiam Domine illa Spiritus sancti tui inuisibilis forma, incomprehensibilisque Maiestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat: que & oblationes nostras corpus & sanguinem tuum efficiat, & me indignum sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysterium, ita vt placide & benigne suscipias sacrificiu3 de manibus meis ad salutem omnium tam viuorum quam defunctorum. Rogo te domine per ipsum sacrosanctum, & viuificum mysterium corporis & sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur & potamur, abluimur & sanctificamur, atque vnius tue summeque diuinitatis participes efficimur: da mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam, ita vt hec celestia sacramenta efficiantur mihi salus & vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto & benedicto: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: & Qui manducat me, viuet propter me: ipse manet in me, & ego in eo: Ego sum panis viuus qui de celo descendi: Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum: Panis dulcissime, sana palatu3 cordis mei: vt sentiam suauitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, vt nullam preter te amet pulchritudinem. Panis candidissime, habens in te omne delectamentum, & omnem saporem: qui nos de te semper reficis: comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera anime mee. Manducat te Angelus pleno ore in patria: māducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis viue, panis pulcher, panis mundei, qui descendisti de celo, & das vitam mundo: veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus. Intra in animam meam: sana & sanctifica me interius, & exterius. Esto tu tamen, & continua salus cordis & anime mee. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant procul a potentia presentie tue: vt foris & intus munitus, per te recto tramite ad regnum tuum perueniam, vbi non mysteriis sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo patri, & Deus erit omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica: ita vt neque esuriam, neque sitiam in eternum. Qui cum eodem Deo patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Alia oratio Sancti Ambrosij.

AD mensam dulcissimi conuiuij tui, pie Domine Jesu Christe, ego peccator de proprijs meritis nihil presumens, sed de tua confidens misericordia, & bonitate, accedere vereor & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum: mentem & linguam non caute custoditam. Ergo o pia deitas, o tremenda maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordie recurro, ad te festino sanandus: sub tuam protectione3 fugio: & quem iudicem sustinere nequeo, saluatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo, tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo. Spero misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordie tue, domine Jesu Christe, Rex eterne, Deus & homo crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miserijs & peccatis tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salue salutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis & preciose sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Jesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creature tue, quam tuo sanguine redemisti, penitet me peccasse: cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me clementissime pater omnes iniquitates & peccata mea: vt purificatus mente & corpore digne degustare merear sancta sanctorum: & concede: vt sancta prelibatio corporis & sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, bonorumque sensuum regeneratio, operumque tibi placentiu3 salubris efficacia, anime quoq3 & corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio sancti Thome Aquinatis.

OMnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentu3 vnigeniti filij tui Domini nostri Jesu Christi. Accedo tanquam infirmus ad medicum vite, immundus ad fontem misericordie, cecus ad lumen claritatis eterne, pauper & egenus ad dominum celi & terre. Rogo ergo immense largitatis tue abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare feditatem, illuminare cecitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: vt panem Angelorum, regem regum, dominum dominantium tanta suscipiam reuerentia, & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali proposito & intentione, sicut expedit saluti anime mee. Da mihi, queso Dominici corporis & sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam re3 & virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus vnigeniti filij tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere: vt corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime pater, concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit & regnat cum Deo patre in vnitate Spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Alie orationes post celebrationem, & Communionem dicende.

Oratio Sancti Thome.

GRatias tibi ago Domine sancte, Pater omnipotes, eterne Deus: qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordie tue satiare dignatus es precioso corpore & sanguine filij tui Domini nostri Jesu Christi. Et precor: vt hec sancta communio non sit mihi reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bone voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiscentie & libidinis exterminatio, charitatis & patientie, humilitatis & obedientie augmentatio: contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium, quam inuisibilium, firma defensio, motuum meoru3, tam carnalium, quam spiritualium, perfecta quietatio, in te vno ac vero Deo firma adhesio: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris; vbi tu cum filio tuo, & Spiritu sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio

supuenient vniuerso orbi. Nã virtutes cęloꝝ mouebunt. Et tunc videbũt filiũ hoīs venientē ī nube, cũ potestate magna, ⁊ maiestate. His aũt fieri incipiētib⁹, respicite, ⁊ leuate capite vestra: qm̃ appropinquat redēptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Uidete ficúlneã, ⁊ oēs árbores: cũ ꝓdúcunt iam ex se fructũ, scitis qm̃ propè est ęstas. Ita ⁊ vos, cum vidéritis hęc fieri, scitote, qm̃ ꝓpè est regnũ dei. Amen dico vobis: q̃a nõ p̄teribit generatio hęc, donec oīa fiát. Cęlũ ⁊ terra transibũt: verba aũt mea nõ trãsibũt.
psal. Credo. Offerto. Ad te le-
24 uaui aīam meam: Deus meus in te confido, non erubescã: neque irrideant me inimici mei: étenim vniuersi, q̃ te expectát, non confundentur. Secreta.

Haec sacra nos dñe potenti virtute mundatos ad suum faciant puriores venire principium. Per dominũ no.

De sancta Maria. Secreta.

In mētibus nr̃is, q̃s dñe, verę fidei sacramēta cõfirma: vt q̃ cõceptum de virgine Deũ verũ ⁊ hoīez ꝯfitemur, ꝑ ei⁹ salutiferę resurrectionis potētiã, ad ęternã mereamur ꝑuenire lętitiã. P eũdē do. Cõtra ꝑsecutores Ecclesię. Secreta.

Protege nos dñe tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mēte. P dñm nostrũ. Uel pro Papa.

Oblatis, quęsumus domine, placare munéribus: ⁊ famulum tuũ N. quē pastorē ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per dñm. Cõio. Dominus dabit benignitatē: ⁊ terra nostra dabit fructum suum. Post cõio. psal. 84

Suscipiamus dñe misericordiam tuam in medio tēpli tui: vt reparationis nostrę ventura solennia cõgruis honoribus pręcedamus. Per do.

De sancta Maria. Postcõio.

Gratiam tuã, quęsumus domine, mentibus nr̃is infunde: vt qui angelo nũciante, Christi filij tui incarnationē cognouimus, ꝑ passionē eius ⁊ crucē ad resurrectionis gloriã ꝑducamur. P eũdē. Cõtra ꝑsecutores Ecclię. Post cõio.

Quęsumus domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacére periculis. P do. Uel pro Papa.

Haec nos, q̃s domine, diuini sacramēti perceptio prótegat: ⁊ famulum tuũ N. quem pastorē Ecclesię tuę pręesse voluisti, vnà cũ cõmisso sibi grege, saluet semper, ⁊ muniat. Per dominum nostrum.

Dicit Benedicamus domino.

Et sic seruatur quoties non dicitur Gloria in excelsis Deo.

¶ Si infra hebdomadas dicenda sit Missa de feria, semper sumitur Missa de Dñica pcedenti, nisi propria Missa assignetur.

¶ Cũ i Aduẽtu, Quadragesima, Quatuor tẽporibus, Vigilijs, & Rogationibus, dicitur Missa de festo duplici, vel semiduplici occurrente, semp fit cõmemoratio de feria: & pro cõmemoriatione feriarũ Aduentus dicitur oratio Dñicę pręcedentis, nisi sint Quatuor tpa, in qbus habetur oratio ppria.

¶ Dominica ij. De Aduentu. Statio ad Sãctam Crucem in Jerusalem. Introitus.

Jsa. 30 
Populus Siõ, ecce dñs veniet ad saluãdas gentes, & auditã faciet dominus gloriaz vocis suę in letitia cordis vestris. Ps. Qui regis Jsrael intẽde, q deducis velut ouẽ Joseph. ℣. Glĩa patri, & filio, & spiritui. Non dicit Gloria in excelsis deo. Oro.

psal. 79

Excita domine corda nr̃a ad pręparãdas vnigeniti tui vias: vt p ei⁹ aduẽtũ, purificatis tibi mẽtib⁹ seruire mereamur. Qui tecũ viuit, & regnat i vnitate spũs sctĩ de⁹: p omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Oro de sancta Maria.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbũ tuũ, angelo nũciante, carnẽ suscipere voluisti: pſta supplicibus tuis, vt, q vere eã genitricẽ dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eũdẽ.

Pro Papa. Oratio.

Deus oĩum fideliũ pastor, & rector: famulũ tuũ N. quẽ pastorẽ Ecclesię tuę pręesse voluisti, ppitius respice: da ei, q̃s, verbo & exẽplo qb⁹ pręest, pficere: vt ad vitã vnà cum grege sibi credito, pueniat sempiternã. Per do. Vel Ↄ plecutores Ecclię Oro. Ecclesię tuę, q̃s: vt in Dominica preterita.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 15

Fratres: Quęcunq3 scripta sunt: ad nr̃am doctrinã scripta sunt: vt p patientiam & cõsolationẽ scripturarũ, spez habeam⁹. Deus aũt patiẽtię & solatij, det vobis idipsuz sape i alterutrũ ſm Jesum Chr̃m: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deũ & patrem dñi nr̃i Jesu Christi. Propter qđ suscipite inuicẽ, sicut & Christus suscepit vos in honorẽ dei. Dico enim Chr̃m Jesum ministruz fuisse circũcisionis, ppter veritatẽ dei, ad cõfirmãdas pmissiones patrũ. Gentes aũt super misericordia honorare Deũ: sicut scriptũ est. Propterea confitebor tibi in gẽtibus dñe, & nomini tuo cãtabo. Et iterũ dicit. Letamini

tamini gente cũ plebe eius. Et iterũ. Laudate oẽs gentes dominũ, ⁊ magnificate eũ oẽs populi. Et rursum Isaias ait. Erit radix Jesse: ⁊ q exurget régere gẽtes, in eũ gẽtes spabũt. Deus aũt spei rẽpleat vos omni gaudio ⁊ pace i credẽdo: vt abũdetis in spe, ⁊ virtute spũs sancti.
psal. 49 Graduale. Ex Sion species decoris eius: de⁹ manifeste veniet. ℣. Cõgregate illi sanctos eius, q ordinauerũt testamẽtũ eius super sacrificia. Halelu-
psal. 121 iah, haleluiah. ℣. Letatus sũ in his quę dicta sunt mihi: i domum dñi ibimus. Haleluiah.
Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.
ca. 11.



IN illo tẽpore: Cũ audisset Johannes i vinculis opa Christi, mittẽs duos ex discipulis suis, ait illi. Tu es qui vẽturus es, an alium expectamus? Et rñdens Jesus, ait illis: Eũtes, renunciate Johanni, quę audistis ⁊ vidistis. Ceci vidẽt, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiũt, mortui resurgunt, pauperes euangelizant. Et beatus est, q non fuerit scãdalizatus i me. Illis aũt abeuntibus cępit Jesus dicere ad turbas de Johanne. Quid existis in desertum videre? Arũdinẽ vento agitatam? Sed qd existis videre? Hominẽ mollib⁹ vestitum? Ecce qui mollib⁹ vestiuntur i domibus regũ sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, ⁊ plusquã prophetam. Hic est enim de quo scriptuz est. Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuã, q preparabit viam tuã ante te. Credo in vnum.
Offertorium. Deus tu cõuertẽs viuificabis nos, ⁊ plebs tua letabitur in te: ostẽde nobis domine misericordiam tuã, ⁊ salutare tuum da nobis. psal. 84
Secreta.
PLacare, quęsumus domine, humilitatis nostrę p̃cibus ⁊ hostijs: ⁊ vbi nulla suppetunt suffragia meritoꝝ, tuis nobis succurre presidijs. Per dñm.
De sancta Maria. Secreta.
IN mẽtibus nostris, quęsumus dñe, verę fidei sacramenta confirma: vt qui cõceptum de virgine deum verũ ⁊ hominẽ confitemur, per eius salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternã mereamur peruenire letitiam. Per eundẽ dñz.
Pro Papa. Secreta.
OBlatis, q̃s dñe, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem pastorẽ Ecclesię tuę preesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per dñm nostrum. Uel cõtra ꝑsecutores Ecclesię Secreta. Protege. vt in Dñica ꝑterita. Post coio. Jerusalẽ surge, ⁊ sta in excel-

so: ⁊ vide iocunditatem, quę ve
niet tibi à deo tuo. Post cõio.
REpleti cibo spiritualis a-
limonię supplices te dñe
deprecamur: vt huius partici
patione mysterij, doceas nos
terrena despicere, ⁊ amare cęle
stia. Per dominum nostrum.
De sancta Maria. Post cõio.
GRatiam tuã, quęsumus
domine, mẽtib⁹ nostris
infunde: vt qui angelo nun-
ciante, Christi filij tui incarna-
tionẽ cognouimus, p passionẽ
eius ⁊ crucẽ, ad resurrectionis
gloriã pducamur. Per eũdẽ do.
Pro Papa. Post communio.
HAec nos, quęsumus do-
mine, diuini sacramenti
perceptio ptegat: ⁊ famulum
tuũ N. quem pastorem Eccle
sie tuę preesse voluisti, vnà cũ
cõmisso sibi grege, saluet sem-
per ⁊ muniat. Per dominuz.
Uel cõtra persecutores Eccle-
sie. Post cõio. Quęsumus do
mine. vt i dominica preterita.
¶ Dominica iij. de Aduentu.
Statio ad scm̃ Petrũ Introi.

phi. 4 
Audete i do
mino sem-
per: iterũ di
co gaudete:
modestia ve
stra nota sit
omnib⁹ ho-
minibus: do
minus enim propè est: nihil so
liciti sitis, sed in omni oratio-
ne petitiones vestrę innotescãt
apud deũ. Ps. Benedixisti do psa 84
mine terrã tuã: auertisti capti
uitatez Jacob. V. Glia patri.
Nõ di Glia i excelsis. Orõ.
AUrẽ tuã, quęsumus do-
mine, precib⁹ nostris ac-
cõmmoda: ⁊ mentis nostrę tẽ-
nebras gratia tuę visitationis
illustra. Qui viuis ⁊ regnas.
Oratio de sancta Maria.
DEus, qui de beatę Ma-
rię virginis vtero verbũ
tuũ angelo nũciante, carnẽ su
scipere voluisti: psta supplicib⁹
tuis: vt q verè eã genitricẽ dei
credimus, ei⁹ apud te interces-
sionib⁹ adiuuemur. Per eũdẽ.
Cõtra psecuto. Ecclesię. Orõ.
ECclesię tuę, q̃s dñe, pre-
ces placatus admitte: vt
destructis aduersitatibus, ⁊ er
roribus vniuersis, secura tibi
seruiat libertate. Per dñm no
strum Jesum Chm̃. Uel pro
Papa. Orõ. Deus omnium
fideliũ. vt i prima dominica.
Lectio epistolę bti Pauli apo
stoli ad Philippenses.
FRatres. Gaudete in do ca. 4.
mino semper: iterũ dico
gaudete. Modestia vestra no
ta sit omnib⁹ hominibus: dñs
enim propè est. Nihil soliciti
sitis: sed i omni oratione ⁊ ob
secratione, cum gratiarũ actio
ne, petitiones vestrę innote-
scant apud deum. Et pax dei
quę exuperat omnem sensum,
custodiat

custodiat corda vestra, & intelligētias vestras: in Chro Jesu domino nostro. Graduale.
psal. Qui sedes dn̄e sup cherubin, excita potentiam tuā, & veni.
97 ℣. Qui regis Israel intēde, q deducis velut ouem Joseph. Haleluiah, haleluiah. ℣. Excita dn̄e potētiā tuā, & veni: vt saluos faciat nos. Haleluiah.

Sequentia sancti euangelij secūdum Johannem.

ca. 1. In illo tēpore: Miserūt Judei ab Jerosolymis sacerdotes & leuitas ad Johānē, vt interrogarēt eū: tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et cōfessus est: q2 nō sum ego Christus. Et interrogauerunt eū. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerūt ergo ei. Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini, sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex phariseis. Et interrogauerunt eū, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu nō es Christus, neque Elias, neq3 ppheta? Respōdit eis Johannes, dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit: quē vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluā eius corrigiā calciamenti. Hec in Bethania facta sūt trās Jordanē, vbi erat Johānes baptizās. Credo.



Offertorium. Bn̄dixisti do- psal.
mine terrā tuam: auertisti ca- 84
ptiuitatem Jacob: remisisti iniquitatem plebis tuę. Secreta.

Deuotionis nr̄ę tibi, q̄s domine, hostia iugiter immolet: q̄ & sacri peragat instituta mysterij, & salutare tuū i nobis mirabiliter opet. P dn̄m.

De sancta Maria. Secreta.

In mētibus nostris, quę sumus domine, verę fidei sacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine deū verum & hominē cōfitemur, per eius salutiferę resurrectionis potentiā, ad ęternā mereamur puenire lętitiā. P eūdē dn̄m.

Contra persecutores Ecclesię. Secreta.

Protege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis reb9 inhęrētes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dn̄m nostrū Jesum Christum filium tuū. Qui tecū vi.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis. vt i prima Domini- Isa.
ca. Communio. Dicite pusil- 35
lanimis: cōfortamini, & nolite timere: ecce de9 noster veniet, & saluabit nos. Post cōmunio.

IMploramus, dñe, clemẽtiã tuã: vt hęc diuina subsidia, à vitijs expiatos ad festa vẽtura nos pręparẽt. P dñm. De sancta Maria. Post cõio.

GRatiam tuã, q̃s domine, mẽtib⁹ nostris infunde: vt, q angelo nunciante, Christi filij tui incarnationẽ cognouimus, p passionẽ ei⁹, ꝛ crucẽ, ad resurrectionis gloriam pducamur. Per eũdem. Cõtra persecutores Ecclesię. Post cõio.

QUęsumus dñe Deus noster: vt quos diuina tribuis participatiõe gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dñm nostrum. Uel pro papa. Post cõmunio. Hęc nos, vt in prima dñica.

¶ Feria iiij. Quatuor tẽporũ Aduentus. Statio ad sanctam Mariam maiorẽ. Introitus.

Isa. 45



ROrate cęli d super, ꝛ nubes pluãt iustũ: aperiat̃ terra, ꝛ germinet saluatorem. psal. 18 Cęli enarrãt gloriã dei: ꝛ opera manuũ eius annũciat firmamentũ. ℣. Glia patri, ꝛ filio, ꝛ spiri. Post Kyrie eleison, immediate dr̃ Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRęsta, quęsumus omnipotens De⁹: vt redemptionis nostrę vẽtura solẽnitas, ꝛ pręsentis nobis vitę subsidia cõferat, ꝛ ęternę beatitudinis p̃mia largiat̃. P dñ. Lcõ Isaię phe.

ca. 2.
IN dieb⁹ illis: Dixit Isaias propheta. Erit in nouissimis diebus p̃paratus mõs domus dñi i vertice mõtium: ꝛ eleuabitur sup colles: ꝛ fluẽt ad eum oẽs gentes: ꝛ ibunt populi multi, ꝛ dicẽt. Uenite ascẽdamus ad montẽ dñi, ꝛ ad domum dei Jacob: ꝛ docebit nos vias suas: ꝛ ambulabim⁹ in sẽmitis eius: q2 de Syon exibit lex, ꝛ verbum dñi de Jerusalẽ. Et iudicabit gẽtes: ꝛ arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vómeres, ꝛ lánceas suas in falces: Nõ leuabit gens cõtra gẽtẽ gladium: nec exercebũtur vltra ad pręlium. Domus Jacob venite, ꝛ ambulemus in lumine Dei nostri.

Gradua. Tollite portas principes vestras: ꝛ eleuamini portę ęternales: ꝛ introibit rex glorię. psal. 23 ℣. Quis ascendet in montem dñi? aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus ꝛ mundo corde. Hic dicitur ℣. Dñs vobiscum. sine Flectamus genua. Oratio.

FEstina, quęsumus domine, ne tardaueris, ꝛ auxiliũ nobis supernę virtutis impende: vt aduentus tui cõsolationib⁹ subleuent̃, q in tua pietate confidunt. Qui viuis ꝛ re.

De

De sancta Maria. Oratio.
Hęc nos oblatio de⁹ mũdet, quęsumus, ⁊ renouet: gubernet, ⁊ protegat. Per dominum. Alia Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, per huius sacramenti virtutem à cunctis nos mentis ⁊ corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in pręsenti ⁊ gloriã in futuro. Communio. Mirabantur o-
Lu. 4 mnes de his, quę procedebãt de ore dei. Postcommunio.

Cęlestibus domine pasti delicijs, quęsumus: vt semper eadem, per quę veraciter viuimus: appetamus Per dominũ. Alia Postcõmunio.

Mundet ⁊ muniat nos, quęsumus, dñe diuini sacramenti munus oblatum: ⁊ intercedẽte beata virgine Dei genitrice Maria cũ beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato. N. ⁊ omnibus sanctis: à cunctis nos reddat ⁊ peruersitatibus expiatos ⁊ aduersitatibus expeditos.

¶ Dñica in Septuagesima. Statio ad sanctũ Laurentium extra muros. Introitus. psal. 17



Circũdederunt me gemitus mortis, dolores psal. 149 inferni circũdederũt me: ⁊ in tribulatione mea inuocaui dominum, ⁊ exaudiuit de templo sancto suo vocem meam. Psalmus.

Diligã te dñe fortitudo mea, dominus firmamentũ meũ, ⁊ refugium meũ, ⁊ liberator me⁹. ℣. Gloria. Non dicit. Gloria in excelsis. à Dñica Septuagesimę vsque ad Pascha, exceptis feria v. in cęna Dñi, ⁊ Sabbatho sctõ, ⁊ quando dicit Missa de festo Dño.

Preces populi tui, q̃s dñe, clemẽter exaudi: vt, q iustè ꝓ peccatis nr̃is affligimur, pro-

ꝓ tui noīs glīa misericorditer
liberemur. Per. Ad poscenda
suffragia sanctorum. Oratio.
A Cunctis nos, q̄s dn̄e, mē
tis ꝛ corporis defende pe
riculis: ꝛ intercedēte btā ꝛ glīo
sa semꝑqꝫ virgine dei genitrice
Maria, cū btīs apl̄is tuis Petro
ꝛ Paulo atqꝫ btō N. ꝛ oībus
sctīs: salutē nobis tribue beni-
gnꝰ ꝛ pacē: vt destructis aduersi
tatibꝰ ꝛ erroribꝰ vniuersis. Ec-
clesia tua secura tibi seruiat liber
tate. Tertia orō dr̄ ad libitū sa
cerdotis. Sic dr̄ secūda ꝛ tertia
orō à festo Purificatiōis vsqꝫ
ad fer. iiij. Cinerum exclusiue,
qn̄ non est duplex: nisi Dn̄ica
Septuagesime venerit ante fe
stū Purificatiōis, vel i ipsa die
Purificationis, qr tūc dīr ora-
tiōes sicut i Dn̄ica ij. post Epi-
pha. de sctā Maria, ꝯ psecuto-
res Eccl'ie, vel pro Papa. Sili'
mō fiat i Sexag. ꝛ Quinquag.
L. epl'e B. Pauli apl'i ad Cor.
1. C. 9. F Ratres: Nescitis, ꝙ hi q
in stadio currūt, oēs qdē
currūt: sed vnꝰ accipit brauiū?
Sic currite, vt cōprehendatis.
Ois aūt q in agone cōtēdit: ab
oībꝰ se abstinet. Et illi qdē, vt
corruptibilē coronā accipiant,
nos aūt incorruptā. Ego igit'
sic curro, nō quasi i incertum:
sic pugno nō quasi aerē verbe
rās: sed castigo corpꝰ meū, ꝛ in
seruitutē redigo: ne forte cum
alijs pdicauerim, ipse rēprobꝰ
M. N. R.

efficiar. Nolo enim vos igno ca. 10
rare fratres: qm̄ pr̄es nr̄i oēs
sub nube fuerunt, ꝛ oēs mare
trāsierūt, ꝛ oēs i Moyse bapti-
zati sunt i nube ꝛ i mari. Et oēs
eādē escā spiritualē māducaue
rūt, ꝛ oēs eūdē potū spūalē bi-
berūt. Bibebāt autē de spūali,
cōsequēte eos petra: Petra au
tē erat Chr̄s. Sed nō i pluribꝰ
eoꝝ bn̄placitū est deo. Grad. psal.
Adiutor in opportunitatibꝰ, 9
in tribulatione: sperent in te, q
nouerunt te: qm̄ non derelin-
quis querētes te dn̄e. V. Qm̄
nō i finē obliuio erit pauperis,
patientia paupeꝝ nō peribit i
eternū: exurge dn̄e, non pre- psal.
ualeat hō. Tractus. De pro- 129
fundis clamaui ad te dn̄e, dn̄e
exaudi vocē meā. V. Fiant au
res tue intēdētes in orōnē ser-
ui tui. V. Si iniqtates obserua
ueris dn̄e, dn̄e qs sustinebit?
V. Qr apud te ꝓpitiatio est, ꝛ
ꝓpter legē tuā sustinui te dn̄e.
C A Septuagesima vsque ad
feriā iiij. Cineꝝ Trac. dr̄ tm̄ in
Dn̄icis ꝛ festis: i ferijs aūt qn̄
repetitur Missa de Dn̄ica nō
dicitur, sed tātum Graduale.
Seq. scti euāg. sm̄ Mattheū.



I N illo tēpo ca. 20
re: Dixit Je
sus discipulis suis
parabolam hanc:
Simile est regnū
celoꝝ homini pr̄i
familias, qui exijt

primo mane cōducere operarios in vineam suā. Cōventione autem facta cū operarijs ex denario diurno, misit eos ī vineā suā. Et egressus circa horā tertiā, vidit alios stātes in foro ociosos, ⁊ dixit illis. Ite ⁊ vos ī vineā meā: ⁊ qđ iustū fuerit dabo vobis. Illi aūt abierūt. Iterū aūt exijt circa sextā ⁊ nonaꝫ horā: ⁊ fecit similiter. Circa vndecimā vero exijt ⁊ īuēnit alios stātes, ⁊ dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei. Quia nemo nos ɔduxit. Dicit illis. Ite ⁊ vos ī vineā meā. Cū sero aūt factū esset, dicit dñs vineę ꝓcuratori suo. Voca oparios ⁊ redde illis mercedē, incipiēs à nouissimis vsqꝫ ad primos. Cū venissent ergo qui circa vndecimā horā venerāt, acceperūt singulos denarios. Venietes aūt ⁊ primi arbitrati sunt ꝙ plus essent accepturi: acceperūt aūt ⁊ ipsi singulos denarios. Et accipiētes, murmurabāt aduersus prēꝫ familias, dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerūt: ⁊ pares illos nobis fecisti, q portauimꝰ pōdꝰ diei, ⁊ ęstus? At ille respondēs, vni eoꝝ dixit. Amice nō facio tibi iniuriā. None ex denario ɔuenisti mecū? Tolle qđ tuū est, ⁊ vade. Volo aūt ⁊ huic nouissimo dare, sicut ⁊ tibi. Aut non licet mihi, qđ volo facere? An oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi, primi: ⁊ primi, nouissimi. Multi enī sunt vocati, pauci vero electi. Credo. Offerto. Bonum est cōfiteri dño, ⁊ psallere nomini tuo altissime. psal. 91

Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus dñe, precibusqꝫ susceptis, ⁊ cęlestibus nos mūda mysterijs, ⁊ clemēter exaudi. Per dñm.

Alia Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster, vt per huius sacramenti virtutē à cunctis nos mentis ⁊ corporis hostibꝰ tuearis, gratiam tribuēs in presenti ⁊ gloriā in futuro. Tertia ad libitum.

Cōio. Illumina faciem tuā super seruum tuum, ⁊ saluū me fac in tua misericordia: dñe non confundar, quoniam inuocaui te. psal. 118. ⁊ 30.

Postcōio.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eādē ⁊ percipiendo requirāt, ⁊ quęrendo sine fine percipiant. P dominū.

Alia post communio.

Mundet, ⁊ muniat nos, qs domine, diuini sacramēti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis aplīs tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus sanctis: à cunctis nos reddat ⁊ puersitatibus expiatos, ⁊ aduersitatibus expeditos. Tertia ad libitum. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

Dñica

¶ Dñica in Sexagesima, Statio ad sanctū Paulū. Introit.

psal. 43 
Exurge, q̄re obdormis dñe? exurge, ꝛ ne repellas in finez: quare faciē tuā auertis, obliuisceris tribulationē nostram: adhesit in terra vēter nr̄: exurge dñe, adiuua nos, ꝛ liba nos. ps. Deꝰ auribus nr̄is audiuimus: patres nostri annūciauērunt nobis. ℣. Gloria. Orō.

Deus, q ɔ̄spicis q̄ꝛ ex nulla nr̄a actione cōfidimus, cōcede ꝑpitius: vt ɔ̄tra aduersa oīa, doctoris gētiū ꝑtectione muniamur. P. Ad poscenda suffragia sanctoꝝ. Oratio.

A Cunctis nos, q̄s dñe, mētis ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedēte btā ꝛ gloriosa semperqꜫ virgine dei genitrice Maria, cū beatis apl'is tuis Petro ꝛ Paulo, atqꜫ btō N. ꝛ omnibus sanctis: salutez nobis tribue benignꝰ ꝛ pacē: vt destructis aduersitatibꝰ ꝛ erroribꝰ vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia ad libitū. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corithios.

2.c.11 ꝛ 12. Fratres: Libēter suffertis insipientes: cū sitis ipsi sapientes. Sustinētis enim, siqs vos in seruitutē rédigit, siquis déuorat, siqs áccipit, siqs extóllit, siqs in faciē vos cędit. Secundū ignobilitatē dico, quasi nos infirmi fuérimꝰ i hac parte. In quo qs audet (in insipiētia dico) audeo ꝛ ego. Hebręi sūt: ꝛ ego. Israelitę sūt: ꝛ ego. Semē Abrahę sunt, ꝛ ego. Ministri Christi sunt, ꝛ ego: vt minus sapiēs dico, plus ego. In laboribꝰ plúrimis, i carcéribus abūdátius, i plagis supra modū: i mortibꝰ frequēter. A Judęis, qnquies, quadragenas vna minꝰ accepi. Ter virgis cęsus sui, semel lapidatꝰ sum, ter naufragiū feci: nocte, ꝛ die i ꝓfundū máris fui. In itinéribus sępe, ꝑiculis fluminuz, ꝑiculis latronū, ꝑiculis ex genere, periculis ex gētibꝰ, ꝑiculis i ciuitate, ꝑiculis i solitudine, ꝑiculis i mari, ꝑiculis i falsis fratribus. In labore ꝛ ęrumna, i vigilijs multis, i fame ꝛ siti, in ieiunijs multis, i frigore ꝛ nuditate. Pręter illa, q̄ extrinsecus sunt: instátia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiaꝝ. Quis infirmať, ꝛ ego nō infirmor? Quis scandalizať, ꝛ ego nō vror? Si gloriari oportet, q̄ infirmitatis meę sunt, gl'iabor. Deus ꝛ pr̄ dñi nr̄i Jesu Chr̄i, q est bn̄dictus i scl'a, scit q̄ nō mētior. Damasci, pręposítꝰ gētis Aréte regis, custodiebat ciuitatē Damascenoꝝ, vt me ɔ̄prehēderet: ꝛ ꝑ fenestrā i sporta demissus

missus sum p murū: & sic effugi manꝰ eiꝰ. Si gl'iari oportet, nō expedit qdē. Veniā aūt ad visiones & reuelatiões dñi. Scio hoiez i Chr̄o ante annos quatuordeciz, siue in corpore, siue extra corpꝰ, nescio, Deꝰ scit: raptū huiusmodi vsqz ad tertiū celū. Et scio huiusmodi hoiez, siue i corpore: siue extra corpꝰ, nescio, Deꝰ scit: qm̄ raptus est i paradisuz: & audiuit arcana verba, q̄ nō licet homini loq. Pro huiusmodi gloriabor, pro me aūt nihil gl'iabor, nisi i infirmitatibꝰ meis. Nam & si voluero gl'iari, nō ero insipiēs. Veritatē eni dicā. Parco aūt: neqs me existimet supra id qd̄ videt in me, aut audit aliqd ex me. Et, ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę angelꝰ sátanę, q me colaphizet. Propter qd̄, ter dn̄z rogaui, vt discéderet à me: & dixit mihi. Sufficit tibi gr̄a mea. Nā virtꝰ i infirmitate pficit̄. Libēter igit̄ gl'iabor i infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Chr̄i. Grad.
psal. 82.
Sciant gentes qm̄ nomē tibi Deꝰ: tu solꝰ altissimus sup oēm terrā. ℣. Deꝰ meꝰ pone illos vt rotā, & sicut stipulā ante faciem
psal. 59
vēti. Tractꝰ. Cómouisti dn̄e terram, & conturbasti eam. ℣. Sana cōtritiones eius, qr mota est. ℣. Vt fugiant à facie arcus: vt liberentur dilecti tui.

Sequētia scti euāg. ſm Lucā.



In illo tēpore: Cū turba plurima conuenirēt, & de ciuitatibꝰ pperarent ad Jesuz, dixit p similitudinē. Exijt q seminat seminare semen suū. Et dū seminat, aliud cécidit secus viā, & cōculcatū est: & volucres celi comedérūt illud. Et aliud cécidit supra petrā: & natū áruit, qr non habebat humorē. Et aliud cécidit īter spinas, & simul exortę spinę suffocauérunt illud. Et aliud cécidit i terrā bonā: & ortū, fecit fructū cētuplū. Hęc dicēs clamabat. Qui hēt aures audiēdi, audiat. Interrogabāt aūt eū discipuli eiꝰ, q̄ esset hęc parábola. Quibꝰ ipse dixit. Vobis datū est nosse mystériū regni dei: cęteris aūt i parábolis, vt vidētes nō videāt, & audientes nō intelligāt. Est autē hęc parabola. Semen, est verbū dei. Qd̄ aūt secus viaz: hi sunt q audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbū de corde eoz, ne credētes salui fiant. Nā qd̄ supra petram, hi sunt, q cū audierint, cuz gaudio suscipiunt verbū: & hi radices nō habēt: qr ad tēpus credūt, & i tēpore tētationis recedūt. Qd̄ autē in spinis cécidit: hi sunt, qui audiérūt, & à solicitudinibꝰ, & diuitijs, & voluptatibꝰ vite, eūtes, suffo-

suffocantur, ⁊ non réferunt fructum. Quod aũt in terram bonã: hi sunt, qui in corde bono ⁊ óptimo, audientes verbum rétinent, ⁊ fructum afferunt in
psal. 16 patiẽtia. Offer. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt nõ moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam, ⁊ exaudi verba mea, mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te domine. Secreta.

Oblatũ tibi dñe sacrificiũ viuificet nos semp̄, ⁊ muniat. Per domi. Alia Secreta.

Exaudi nos deus salutaris nr̄: vt, per hui⁹ sacramẽti ṽtutẽ, à cũctis nos mẽtis ⁊ corporis hostib⁹ tuearis, grãm tribuẽs p̄senti, ⁊ gloriã in futuro.
sap. 42 Tertia ad libitũ. Cõio. Introibo ad altare Dei, ad Deũ q lętificat iuuẽtutẽ meã. Postc.

Supplices te rogam⁹ om̄s de⁹: vt, quos tuis réficis sacramẽtis, tibi etiã plácitis moribus dignãter deseruire concedas. P do. Alia postcõmunio.

Mundet, ⁊ muniat nos, q̄s dñe, diuini sacramẽti mun⁹ oblatũ: ⁊ intercedẽte beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq̃ beato N. ⁊ omnib⁹ sanctis: à cũctis nos reddat ⁊ peruersitatib⁹ expiatos, ⁊ aduersitatib⁹ expeditos. Tertia ad libitũ. Benedicam⁹ domino. ℞. Deo gratias.

Dñica ĩ Quinquagesima, Statio ad sanctũ Petrũ Intr.



Esto mihi ĩ deũ p̄tectorẽ ⁊ in locũ refugij: vt saluũ me facias: qm̄ firmamẽtum meũ, ⁊ refugiũ meũ es tu: ⁊ p̄pter nomen tuũ dux mihi eris, ⁊ enutries me. Ps. In te dñe speraui, non cõfundar in ęternũ: in iustitia tua libera me. ℣. Glĩa. Oro. psal. 30

Preces nostras, q̄s dñe, clemẽter exaudi: atq̃ à peccatorũ vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi. Per dñm nostrũ. Ad poscenda suffragia sanctorũ. Oratio.

A cũctis nos, q̄s dñe, mẽtis ⁊ corporis defende p̄iculis: ⁊ ĩtercedẽte beata ⁊ gloriosa semperq̃ virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apl̄is tuis Petro ⁊ Paulo, atq̃ btõ N. ⁊ oĩb⁹ sanctis, salutẽ nobis tribue benign⁹ ⁊ pacem: vt destructis aduersitatib⁹ ⁊ erroĩb⁹ vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia ad libitum.

Le. epl̄e. bti Pauli apl̄i ad Co.

Fratres: Si linguis hoĩũ loquar, ⁊ angelorũ: charitatẽ autẽ nõ habeã: factus sum velut ęs sonãs, aut cymbalũ tiniẽs. Et, si habúero p̄phetiã, ⁊ nóuerim mysteria oĩa ⁊ omnem 1. ca. 15

nem sciētiā: & si habuero omnem fidē, ita vt mōtes trāsferā, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autē nō habuero: nihil mihi pdest. Charitas patiēs est: benigna est. Charitas nō emulatur, nō agit perperā. non inflatur, nō est ambitiosa: nō querit que sua sunt: nō irritatur: nō cogitat malū: nō gaudet super iniquitatē, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, oīa sperat, oīa sustinet. Charitas nūquā excidit: siue prophetie euacuabunt: siue lingue cessabunt: siue Scientia destruet. Ex parte enim cognoscim⁹, & ex parte, prophetamus. Cū aūt venerit qd perfectū est, euacuabitur qd ex parte est. Cū essem paruulus, loquebar vt paruul⁹, sapiebā vt paruulus, cogitabā vt paruulus. Quādo autē fact⁹ sum vir: euacuaui q erāt paruuli. Uidem⁹ nūc per speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Nunc cognosco ex parte: tūc autē cognoscam, sicut & cognitus sum. Nunc autē manēt fides, spes, charitas, tria hec: maior autem horum est charitas. Gradua.

psal. 76 Tu es deus, qui facis mirabilia solus: notā fecisti in gentib⁹ virtutē tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populū tuū, filios Israel, & Ioseph. Tract⁹. Iubilate deo oīs terra: seruite domino in letitia. ℣. Intrate ī cōspectu eius in exultatione: scitote q dn̄s ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos, & non ipsi nos: Nos aūt ppl's ei⁹: & oues pascue ei⁹. psal. 99

Seq. sancti euāge. sm Lucam.



In illo tempore: Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos secretò, & ait illis. Ecce ascendim⁹ Jerosolymā: & cōsumabūtur oīa, que scripta sunt p prophetas de filio hominis. Tradet enim gentib⁹, & illudetur, & flagellabitur, & cōspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horū intellexerunt. Erat aūt verbum istud abscōditū ab eis, & nō intelligebāt que dicebātur. Factū est aūt, cū appropinquaret Jerico, cecus qdam sedebat secus viam, mendicans. Et cū audiret turbā pretereuntē, iterrogabat, qd hoc esset. Dixerunt aūt ei, q Jesus Nazarenus trāsiret. Et clamauit dicēs. Jesu fili Dauid miserere mei. Et q pibāt, increpabāt eum, vt taceret. Ipse verò multo magis clamabat. Fili Dauid miserere mei. Stans aūt Jesus iussit illū adduci ad se. Et cū appropinquasset, c. 18.

set, interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciã? At ille dixit. Dñe, vt videaz. Et dixit illi Jesus. Respice. Fides tua te saluũ fecit. Et cõfestim vidit, ⁊ sequebatur illuz, magnificans deũ. Et oĩs plebs vt vidit, de-
psal. 118 dit laudẽ Deo. Offer. Bñdictꝰ es dñe, doce me iustificationes tuas: in labijs meis pnũciaui oĩa iudicia oris tui. Secreta.

Haec hostia, quęsumꝰ domine, emundet nostra delicta: ⁊ ad sacrificiũ celebrãduz subditorꝫ tibi corpora mẽtésqz sanctificet. Per do. Alia Sec.

Exaudi nos deꝰ salutaris nr̃: vt p huiꝰ sacramẽti virtutẽ, à cũctis nos mẽtis ⁊ corporis hostibꝰ tuearis, grãz tribuẽs in pręsenti, ⁊ gloriaz in futuro.
psal. 77 Per. Cõio. Mãducauẽrũt, ⁊ saturati sunt nimis, ⁊ desideriũ eorꝫ attulit eis dñs: nõ sũt fraudati à desiderio suo. Postcõ.

Quęsumꝰ oĩps deꝰ: vt q cęlestia alimẽta pcẽpimꝰ: p hęc ꝯtra omnia aduersa muniamur. Per dñm. Alia postcõ.

Mundet, ⁊ múniat nos, q̃s dñe, diuini sacramẽti munus oblatuz: ⁊ intercedẽte btã virgine dei genitrice Maria, cũ btis aplis tuis Petro ⁊ Paulo, atqz beato N. ⁊ oĩbꝰ sãctis: à cũctis nos reddat ⁊ puersitatibꝰ expiatos, ⁊ aduersitatibus expeditos. Per eũdem. Benedicamꝰ dño. ℟. Deo grãs.

¶ Feria iiij. Cinerũ añ missaz bñdicũt cineres facti de ramis oliuę bñdictis pteriti anni hoc mõ. Primo cãtatur Antipho.



Exaudi nos dñe: quoniam benigna est misericordia tua: ⁊ secundũ multitudinẽ miserationũ tuarũ respice nos dñe. psal. 68
Ps. Saluũ me fac deus: qm̃ intrauerũt aquę vsqz ad animaz meã. ℣. Gloria. repetit Exaudi nos. Deinde dr̃ Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremꝰ.

Omnipotẽs sempiterne deus, parce pęnitẽtibꝰ, ppitiare supplicãtibꝰ: ⁊ mittere digneris scm̃ angelũ tuũ de cęlis, q bene ✠ dicat, ⁊ sancti ✠ ficet hos cineres: vt sint remediũ salubre oĩbꝰ nomẽ scm̃ tuũ humiliter iplorantibꝰ: ac semetipsos p ꝯsciẽtia delictorꝫ suorũ accusantibꝰ: atqz ante ꝯspectũ diuinę clemẽtię tuę facinora sua deplorãtibꝰ: vel serenissimã pietatẽ tuã suppliciter obnixẽqz flagitãtibꝰ: ⁊ p̃sta per inuocationẽ sanctissimi nominis tui: vt qcũqz eos sup se aspẽrserit, p redẽptione peccatorũ suorũ: corporis sanitatẽ, ⁊ animę tutẽlã percipiãt. Per Christum dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Oremꝰ.

Deꝰ, qui nõ mortẽ, sed pęnitentiã

nitentiã desideras peccatorũ: fragilitatẽ conditionis humanę benignissime respice: & hos cineres, quos causa ꝓferendę humilitatis, atq; promerendę venię, capitibꝰ nostris imponi decernimꝰ, bñ ✠ dicere ꝑ tua pietate dignare: vt, qui nos cinerem esse, & ob prauitatis nostrę meritũ in puluerẽ reuersuros cognoscimꝰ: peccatorꝫ omniũ veniã, & pręmia misericorditer consequi mereamur. Per Christum dominũ. Oremꝰ.

Deꝰ, qui humiliatione flecteris, & satisfactiõe placaris: aurẽ tuę pietatis inclina precibꝰ nostris: & capitibꝰ seruorꝫ tuorꝫ, horꝫ cinerũ aspsione attactis, effunde ꝓpitius gratiaꝫ tuę bene ✠ dictiõis: vt eos, & spiritu cõpũctionis repleas, & q̃ iuste postulauerint, efficaciter tribuas: & concessa perpetua stabilitate, itactas manere decernas. Per Christũ dñm. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus qui Niniuitis, in cinere, & cilicio pęnitentibus, indulgentię tuę remedia pręstitisti, cõcede propitius: vt sic eos imitemur habitu, quatenus venię prosequamur obtentu. Per dominum nostrum Jesum.

Cõpleta cinerũ benedictione, primo iponit̃ cinis sacerdoti celebraturo missã ab alio sacerdote si adest: alioquin ipsemet sacerdos genibꝰ flexis corã altari sibi ipsi cineres imponit: & cãtatur statim à choro Antiphona.

Immutemur habitu i cinere, & cilicio: ieiunemꝰ, & plorẽmꝰ ante dñꝫ, quia multũ misericors ẽ dimittere peccata nostra deus noster. Alia Añа. Joel 2

Iuxta vestibulũ & altare plorabũt sacerdotes ministri dñi, & dicent: parce dñe, parce populo tuo: & ne dissipes ora canentium te dñe. Sequitur ℞.

Emẽdemꝰ in meliꝰ, quę ignorãter peccauimꝰ: ne subito pręoccupati die mortis, q̃ramꝰ spatiũ pęnitẽtię, & inuenire nõ possimꝰ. Attende dñe, & miserere: quia peccauimꝰ tibi. ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris noster: & ꝑpter honoreꝫ nominis tui dñe libera nos. Attende. ℣. Gloria. Attẽde. Sacerdos vero dũ cãtant̃ añe, & respõsoriũ: primò ministris stantibus genibꝰ flexis coraꝫ altari imponit cinerẽ dicẽs Psal. 78

Memento homo quia puluis es, & in puluerẽ reuertẽris. Postea veniũt alij, primò Clerus ꝑ ordinẽ, deinde populus: & genibꝰ flexis añ altare sigillatiꝫ recipiũt cineres à sacerdote: vt dictũ ẽ de ministris. Cõpleta cineruꝫ datione dĩ. Dñs vobiscuꝫ. Oremus. Oratio. Ge. 3

Concede nobis dñe pręsidia militię Christianę sanctis inchoare ieiunijs: vt cõtra spirituales neq̃tias pugnaturi cõtinentię muniamur auxilijs. Per

Per Christum dominum nostrum. R. Amen.
Deinde dicitur missa Statio ad sanctam Sabinam. Introitus.

sap. 11



Misereris omnium domine, et nihil odisti eorum que fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitentiam: et parcens illis: quia tu es dominus deus noster. Ps. Miserere mei deus, miserere mei: quoniam in te confido anima mea. V. Gloria patri, et filio, et spiri. Oremus.

psal. 56

Presta domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda solennia, et congrua pietate suscipiant, et secura deuotione percurrant. Per dominum nostrum.

¶ Ab hac die vsque ad dominicam de passione, post orationem diei dicuntur due sequentes orationes. Ad poscenda suffragia san. oro.

A Cunctis nos, quesumus domine, mentis et corporis defende periculis: et intercedente beata et gloriosa semperque virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo atque beato N. et omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus et pacem: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui viuorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque, vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tue clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nostrum etc.

Lectio Joelis prophete.

Hec dicit dominus. Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, et fletu, et planctu: et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra. Et conuertimini ad dominum deum vestrum: quia benignus et misericors est, patiens et multe misericordie: et prestabilis super malitia. Quis scit, si conuertatur, et ignoscat deus: et relinquat post se benedictionem, sacrificium et libamen domino deo nostro? Canite tuba in Sion: sanctificate ieiunium: vocate cetum: congregate populum: sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos, et sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini, et dicent. Parce domine, parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est deus eorum? Zelatus est dominus terram suam:

ca. 2.

suā: ⁊ pepércit populo suo. Et respondit dn̄s, ⁊ dixit populo suo. Ecce ego mittā vobis frumētuȝ, ⁊ vinū, ⁊ oleuȝ: ⁊ replebimini in eis: ⁊ nō dabo vos vl tra opprobriū in gentib⁹: dixit
psal. 56 dn̄s omnipotēs. Grad. Miserere mei deus miserere mei: quoniā in te ꝯfidit anima mea. ℣. Misit de celo, ⁊ liberauit me, dedit i opprobriū cōculcā
psal. 102 tes me. Tract⁹. Dn̄e non secundū peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundū iniqtates nostras retribuas nobis.
psal. 78 ℣. Dn̄e, ne memineris iniquitatum nostraruȝ antiquaꝝ: cito anticipent nos misericordię tuę, q꞉ pauperes facti sum⁹ nimis. Cum dicitur sequēs versus genuflectitur. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: ⁊ pro pter gloriā nominis tui dn̄e libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris ꝓpter nomē tuū. Supradictus tract⁹ ab hac die dicitur ij. iiij. ⁊ vj. feria vsqȝ ad feriā quartam maioris hebdo madę, nisi propri⁹ assignetur. Sequē. scti euāg. scd̄m Matth.

ca. 6.



IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Cū ieiunatis, nolite fieri sicut hypócri tę tristes. Extérmi nant enim facies suas: vt appáreāt hominibus ieiunātes. Amen dico vobis: recepérunt mercedē suam. Tu autem cuȝ ieiúnas, vnge caput tuū, ⁊ faciē tuaȝ laua: ne videaris hominibus ieiunās: sed patri tuo, q est in abscōdito. Et pa ter tu⁹ qui videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ęrugo ⁊ tinea demolitur: ⁊ vbi fures effódiunt ⁊ furātur. Thesaurizate autem vobis the sauros i cęlo: vbi neqȝ ęrúgo, neque tinea demolitur: ⁊ vbi fures non effódiunt, nec furātur. Ubi est eniȝ thesaurus tuus, ibi est ⁊ cor tuuȝ. Offerto.
Exaltabo te dn̄e, quoniā suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: dn̄e cla mavi ad te ⁊ sanasti me. psal. 29
Secre. Hęc nos q̄s dn̄e, his munerib⁹ offerendis conueniēter aptari, quibus ipsius ve nerabilis sacramēti celebram⁹ exordiū. Per dn̄m. Alię secretę vsque ad dn̄icam passionis.

Exaudi nos de⁹ salutaris noster: vt p huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mētis ⁊ corporis hostib⁹ tuearis, gratiam tribuens in pręsenti, ⁊ gloriam in futuro.

Deus, cui soli cognit⁹ est númerus electoꝝ in supna fęlicitate locād⁹: tribue q̄s: vt intercedentibus oībus sanctis tuis, vniuersoruȝ, quos in oratione cōmendatos suscépimus, ⁊ nomina oīum fideliuȝ beatę

beatę prędestinatiõis liber ascri pta retineat. Per dñz no. Pręfacio. Qui corporali ieiunio. fo. 115. Et dicit quotidie vsqz ad Dñicam passionis: etiam in missa de festo, quando propriã non habuerit. Communio.

ps 1. Qui meditabitur in lege dñi die ac nocte, dabit fructũ suum in tempore suo. Postcommu.

PErcepta nobis dñe pbeãt sacramenta subsidiũ: vt tibi grata sint nr̃a ieiunia, ꝛ nobis pficiãt ad medelã. Per d. Alię postc. vsqz ad Dñicã passionis.

MUndet, ꝛ muniat nos, q̃s dñe, diuini sacramẽti munus oblatũ: ꝛ intercedẽte beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro ꝛ Paulo atqz beato N. ꝛ omnib⁹ sanctis: à cunctis nos reddat ꝛ peruersitatibus expiatos, ꝛ aduersitatibus expeditos.

PUrificẽt nos, q̃s oĩps ꝛ misericors deus, sacramenta q̃ sumpsim⁹: ꝛ intercedentibus oĩbus sanctis tuis pręsta: vt hoc tuũ sacramẽtuz nõ sit nobis reatus ad pęnã: sed intercessio salutaris ad veniã: sit ablutio scelerũ, sit fortitudo fragiliũ, sit cõtra oĩa mundi pericula firmamentũ, sit viuorũ atqz mortuoruz fideliũz remissio omnium delictorum. Per dominũ no. Deinde sacerdos absolutè dicit Orem⁹. Postea diacon⁹ (si in offõ diaconatus seruiat) dicit Humiliate capita vr̃a Deo. Alioquin ipsemet sacerdos. Sequitur super populũ. Oratio.

INclinãtes se dñe maiestati tuę propitiatus intẽde: vt, qui diuino munere sunt refecti, cęlestib⁹ semper nutriant auxilijs. Per. Et hic modus dicẽdi orõnẽ sup populũ fuat tãtũmodo i missa de feria vsqz ad iiij. feriã maioris hebdom. Benedicam⁹ dño. R. Deo grãs.

¶ Feria v. Statio ad sanctum Georgium. Introitus.



DUm clamarem ad dominũ exaudiuit vocem meã ab his q appropinquãt mihi, ꝛ humiliauit eos, q est ante sęcula, ꝛ manet i ęternũ: iacta cogitatũ tuũ in dño, ꝛ ipse te enutriet. Ps. Exaudi de⁹ orõnẽ meã, ꝛ ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, ꝛ exaudi me. V. Gloria patri ꝛc. Oratio. psal. 54

DEus, q culpa offenderis, pęnitẽtia placaris, preces populi tui supplicãtis propiti⁹ respice: ꝛ flagella tuę iracũdię, quę pro peccatis nostris meremur auerte. Per do. Alię orationes dicunt vt in feria pręcedenti. Lectio Isaię prophetę.

INdiebus illis: Aegrotauit Ezechias vsqz ad mortem: c. 38.

tem: et introiuit ad eũ Isaias fili⁹ Amos propheta, et dixit ei. Hec dicit dñs. Dispone domui tuę: quia morieris tu, et nõ viues. Et cõuertit Ezechias faciẽ suá ad parietem, et orauit ad dñz, et dixit. Obsecro dñe: memẽto, quęso, quõo ambulauerĩz corã te in veritate et in corde pfecto: et quod bonũ est in oculis tuis fécerim. Et fleuit Ezechias fletu magno Et factũ est verbũ dñi ad Isaiã, dicens. Uade: et dic Ezechię. Hec dicit dominus deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuá: et vidi lacrymas tuas. Ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos: et de manu regis Assyriorũ eruã te, et ciuitatem istam: et protegam eaz. Ait dominus omnipotẽs.

psal. 54 Grad. Iacta cogitatum tuuz ĩ domino, et ipse te enútriet. ℣. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meá ab his, qui appropinquant mihi.

Seq. scti Euãg. sm Mattheũ.

ca. 8.



In illo tẽpore. Cũ ĩtroisset Jesus Capharnaũ, accessit ad euz Centurio, rogans euz, et dicẽs. Dñe, puer meus iacet in domo paraliticus, et male torquet. Et ait illi Jesus. Ego veniã: et curabo eũ. Et respõdens Cẽturio, ait. Dñe nõ suz dign⁹, vt intres sub tectũ meuz: sed tãtuz dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate cõstitutus, habẽs sub me milites: et dico huic: Uade, et vadit. Et alio, veni, et venit. Et seruo meo: fac hoc, et facit. Audiẽs autez Jesus, miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inuéni tantã fidẽ in Israel. Dico autez vobis, quod multi ab oriente et occidente veniẽt, et recũbẽt cũ Abraham, Isaac, et Jacob ĩ regno cęlorũ: filij aũt regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit Jesus Cẽturioni. Uade: et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanat⁹ est puer in illa hora. Offer. Ad te dñe leuaui animam meã: deus meus in te confido, non erubẽscam: neqz irrideãt me inimici mei: étenim vniuersi, qui te expectant, nõ cõfundetur. psal. 24

Secreta.

Sacrificijs psentib⁹ dñe, q̃s, intẽde placatus: vt et deuotioni nrę pficiãt, et saluti. Per dñm.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cõio. Acceptabis sacrificiũ iustitię, oblationes, et holocausta, sup altare tuum domine. psal. 50

Postcom.

Celestis doni benedictione percepta, supplices te deus omnipotẽs deprecamur: vt hoc idem nobis, et sacramẽti causa sit, et salutis. Per dñm.

Alię postcõiones, vt in fer. iiij.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Parce

Parce domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per dnm.

¶ Feria vj. Statio ad sanctos Johānem, ⁊ Paulum. Intro.

psal. 29

Audiuit dominus, ⁊ misertus est mihi: dñs factus est adiutor meus. ps. Exaltabo te dñe, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊c. Oratio.

Inchoata ieiunia, quęsumus dñe, benigno fauore ꝓsequere: vt obseruātiam, quā corporaliter exhibemus, mentibus etiā syncéris exercére valeamus. Per dominum nr̄m.

Alię orationes vt i feria iiij. Cinerū. Lectio Isaię prophetę.

c. 58. Hęc dicit dñs deus. Clama, ne cesses: quasi tuba, exalta vocem tuam, ⁊ annuncia populo meo scelera eorum, ⁊ domui Jacob peccata eorum. Me etenim de die in diez quęrunt, ⁊ scire vias meas volunt, quasi gens quę iustitiam fécerit, ⁊ quę iudicium dei sui non dereliquerit. Rogāt me iudicia iustitię: ⁊ appropinquare deo volunt. Quare ieiunáuimus, ⁊ nō aspexisti? humiliauimus animas nostras, ⁊ nescisti? Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: ⁊ omnes debitores vestros repétitis. Ecce, ad lites ⁊ contentiones ieiunatis, ⁊ percútitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium, quod elégi, per diem affligere hominē animā suam? Nunquid contorquére quasi circulū caput suuz, ⁊ saccū ⁊ cinerem stérnere? Nunquid istud vocabis ieiuniuz ⁊ diem acceptabilem dño? Nonne, hoc est magis ieiunium, quod elégi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimētes, Dimitte eos, qui cōfracti sunt, liberos: ⁊ omne onus disrumpe. Frange esurienti panem tuum, ⁊ egénos vagósqz induc in domum tuam. Cum videris nudum, óperi eum: ⁊ carnem tuam ne despéxeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, ⁊ sanitas tua citius orietur: ⁊ anteibit faciem tuā iustitia tua: ⁊ gloria domini cólliget te. Tunc inuocabis, ⁊ dominus exaudiet: clamabis: ⁊ dicet: ecce ádsum. Quia misericors sum dominus deus tuus.

Graduale. Unam petij à domino, hanc requiram: vt inhabitez in domo domini. ℣. Ut videam voluntatem domini, ⁊ protegar à tēplo sancto eius. psal. 26

Tractus. Domine nō secun-

dñ peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarũ: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Seq. scti euang. sm Mattheũ.

cā. 5. 26



In illo tépore: Dixit Jesus discipulis suis. Audistis, qa dictũ est antiquis. Diliges proximũ tuum: & odio habebis inimicũ tuum. Ego autẽ dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui odérunt vos: & orate pro psequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cęlis est: qui solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Si enim diligitis eos, q vos diligunt, quã mercedẽ habebitis? Nonne & publicani hoc faciũt? Et, si salutaueritis fratres vestros tm̃, qd ampli⁹ facitis? Nonne & ethnici hoc faciũt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pr̃ vester cęlestis pfectus est. Attẽdite, ne iustitiã vestrã faciatis coram hominibus, vt videámini ab eis: alioqn mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ vestrũ, q in cęlis est. Cũ ergo facis eleemosynã, noli tuba cánere ante te, sicut hypocritę faciũt in synagogis & in vicis, vt honorificent ab hominib⁹. Amẽ dico vobis receperũt mercedẽ suã. Te aũt faciẽte eleemosynã, nesciat sinistra tua, qd faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscõdito. Et pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. Offerto. Domine vi- psal.
uifica me sm eloquiũ tuum vt 118
sciam testimonia tua. Secreta.

Sacrificium dñe obseruantię quadragesimalis, qđ offérimus, pręsta q̃s, vt tibi & mentes nr̃as reddat acceptas, & continentię promptioris nobis tribuat facultatẽ. Per do.

Alię secr. vt in fer. iiij. Cinerũ.

Cõio. Seruite dño i timore, & psal.
exultate ei cũ tremore: appre- 2
hendite disciplinã, ne pereátis de via iusta. Postcomunio.

Spiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos vno pane cęlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per dñm in vnitate eiusdẽ. Alię postcõ. vt in feria iiij. Cinerũ. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Tuére dñe populũ tuum: & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduérsitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per do.

¶ Sab-

¶ Sabbatho. Statio ad sanctũ Tryphonez. Introitus.

psal. 29



Audiuit dominus, & misert⁹ est mihi: domin⁹ factus est adiutor meus. Ps. Exaltabo te domine, qm̃ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. ℣. Gloria patri: & fi. Oremus.

Adesto dñe supplicationib⁹ nr̃is: & ꝯcede, vt hoc sollẽne ieiuniũ, qd̓ animis, corpibúsq; curãdis salubriter institutũ est, deuoto fruitio celebrem⁹. Per. Alię orõnes, vt in fer. iiij. Cinerũ. Lectio Isaię pphetę.

c. 58. Haec dicit dñs de⁹. Si abstuleris de medio tui catenã, & desieris digitũ extẽdere, & loq qd̓ nõ pdest: cũ effuderis esurienti aĩam tuã, & aĩam afflictã repleueris: tũc orietr in tenebris lux tua, & tenebrę tuę erũt sicut meridies. Et requiez dabit tibi dñs de⁹ tuus semp: & implebit splẽdorib⁹ aĩaz tuã: & ossa tua liberabit. Et eris quasi hort⁹ irrigu⁹: & sicut fons aquarũ, cui⁹ nõ deficiẽt aquę. Et ędificabuntr in te deserta sęculorũ: fundamẽta gñationis & generationis suscitabis. Et vocaberis ędificator sepiũ, cõuertẽs semitas in quietẽ. Si auerteris à sabbatho pedez tuũ, facere voluntatẽ tuã in die sancto meo: & vocaueris sabbathuz delicatũ, & sanctũ dñi gloriosuz, & glorificaueris eũ dum nõ facis vias tuas, & nõ inueniẽ voluntas tua, vt loquaris sermonez: tũc delectaberis sup dño: & sustollã te sup altitudinẽ terrę: & cibabo te hęreditate Jacob patris tui. Os eniz dñi locutũ est.

Gradu. Unã petij à dño, hãc reqrã, vt inhabitẽ i domo dñi. psal. 26
℣. Ut videaz voluntatẽ dñi: & protegar à templo sancto eius.

Seq. sancti euang. sm Marcũ. ca. 6.



In illo tẽpore: Cum sero esset factuz, erat nauis in medio mari, & Jesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborantes in remigando. Erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartã vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare, & volebat pręterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse: & exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt: & conturbati sunt. Et statim locutus est cũ eis: & dixit illis. Cõfidite. Ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebãt. Non enim intellexerunt de panib⁹. Erat enim cor illoꝝ obcęcatũ. Et cuz transfretassent, venerũt in terrã Genesareth,

sareth, ꝛ applicuerunt. Cūque egressi essent de naui, continuo cognouérūt eū. Et ꝑcurrentes vniuersaꝫ regionē illā, cępérūt in grabatis eos, q̄ se male habebant, circūferre, vbi audiebant eū esse. Et quocūqꝫ introibat, in vicos, vel in villas, aut ī ciuitates, in plateis ponebāt infirmos, ꝛ deprecabant eū, vt vel fimbriā vestimenti eiꝰ tāgerēt. Et quotquot tangebāt euꝫ, sal
psal. 118 ui fiebāt. Offert. Dn̄e viuifica me secūdū eloquiuꝫ tuuꝫ, vt faciam testimonia tua. Secre.

SUscipe dn̄e sacrificiū, cuiꝰ te voluisti dignāter immolatione placari: p̄sta q̄s: vt huius opatione mysterij mundati beneplacitū tibi nr̄ę mētis offeramus affectū. Per do. Alię secretę, vt in feria iiij. Cineruꝫ.
psal. 2 Cōio. Seruite dn̄o ī timore, ꝛ exultate ei cū tremore: apprehendite disciplinā, ne pereátis de via iusta. Postcommunio.

COelestis vitę munere vegetáti, q̄s dn̄e: vt qđ ē nobis ī pręsenti vita mysteriū, fiat ęternitatis auxiliū. Per d. Alię postcō. vt in feria iiij. Cinerū. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

FIdeles tui deꝰ per tua dona firmētur: vt eādē ꝛ percipiēdo requirāt, ꝛ q̄rendo sine fine ꝑcipiāt. Per do. ¶ Dn̄ica j. in Quadrag. Statio ad sanctū Johānez in Laterano. Intro.



Inuocabit me, ꝛ ego exaudiā eū eripiā eū, ꝛ glorificabo eū: longitudine dierū adimplebo euꝫ. psal. 90 Ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei cęli cōmorabitur. ℣. Gloria patri, ꝛ filio ꝛc. Oremus.

DEus, q̄ ecclesiā tua annua quadragesimali obseruatiōe purificas: p̄sta familię tuę: vt, quod à te obtinére abstinēdo nititur, hoc bonis operibꝰ exequatur. Per do. Ad poscēda suffragia sanctorū. Oratio.

ACūctis nos, q̄s dn̄e, mētis ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedēte beata ꝛ gloriosa sempꝗꝫ virgine dei genitrice Maria, cum beatis ap̄lis tuis Petro ꝛ Paulo atqꝫ btō N. ꝛ oībus sanctis, salutē nobis tribue benignus ꝛ pacem: vt destructis aduersitatibꝰ ꝛ erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Oīo.

OMnipotēs sempiterne deus, q̄ viuorū dominaris simul ꝛ mortuoꝝ oīumqꝫ miseréris, quos tuos fide ꝛ opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramꝰ: vt pro quibꝰ effundere p̄ces decréuimꝰ, quosque vel pręsens seculū adhuc ī carne retinet, vel futurum iam

exutos

exutos corpe suscepit: itercedētibus oībus sctis tuis: pietatis tuę clemētia oīuz delictoꝝ suorū veniam ꝯsequant. Per do.

Lcō eplē bti Pauli apli ad Co.

2.c.6. FRatres: Hortamur vos ne in vacuū gratiā dei recipiatis. Ait enim. Tēpore accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui te. Ecce nūc tēpus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Nemini dantes vllā offensionē: vt non vituperetur ministerium nostruz. Sed in omnibus exhibeamꝰ nosmetipsos, sicut dei ministros, in multa patiētia, in tribulationibꝰ, in necessitatibꝰ, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribꝰ, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in sciētia, in lōganimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei, per arma iustitię à dextris ⁊ à sinistris: per gloriam ⁊ ignobilitatem: ꝑ infamiā ⁊ bonā famā: vt seductores, ⁊ veraces: sicut q ignoti, ⁊ cógniti: quasi moriētes, ⁊ ecce viuimꝰ: vt castigati, ⁊ nō mortificati: quasi tristes, semper autē gaudentes: sicut egentes, multos autē locupletantes: tanquā nihil habentes, ⁊ omnia possidentes. Graduale. Angelis suis deus mandauit de te, vt custodiāt te in oibus vijs tuis. ℣. In manibus portabūt te, ne vnquā offendas ad lapidē pedez

psal. 90 tuū. Tra. Qui habitat in adiutorio altissimi, in ꝓtectione dei cęli cōmorabitur. Dicet dño, susceptor meus es tu, ⁊ refugiū meū: deus meus sperabo in eū. Quoniā ipse liberabit me de laqueo venātiū, ⁊ à verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, ⁊ sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eiꝰ: nō timebis à timore nocturno. A sagitta volāte ꝑ diē, à negotio perābulāte in tenebris, à ruina ⁊ dęmonio meridiano. Cadēt à latere tuo mille, ⁊ decē millia à dextris tuis: tibi aūt nō ap‑ꝓpinquabit. Qm̄ angelis suis mādauit de te, vt custodiāt te in oibus vijs tuis. In manibꝰ portabūt te, ne vnquā offendas ad lapidē pedē tuuz. Super aspidez ⁊ basiliscū ambulabis, ⁊ conculcabis leonē ⁊ draconē. Qm̄ in me sperauit liberabo eum: protegā eū, qm̄ cognouit nomē meū. Inuocabit me, ⁊ ego exaudiā euz: cū ipso suz in tribulatione. Eripiā euz, ⁊ glorificabo eū: longitudine dierū adimplebo eum: ⁊ ostendam illi salutare meuz.

Seq. scti euang. fm Mattheu.



ca. 4. IN illo tempore: Ductꝰ est Jesus in desertum à spiritu, vt tentaret à diabolo. Et cum ieiunasset quadragita diebus

diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tẽtator, dixit ei. Si fili⁹ dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondẽs dixit. Scriptũ est: Nõ in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore dei: Tũc assumpsit eum diabolus in sanctã ciuitatem: & statuit eũ supra pinnáculuz tẽpli, & dixit ei. Si fili⁹ dei es, mitte te deorsuz. Scriptum est eniz. Qr angelis suis mãdauit de te, & in manib⁹ tollẽt te, ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait illi Jesus rursuz. Scriptũ est. Non tentabis dñz deũ tuũ. Iteruz assumpsit eũ diabolus in mõtez excelsuz valde: & ostendit oĩa regna mũdi, & gloriam eoruz: & dixit illi. Hęc oĩa tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tũc dixit ei Jesus. Uade sátana, scriptum est enim. Dñz deũ tuũ adorabis: & illi soli seruies. Tunc reliquit euz diabolus: & ecce angeli accesserũt, & ministrabãt ei. Credo.

psal. 90 Offerto. Scapulis suis obumbrabit tibi dñs, & sub pẽnis eius sperabis, scuto circũdabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificiũ quadragesimalis initij solenniter immolamus, te dñe deprecantes: vt cuz epularũ restrictione carnaliuz, à noxijs quoque voluptatibus temperemur. Per dñm nostruz Jesum. Alię Secretę.

Exaudi nos de⁹ salutaris nr̃: vt per hui⁹ sacramẽti virtutẽ, à cũctis nos mẽtis & corporis hostib⁹ tuearis, gratiã tribuẽs ĩ p̃senti, & gloriã ĩ futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electoruz in superna fęlicitate locãdus: tribue q̃s: vt intercedẽtib⁹ oĩb⁹ sanctis tuis, vniuersoruz, quos in oratione cõmẽdatos suscepim⁹: & nomina oĩuz fideliũ beatę prędestinationis liber ascripta retineat. Per do. Cõio. Scapulis suis obũbrabit tibi dñs, & sub pẽnis eius sperabis: scuto circũdabit te veritas eius. Postcõ.

Tui nos dñe sacramẽti libatio sancta restáuret: & à vetustáte purgatos, in mysterij salutaris faciat transire cõsortiũ. Per do. Alię postcõiones.

Mundet & muniat nos, q̃s dñe diuini sacramẽti munus oblatũ: & intercedẽte beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atqz beato N. & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatib⁹ expiatos, & aduersitatib⁹ expeditos.

Purificẽt nos, q̃s oĩpotẽs & misericors De⁹, sacramẽta quę sumpsim⁹: & intercedẽtib⁹ oĩbus sc̃tis tuis, p̃sta: vt hoc tuũ sacr̃m nõ sit nobis reatus ad pęnã, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerũ, sit fortitudo fragilium, sit contra

cōtra omnia mūdi pericula firmamētū, sit viuorū atqȝ mortuorū fideliūȝ remissio omniū delictorūȝ. Per dūm nostrūȝ.

¶ Feria ij. Statio ad sanctum Petrū ad vincula. Introitus.

psal. 122



Sicut oculi seruorūȝ in manib⁹ dominorū suorū: ita oculi nostri ad dūm Deūȝ nostrū, donec misereat nostri: miserere nostri dñe, miserere nři. Ps. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. ℣. Glia p. Oro.

Onuerte nos de⁹ salutaris noster: ⁊ vt nobis ieiuniū quadragesimale proficiat, mētes nostras celestib⁹ instrue disciplinis. Per do. Alie orationes, vt in Dñica precedēti. Lectio Ezechielis prophete.

ca. 34 Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipse requirā oues meas: ⁊ visitabo illas. Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouiūȝ suarū dissipatarūȝ: sic visitabo oues meas, ⁊ liberabo eas de oībus locis, in quibus disperse fuerāt in die nubis ⁊ caliginis. Et educā eas de populis, ⁊ cōgregabo eas de terris: ⁊ inducā eas in terrā suā: ⁊ pascaȝ eas in montibus Israel in riuis, ⁊ in cūctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: ⁊ in mōtib⁹ excelsis Israel erūt pascua earūȝ. Ibi requiescent in herbis virentib⁹: ⁊ in pascuis pinguib⁹ pascentur super mōtes Israel. Ego pascam oues meas: ⁊ ego eas accubare faciā, dicit dñs de⁹. Qd perierat, requirā: ⁊ qd abiectū erat, reducā: ⁊ quod confractū fuerat, alligabo: ⁊ quod infirmū fuerat, cōsolidabo: ⁊ quod pingue ⁊ forte, custodiā. Et pascam illas in iuditio, dicit dñs omnipotens.

Gradua. Protector noster aspice deus, ⁊ respice super seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutū exaudi preces seruorū tuorū. psal. 83

Tract⁹. Dñe, nō secundū peccata nostra, que fecim⁹ nos: neque ſm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū: cito anticipent nos misericordie tue, qr pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ⁊ propter gloriā nominis tui dñe libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomē tuū. psal. 102 psal. 78

Seq. scti Euā. ſm Mattheūȝ.



ca. 25. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Cū venerit filius hois in maiestate sua, ⁊ oēs angeli eius cum eo: tunc sedebit sup sedeȝ maiestatis

tis sue. Et congregabuntur ante eum omnes gentes: et separabit eos ab inuicem: sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem à dextris suis: hedos autem à sinistris. Tūc dicet rex his, qui à dextris eius erūt. Uenite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnū à constitutione mundi. Esuriui enim, et dedistis mihi manducare. Sitiui: et dedistis mihi bibere. Hospes eraz: et collegistis me. Nudus: et operuistis me. Infirmus: et visitastis me. In carcere eram: et venistis ad me. Tunc responderūt ei iusti dicētes. Dñe, quando te vidimus esurientez, et pàuimus te? sitientē, et dedimus tibi potū? Quando aūt te vidimus hospitē, et collégimus te? aut nuduz, et cooperuimus te? Aut quādo te vidim⁹ infirmū, aut in carcere, et venim⁹ ad te? Et repondens rex, dicet illis. Amen dico vobis: quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicent et his, qui à sinistris eius erūt. Discédite à me maledicti, in ignez eternū qui paratus est diabolo, et angelis eius. Esuriui enim: et nō dedistis mihi mā ducare. Sitiui: et non dedistis mihi potum. Hospes eram: et non collegistis me. Nudus: et non operuistis me. Infirmus, et in carcere: et nō visitastis me. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes. Domine, quando te vidimus esurientē, aut sitientem, aut hospitem, aut nudū, aut infirmū, vel in carcere: et non ministrauimus tibi? Tūc respondebit illis, dicēs. Amē dico vobis: quādiu non fecistis vni de minorib⁹ his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in suppliciū eternū: iusti autem, in vitam eternam.

Offertorium. Leuabo oculos meos, et considerabo mirabilia tua dñe vt doceas me iustitias tuas: da mihi intellectū, et discam mandata tua. psal. 118

Secreta. Munera tibi dñe oblata sanctifica, nósq; à pctōrū nostrorū maculis emūda. Per dñm. Alie secrete, vt in dominica precedēti.

Cōio. Amē dico vobis: qd vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnuz ab initio seculi. mat. 25

Postcommunio. Salutaris tui dñe munere satiati, supplices exoramus: vt cuius letamur gustu, renouemur effectu. Per dñz no. Alie postcōiones, vt in dñica precedēti.

Super populū. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Absolue, quesum⁹ dñe, nostrorū vincula peccatorū: et quicquid p eis meremur, propitiatus auerte. Per dñm nrz.

Feria tertia. Statio ad sanctam Anastasiam. Introitus.

psal. 89

Domine refugiū fact⁹ es nobis à generatione in generationē: à seculo ⁊ in seculuz tu es. ps. Priusquā montes fierent, aut formaret terra ⁊ orbis, à seculo ⁊ vsque in seculuz tu es deus. ℣. Gloria patri. Oratio.

Respice dñe familiā tuā, ⁊ presta: vt apud te mēs nr̃a tuo desiderio fulgeat, q̄ se carnis maceratione castigat. Per do. Alie orationes, vt in dñica precedēti Lectio Isaie prophete.

ca. 55 In diebus illis: Locutus est Isaias ꝓpheta, dicens. Querite dñz, dū inueniri pōt: inuocate eū, duz ꝓpe est. Derelinquat impi⁹ viā suā: ⁊ vir iniquus cogitationes suas: ⁊ reuertatur ad dñz, miserebit eius: ⁊ ad deū nostrū, quoniā multus est ad ignoscendū. Non enim cogitationes mee, cogitationes vestre: neqꝫ vie vestre, vie mee, dicit dñs. Qr sicut exaltant celi à terra: sic exaltate sunt vie mee à vijs vestris, ⁊ cogitatiōes mee à cogitationibus vr̃is. Et quomodo descēdit i imber ⁊ nix de celo, ⁊ illuc vltra nō reuertitur: sed inebriat terrā, ⁊ īfundit eā, ⁊ germinare eā facit, ⁊ dat semen serenti, ⁊ panē comedenti. Sic erit verbū meū qd egredietur de ore meo: nō reuertet ad me vacuū, sed faciet quecunqꝫ volui, ⁊ prosperabit in his ad que misi illud, ait dñs omnipotēs. Gradu. Dirigat oratio mea, psal. 140.
sicut incensuz in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuū mearū sacrificium verspertinū. Seq. scti euang. fm Mattheū.


In illo tēpore: Cuz intrasset Jesus Jerosolymaz, commota est vniuersa ciuitas dicēs. Quis est hic? Populi autē dicebant. Hic est Jesus propheta, à Nazareth Galilee. Et intrauit Jesus in tēplum dei: ⁊ eijciebat omnes vendētes ⁊ ementes in tēplo: ⁊ mēsas numulariorū, ⁊ cathedras vēdentiū columbas euertit. Et dixit eis. Scriptum est. Domus mea domus orationis vocabit: vos autē fecistis illam speluncā latronū. Et accesserunt ad eū ceci, ⁊ claudi in tēplo: ⁊ sanauit eos. Uidētes aūt principes sacerdotum, ⁊ scribe, mirabilia que fecit, ⁊ pueros clamātes in tēplo, ⁊ dicētes, hosanna filio Dauid: indignati sunt, ⁊ dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Jesus autē dixit eis. Utique. Nunquā legistis, quia ex ore infantiū ⁊ lactentiū perfecisti laudez? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibi que mansit. Offerto.

psal. 30 In te speraui domine: dixi, tu es deus meus, in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Oblatis, q̄s dn̄e, placare muneribus: ⁊ à cūctis nos defende periculis. Per d. Alie orōnes, vt in Dn̄ica pcedēti. Cōio.

psal. 4 Cū inuocarē te, exaudisti me, de⁹ iustitie mee: ī tribulatione dilatasti me: miserere mihi dn̄e, ⁊ exaudi orōnē meā. Postco.

Presta, q̄s, op̄s de⁹: vt illi⁹ salutaris capiam⁹ effectū, cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per. Alie postcommuniones, vt in dn̄ica pcedenti. Super populuz. Oremus.

Ascendāt ad te dn̄e preces nostre: ⁊ ab ecclīa tua cunctā repelle nequitiā. Per dn̄m.

¶ Feria quarta Quatuor temporuz Quadragesime. Statio ad sanctā Mariā maiorē. Intr.



In illo tpe: Dixit Iesus pharisęis parabolã hãc. (c. 15) Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis, patri. Pater da mihi portionem substantię, quę me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus adolescẽtior filius peregre profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiã suã viuẽdo luxuriose. Et postquam cõsummasset oĩa, facta est fames valida in regione illa, & ipse cępit egere. Et abijt, & adhęsit vni ciuiũ regionis illi⁹. Et misit illũ in villã suam, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere vẽtrẽ suũ de siliquis quas porci mãducabant: & nemo illi dabat. In se aũt reuersus dixit. Quãti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? ego aũt hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meũ, & dicã ei. Pater peccaui in cęlũ & corã te iam nõ sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis. Et surgẽs venit ad patrẽ suũ. Cũ autẽ adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius: & misericordia motus est. Et accurrens cecidit super collũ eius, & osculatus est eũ. Di-

xitqz ei filius. Pater, peccaui in celum, et coraz te: iam non suz dignus vocari filius tu9. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primaz, et induite illum: et date anuluz in manu eius, et calceamēta in pedes ei9: et adducite vitulum saginatum, et occidite, vt mūducemus et epulemur: quia hic filius me9 mortuus erat, et reuixit: perierat, et inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autē filius eius senior in agro. Et cū veniret, et appropinquaret domui, audiuit symphoniā et chorū. Et vocauit vnuz de seruis: et interrogauit que hec essent. Isqz dixit illi. Fr̄ tu9 venit: et occidit pr̄ tuus vituluz saginatū, qr saluuz illuz recepit. Indignatus est autē et nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare eum. At ille respondens, dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et mandatū tuuz nunquam preteriui: et nunquaz dedisti mihi hedum, vt cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic, q deuorauit substantiaz suā cū meretricibus, venit: occidisti vitulū saginatū. At ipse dixit illi. Fili, tu sēper mecū es: et oīa mea tua sunt. Epulari autē, et gaudere oportebat, qr frater tuus hic, mortuus erat, et reuixit: perierat, et inuētus est. Offert. Illumina oculos meos: ne vnquā obdormiaz in morte: neqn̄ dicat inimic9 me9,

psal. 12

preualui aduersus eum. Secr. His sacrificijs dn̄e concede placatus: vt q proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per. Alie secr. vt in dn̄ica p̄cedēti. Cōio. Oportet te fili gaudere: qr frater tuus mortuus fuerat, et reuixit: perierat, et inuentus est. Postcōio. Sacramenti tui dn̄e diuina libatio penetralia nr̄i cordis īfundat: et sui nos participes potēter efficiat. Per. Alie postcōiones, vt i dominica precedēti. Super populum. Oremus: Humiliate capita vestra Deo. Familiā tuā, q̄s dn̄e, continua pietate custodi: vt q̄ in sola spe grē celestis innitit̄, celesti etiaz p̄tectione muniat̄. Per d.

Dn̄ica iij. i Quadragesima. Statio ad sanctum Laurentiuz extra muros. Introitus.



Oculi mei sē per ad dn̄m: qa ipse euellet de laqueo pedes meos: respice i me, et miserere mei, qm̄ vnicus, et pauper sum ego. ps. Ad te domine leuaui animaz meā: deus meus in te confido nō erubescam. ℣. Glia. Oremus. Quesumus, op̄s deus, vota humiliū respice: atque ad defensionē nostraz, dexterā tue maiestatis extēde. Per. Ad poscenda

ps.

scenda suffragia sanctorũ. Oro.

A Cunctis nos, q̃s dñe, mentis ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedente btá ꝛ gloriosa semperq́ꝫ virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apl'is tuis Petro ꝛ Paulo, atqꝫ btó. N. ꝛ oíbus sanctis, salutem nobis tribue benignus ꝛ pacem: vt destructis aduersitatibus ꝛ erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui viuorũ dominaris simul ꝛ mortuorũ, omniũqꝫ misereris: quos tuos fide ꝛ opere futuros esse pręnoscis: te supplices exoramus: vt, ꝑ q̇bus effundere p̄ces decréuimus, quósqꝫ vel pręsens sęculuꝫ adhuc in carne rétinet, vel futurũ iaꝫ exutos corpore suscepit: intercedẽtibus oíbus sanctis tuis, pietatis tuę clementia, omniũ delictorũ suorum veniã ꝯsequátur. Per do.

Lcõ epl'ę btí Pau. apl'i ad Eph.

ca. 5. Fratres: Estote imitatores dei, sicut filij charissimi: ꝛ ambulate in dilectione, sicut ꝛ Christus dilexit nos: ꝛ tradidit semetipsuꝫ ꝓ nobis oblationẽ ꝛ hostiam deo in odoreꝫ suauitatis. Fornicatio auteꝫ ꝛ oís immũditia, aut auaritia, nec noíetur in vobis, sicut decet scós: aut turpitudo, aut stultiloquiũ, aut scurrilitas, q̃ ad rẽ non pértinet: sed magis gr̃arũ actio. Hoc aũt scitote intelligentes: q̧ oís fornicator, aut immũdus, aut auar⁹, qḋ est idoloꝝ seruit⁹, nõ habet hęreditatem in regno Christi ꝛ dei. Nemo vos sedúcat inanib⁹ verbis. Propter hęc enim venit ira dei in filios diffidẽtię. Nolite ergo éffici participes eorum. Eratis enim aliquãdo tenebrę: nunc aũt lux í dño. Ut filij lucis ambulate. Fructus eniꝫ lucis est in oí bonitate, ꝛ iustitia, ꝛ veritate. Gra. Exurge dñe, nõ ꝑualeat homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. ℣. In conuertẽdo inimicũ meum retrorsuꝫ, infirmabuntur, ꝛ peribunt à facie tua. psal. 9. Trac. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum in manib⁹ dñorum suorum. ℣. Et sicut oculi ancillę in manib⁹ dñę suę, ita oculi nostri ad dñm deũ nr̃ꝫ, donec misereaꝛ nr̃i. ℣. Miserere nobis dñe: misereꝛ nobis. psal. 122.

Seq. sancti euang. ſm Lucam.



ca. 11 In illo tpe: Erat Jesus eijciẽs dęmoniũ: ꝛ illud erat mutuꝫ. Et cuꝫ eiecisset dęmoniũ locut⁹: ꝛ admiratę sũt turbe. Quidam aũt ex eis dixérũt. In Beelzebub principe dęmoniorum eijcit dęmonia. Et alij tẽtantes, signũ de cęlo q̃rebãt ab eo. Ipse aũt vt vidit cogitatiões eoꝝ, dixit. Oẽ regnũ in seipsuꝫ diuisuꝫ desolabiꝛ: ꝛ dom⁹ supra domũ cadet.

cadet. Si aūt et sátanas in seipsuz diuisus est: quō stabit regnū ipsius, q2 dicitis i beelzebub eijcere me demonia? Si aūt ego i beelzebub eijcio demonia: filij vrī i quo eijciūt? Ideo ipsi iudices vestri erūt. Porrò si i digito dei eijcio demonia: pfectò puénit i vos regnū dei. Cū fortis armatus custodit atriū suum: in pace sūt oīa q̄ possidet. Si aūt fortior illo superueniés vicerit eū: vniuersa arma ei⁹ áuferet, in qbus ɔfidebat: et spolia ei⁹ distribuet. Qui nō est mecū, aduersum me est: et q nō colligit mecū, dispergit. Cū immundus spūs exierit ab hoie, perámbulat p loca inaquosa, querens requié. Et non inueniens dicit. Reuertar i domū meā, vnde exiui. Et cū vénerit, inuenit eá scopis mundatam et ornatā. Et tūc vadit, et assúmit secū septé alios spūs nequiores se: et ingressi habitát ibi. Et fiunt nouissima hominis illi⁹ peiora prioribus. Factum est auté: cuz hec diceret extollens vocez quedam mulier de turba dixit illi. Beat⁹ véter q te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo, beati q audiūt verbū dei, et custodiūt illud. Et dr̄ Credo

psal 18 Offer. Iustitie dn̄i recte, letificantes corda: et iudicia eius dulciora super mel et fauū: nā et seruus tuus custodit ea. Secreta.

Hec hostia, quesum⁹ dn̄e, emundet nostra delicta, et ad sacrificiū celebranduz, subditorū tibi corpora, mentésqz sanctificet. Per do. Alie secrete.

Exaudi nos de⁹ salutaris noster: vt p huius sacramenti virtuté, à cūctis nos mētis et corporis hostib⁹ tuearis, gratiá tribués i presenti, et glīá in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locādus, tribue quesumus: vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorū, quos in oratione cōmēdatos suscépimus, et nomina omniuz fideliuz, beate predestinationis liber ascripta retineat. Per do. psal. 83.

Cōio. Passer iuénit sibi domū et túrtur niduz, vbi reponat pullos suos: altaria tua dn̄e virtutū, rex meus et deus me⁹: beati qui habitant in domo tua, in seculū seculi laudabunt te. Postcōio.

A Cūctis nos, quesumus domine, reatibus et periculis propitiatus absolue, quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per domi. Alie postcōiones.

Mundet, et muniat nos, q̄s dn̄e, diuini sacramēti munus oblatū: et intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato. N. et omnibus sanctis: à cunctis nos reddat et peruersitatibus expiatos, et aduersitatibus expeditos.

Purificēt nos, q̄s oſs et misericors deus, sacramenta que

q̃ sumpsimus: ⁊ intercedentib⁹
oībus sanctis tuis, presta: vt hoc
tuū sacramentū nō sit nobis rea
tus ad penā, sed intercessio salu
taris ad veniam: sit ablutio scele
rū, sit fortitudo fragilium, sit cō-
tra oīa mūdi pericula firmamē-
tū, sit viuorū atq; mortuoꝝ fide
liū remissio oīu; delictoꝝ. Per.

¶ Feria ij. Statio ad sanctum Marcum. Introitus.

Psal. 55



N deo lauda
bo verbū: in
dño lauda-
bo sermonē:
in Deo spera
bo: nō time-
bo, quid fa-
ciat mihi ho
mo. Ps. Miserere mei de⁹, quo
niam conculcauit me homo, to-
ta die bellans tribulauit me. ℣.
Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.
Cordib⁹ nr̃is, q̃s dñe, grã;
tuā benignus infunde: vt
sicut ab escis carnalibus abstine
m⁹, ita sensus quoq; nr̃os à no-
xijs retraham⁹ excessibus. Per.
Alie orationes vt in dominica
precedenti. Lectio libri Regū.

4.c.5. In diebus illis: Naamàn
princeps militie regis Sy
rie erat vir magnus apud domi
num suum, ⁊ honoratus. Per il
lu; enim dedit dominus salutē
Syrie. Erat autem vir fortis, ⁊
diues: sed leprosus. Porro de
Syria egressi fuerāt latrunculi:
⁊ captiuā duxerant de terra Is-
rael puellā paruulā, que erat in
obsequio vxoris Naamàn: que
ait ad dominā suā. Utinam fuis-
set dñs meus ad propheta; qui
est in Samaria: profecto curas-
set eum à lepra quàm habet. In
gressus est itaque Naamàn ad
dñm suū, ⁊ nunciauit ei, dicens.
Sic ⁊ sic locuta est puella d̃ terra
Israel. Dixitq; ei rex Syrie. Ua
de, ⁊ mittā literas ad regē Israel
Qui cū profect⁹ esset, ⁊ tulisset
secū dece; talenta argenti, ⁊ sex
millia aureos, ⁊ decē mutatoria
vestimētorū: d̃tulit literas ad re
gē Israel, in hec verba. Cū accē
peris epistolā hanc, scito q̄ mise-
ri; ad te Naamā s̃uū meū: vt cu
res eū à lepra sua. Cūq; legisset
rex Israel literas, scidit vestimē
ta sua, ⁊ ait. Nūqd deus su; ego,
vt occidere possim, ⁊ viuificare?
q; iste misit ad me, vt curē homi
ne; à lepra sua. Animaduertite,
⁊ videte q̃ occasiones querat
aduersu; me. Quod cū audisset
Eliseus vir dei: scidisse videlicet
regē Israel vestimēta sua: misit
ad eu;, dicens. Cur scidisti vesti
mēta tua? Ueniat ad me, ⁊ sciat
propheta; esse in Israel. Uenit
ergo Naamā cu; equis ⁊ curri-
bus, ⁊ stetit ad ostium domus
Elisei: misitq; ad eū Eliseus nū
ciū, dicēs. Uade, ⁊ lauare septies
in Jordane: ⁊ recipiet sanitate;
caro tua, atq; mundaberis. Ira
tus Naamàn, recedebat dicēs,
Putabā q̄ egrederetur ad me:

⁊ stans inuocaret nomē dñi dei
sui, ⁊ tangeret manu sua locum
lepre, ⁊ curaret me. Nūquid nō
meliores sunt Abanà, ⁊ Phar-
phar fluuij Damasci, oībus aqs
Israel, vt lauer in eis, ⁊ mūder?
Cū ergo vertisset se, ⁊ abiret in-
dignās: accesserūt ad eū serui sui,
⁊ locuti sunt ei. Pater, ⁊ si rē grā
dem dixisset tibi propheta, certè
facere debueras: quāto magis,
q: nunc dixit tibi, lauare, ⁊ mun
daberis? Descēdit: ⁊ lauit in Jor
dane septies, iuxta sermonē viri
dei: ⁊ restituta est caro eius, sicut
caro pueri paruuli: ⁊ mundatus
est. Reuersusq; ad virū dei cū
vniuerso comitatu suo, venit, ⁊
stetit coram eo, ⁊ ait. Verè scio,
quòd nō sit alius de⁹ in vniuer
sa terra, nisi tm̄ in Israel. Gra-
psal. 55. dua. Deus vitam meam annū
ciaui tibi, posuisti lacrymas me-
as in cōspectu tuo. ℣. Miserere
mei dñe, qm̄ conculcauit me ho
mo: tota die bellans tribulauit
psal. 102 me. Tractus. Dñe nō sm̄ pec-
cata nostra, quę fecim⁹ nos, ne-
que secundum iniquitates nr̄as
retribuas nobis. ℣. Domine ne
memineris iniquitatū nostra-
rum antiquarum: citò anticipēt
nos misericordię tuę, q: paupe-
res facti sumus nimis. ℣. Adiu
ua nos deus salutaris noster: ⁊
propter gloriā nominis tui dñe
libera nos: ⁊ propitius esto pec-
catis nr̄is, propter nomē tuum.
Seq. sancti euang. sm̄ Lucam.



In illo tēpo- ca. 4
re: Dixerunt
pharisęi ad Jesum.
Quanta audiuim⁹
facta in Capharna-
um: fac ⁊ hic in pa-
tria tua. Ait autem.
Amen dico vobis, quia nemo
propheta acceptus est in patria
sua. In veritate dico vobis: mul-
tę viduę erant in diebus Elię in
Israel, quando clausum est cę-
lum annis tribus ⁊ mensib⁹ sex,
cum facta esset fames magna in
omni terra: ⁊ ad nullam illarū
missus est Elias, nisi in Sarepta
Sidonię, ad mulierem viduā.
Et multi leprosi erant in Israel
sub Eliseo propheta: ⁊ nemo
eorum mundatus est, nisi Na-
amàn Syrus. Et repleti sunt o-
mnes i synagoga, ira, hęc audiē
tes. Et surrexerunt, ⁊ eiecerunt
eum extra ciuitatem: ⁊ duxerūt
illū vsque ad superciliū mōtis,
super quē ciuitas eorū erat ędifi
cata, vt pręcipitarent eum. Ipse
autem transiens per mediū il- psal. 54
lorum, ibat. Offerto. Exaudi
deus orationē meā, ⁊ ne despē-
xeris deprecationem meam: in-
tende in me, ⁊ exaudi me. Secr.
Munus, quod tibi Domine
nostrę seruitutis offerim⁹,
tu salutare nobis perfice sacra-
mentum. Per do. Alię secretę
vt in dominica pręcedenti. Cō- psal. 13.
munio. Quis dabit ex Sion
salutare Israel? cum auerterit
dominus

dominus captiuitatem plebis sue, exultabit Jacob, et letabitur Israel. Postcommunio.

Presta, quesumus, omnipotens et misericors deus: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per. Alie postcommuniones, vt in dominica precedenti. Super populum. Oremus Humiliate capita vestra Deo.

Subueniat nobis domine misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per do.

¶ Feria tertia. Statio ad sanctam Pudentianam. Introit⁹.

psal. 16



Ego clamaui, quoniam exaudisti me de⁹: inclina aurem tuam, et exaudi verba mea: custodi me domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. Ps. Exaudi domine iustitiam meam: intende deprecationem meam. ℣. Gloria pa. Orem⁹.

Exaudi nos omnipotens et misericors deus: et continentie salutaris propitius nobis dona concede. Per dominum. Alie orationes, vt in Dominica precedenti. Lectio libri Regum.

4. c. 4 In diebus illis: Mulier quedam clamabat ad Eliseum prophetam, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quod seruus tuus fuit timens deum: Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Eliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Uade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. Et ingredere, et claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu et filij tui: et mitte inde in omnia vasa hec: et cum plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, et clausit ostium super se et super filios suos: illi offerebant vasa, et illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitque oleum. Uenit autem illa, et indicauit homini dei. Et ille. Uade, inquit, vende oleum, et redde creditori tuo: tu autem et filij tui viuite de reliquo. Gr. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculat⁹ ero: et emundabor a delicto maximo. psal. 18

Seq. sancti euan. secundum Mattheum.



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Si peccauerit in te frater tu⁹: vade, et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. ca. 18

Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnu3 vel duos, vt in ore duo℞ vel triu3 testium stet omne verbum. Quod si nõ audierit eos: dic ecclesie. Si aũt ecclesia3 non audierit: sit tibi sicut éthnicus ⁊ publicanus. Amen dico vobis: quecunque alligauéritis super terra3, erunt ligata ⁊ in celo: ⁊ quecunque solueritis super terram, erunt soluta ⁊ in celo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis cõsenserint super terra3: de omni re quamcunq3 petierint, fiet illis à patre meo q in celis est. Ubi eni3 sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo: ibi sum in medio eorũ. Tunc accédens ad eum Petrus dixit. Dñe, quóties peccabit in me frater meus, ⁊ dimittam ei? Usque septies? Dixit illi Jesus: Nõ dico tibi vsque septies: sed vsq3 septuagies septies. Offer.

psal. 117. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutẽ, nõ moriar, sed viuã, ⁊ narrabo opera dñi. Sec.

Per hec veniat, q̃s dñe, sacramenta, nostre redéptionis effectus: qui nos ⁊ ab humanis rétrahat semper excéssibus: ⁊ ad salutaria dona perducat. Per d. Alie sec. vt in dñica precedẽti. Cõio.

psal. 14. Dñe, quis habitabit in tabernáculo tuo? aut qs requiescet in monte sancto tuo? q ingréditur sine macula, ⁊ operatur iustitiam. Postcõmunio.

Sacris dñe mysterijs expiati, ⁊ veniã, q̃s, cõsequamur, ⁊ gratiam. Per d. Alie postcõmuniones, vt in dñica precedẽti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Tua nos Dñe protectione defende, ⁊ ab omni semp iniquitate custodi. Per domi.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctum Sixtum. Introitus.



Ego aute3 in dño sperabo: exultabo et letábor i tua misericordia: qa respexisti humilitate3 meam. Ps. psal. 70

In te dñe speraui, nõ cõfundar i eternũ: in iustitia tua libera me, ⁊ éripe me. ℣. Glia. Oremus.

Presta nobis, q̃s dñe, vt salutaribus ieiunijs eruditi, à noxijs quoque vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominũ. Alie orationes, vt in Dominica precedenti. Lectio libri Exodi.

Haec dicit dñs deus. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuam: vt sis lõgeuus super terra3, qua3 dñs deus tuus dabit tibi. Non occides. Nõ mechábẽris. Nõ furtũ facies. Non loquéris cõtra proximũ tuũ falsu3 testimoniũ. Nõ concupisces domũ proximi tui, nec desiderabis vxorẽ eius, nõ seruum, non ancillam, ca. 20

non

non bouem, non asinū: nec oīa que illius sunt. Cunctus autem populus videbat voces, ⁊ lampades, ⁊ sonitum buccine, montémq̄ fumigantē: ⁊ perterriti ac pauore ꝯcussi, steterūt ꝓcul, dicentes Moysi. Loquere tu nobis, ⁊ audiemus. Nō loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populū. Nolite timere. Ut enī ꝓbaret vos, venit de⁹, ⁊ vt terror illius esset in vobis, ⁊ nō peccaretis. Stetitq̄ pp̄ls de lōge. Moyses aūt accessit ad caliginē, ī qua erat deus. Dixitq̄ p̄terea dn̄s ad Moysen. Hec dices filijs Israel. Vos vidistis, q̄ de celo locutus sū vobis. Nō facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: ⁊ offeretis sup illud holocausta, ⁊ pacifica vestra: oues vestras ⁊ boues in oī loco, ī quo memoria fuerit noīs mei.

psal. 6. Gra. Miserere mei dn̄e, qm̄ infirm⁹ sū: sana me dn̄e. ℣. Conturbata sunt oīa ossa mea: ⁊ aīa mea turbata est valde. Tractus.

psal. 102. Dn̄e, nō fm̄ peccata nr̄a, que fecimus nos, neq̄ fm̄ iniquitates

psal. 78. nr̄as, retribuas nobis. ℣. Dn̄e, ne memineris iniquitatū nr̄ar antiquar: cito anticipēt nos misericordie tue, q̄r pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos, ⁊ propiti⁹ esto peccatis nostris ꝓpter nomen tuū.

Seq. sancti euang. fm̄ Matth.



In illo tēpore: Accesserūt ad Jesum ab Jerosolymis scribe, ⁊ pharisei, dicentes: c. 15.
Quare discipuli tui transgrediunt̄ traditiones seniorū? Non enim lauant manus suas, cū panē manducant. Ipse autē respondens, ait illis. Quare, ⁊ vos trāsgredimini mandatū dei propter traditionem vestram? Nam deus dixit, Honora patrem ⁊ matrē: ⁊ qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autē dicitis. Quicunque dixerit patri, vel matri: munus quodcunque est ex me, tibi proderit: ⁊ nō honorificabit patrem suum, aut matrem suam: ⁊ irritum fecistis mandatū dei propter traditionem vestram. Hypocrite, bene prophetauit de vobis Isaias dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorū lōge est a me. Sine causa autē colunt me docentes doctrinas, ⁊ mādata hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis. Audite, ⁊ intelligite. Nō quod intrat in os coinquinat hominē: sed quod ꝓcedit ex ore, hoc coīnquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius, dixerūt ei. Scis, quia pharisei, audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respondēs ait.

ait. Omnis plantatio, quam nõ plantauit pater meus celestis, eradicabitur. Sinite illos. Ceci sunt, et duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum prestet, ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus dixit ei. Edissere nobis parabolam istaz. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Nõ intelligitis, quia omne quod in os itrat, in vẽtrẽ vadit, et in secessuz emittitur? Que autem prodeunt de ore, de corde exeũt: et ea coinquinant hominem. De corde enim exeũt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominem. Non lotis autez manibus manducare, non coinquinat hominez. Offer. Dñe, fac
psal. 108. mecum misericordiam tuã, propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. Secreta.

Suscipe, quesumus domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: et tua mysteria celebrantes ab omnibus nos defẽde periculis. Per dominum. Alie secrete, vt i dominica precedenti. Cõmunio.

psal. 15. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia, cum vultu tuo domine. Postcommunio.

Sanctificet nos dñe, qua pasti sumus, mẽsa celestis: et à cunctis erroribus expiatos, supernis promissionibus reddat acceptos. Per d. Alie postcõiones, vt in Dominica precedenti. Super populuz. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Concede, quesumus, omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiaz querimus, liberati à malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per do.

¶ Feria v. Statio ad sanctos Cosmã, et Damianum. Introi.



Salus populi ego sum, dicit dñs: de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: et ero illorum dñs in perpetuũ. psal. 77 Ps. Attẽdite popule meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestram i verba oris meis. ℣. Gloria. Oremus.

Magnificet te domine sanctorum tuorum Cosme et Damiani beata solẽnitas: qua et illis gloriam sempiternam, et opem nobis ineffabili prouidẽtia contulisti. Per do. Alie orationes, vt in dñica precedenti.

Lectio Jeremie prophete.

In diebus illis. Factuz est ca. 7.
verbũ dñi ad me, dicens. Sta in porta domus domini: et predica ibi verbum istud, et dic. Audite verbum dñi omnis Juda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis dominũ. Hec dicit dñs exercituũ deus Israel: Bonas

Bonas facite vias vestras, et studia vestra: et habitabo vobiscuz in loco isto. Nolite confidere in verbis mẽdacij, dicentes. Templuz dñi, templuz domini, templuz dñi est. Quõ si bene direxẽritis vias vestras, et studia vestra: si fecẽritis iudicium inter virum et proximum eius: aduene et pupillo et vidue non fecẽritis calumniam: nec sanguinẽ innocentem effuderitis in loco isto: et post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscuz in loco isto, in terra quaz dedi patribus vestris à seculo vsque in seculũ. Ait dñs omnipotens. Gradu.

psal. 144. Oculi omniũ i te sperãt dñe: et tu das illis escã in tpe opportuno. ℣. Aperis tu manũ tuã, et imples omne animal bñdictione. Seq. sancti euang. sm Lucam.

C. 4 

In illo tẽpore: Surgens Jesus de synagoga introiuit in domũ Simõnis. Socrus autem Simõnis tenebatur magnis fẽbribus. Et rogauẽrũt illuz pro ea. Et stans sup illã, imperauerit fẽbri: et dimisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis. Cum sol aũt occidisset: omnes, q habebãt infirmos varijs languoribus, ducebãt illos ad Jesum. At ille singulis manus imponẽs, curabat eos. Exibãt aũt demonia a multis, clamãtia et dicentia: qr tu es filius Dei. Et increpans nõ sinebat ea loq, qr sciebãt ipsuz esse Christũ. Facta aũt die egressus ibat in desertũ locũ: et turbe reqrebãt eũ: et venẽrũt vsq ad ipsuz et detinebãt illũ ne discẽderet ab eis. Quib' ille ait. Qr et alijs ciuitatib' oportet me euãgelizare regnũ dei: qr ideo missus suz. Et erat pdicãs in synagõgis Galilee. Offerto.

Si ambulãuero in medio tribulationis, viuificabis me dñe: et super iram inimicoruz meorũ extendes manum tuam: et saluũ me fecit dextera tua. Secreta. psal. 137.

In tuorũ dñe pciosa morte iustorũ sacrificiũ illud offẽrimus: de quo martyriũ sumpsit omne principiũ. Per. Alie secrete. vt in dñica precedenti.

Cõio. Tu mãdasti mãdata tua custodiri nimis: vtinaz dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcõmu. psal. 118.

Sit nobis dñe sacramenti tui certa saluatio: que cum beatorũ martyrum tuorũ Cosme et Damiani meritis imploratur. Per. Alie postcõi. vt in dñica pce. Super pplm. Orem':

Humiliate capita vestra Deo.

Subiectum tibi populum, quesum' dñe, propitiatio celestis amplificet: et tuis semper faciat seruire mandatis. Per d.

¶ Feria vj. Statio ad Sanctuz Laurentium in Lucina. Intro.

psal. 85. 
Ac mecū domine signū i bonū: vt videāt qui me oderūt, ⁊ cōfundantur: quoniam tu dn̄e adiuuisti me, ⁊ consolatus es me. Ps. Inclina dn̄e aurem tuā, ⁊ exaudi me: quoniā inops ⁊ pauper sum ego. ℣. Gloria. Oremꝰ.
Ieiunia nostra, q̄s dn̄e, benigno fauore ꝓsequere: vt sicut ab alimētis abstinemꝰ in corpe: ita a vitijs ieiunemus in mente. Per do. Alie orōnes, vt in dn̄ica p̄ce. Lcō lib. Numeri.
c.20. In diebus illis: Conuenerunt filij Israel aduersus Moysen ⁊ Aarō: ⁊ versi in seditionē, dixerūt. Date nobis aquā vt bibamus. Ingressiq; Moyses ⁊ Aarō, dimissa multitudine, in tabernaculū federis, corruerūt proni i terrā: clamauerūtq; ad dn̄m, atq; dixerūt. Dn̄e deꝰ exaudi clamorē ppl'i huiꝰ: ⁊ aperi eis thesaurū tuū fontē aque viue: vt satiati, cesset murmuratio eoꝝ. Et apparuit gl'ia dn̄i super eos. Locutusq; est dn̄s ad Moysen, dicens. Tolle virgā, ⁊ ꝯgrega ppl'm tuū ⁊ Aarō frater tuꝰ: ⁊ loqmini ad petrā corā eis: ⁊ illa dabit aquas. Cūq; eduxeris aquā de petra, bibet oīs multitudo ⁊ iumenta eius. Tulit igit̄ Moyses virgā, q̄ erat in cōspectu dn̄i, sicut p̄ceperat ei, cōgregata multitudine ante petrā: dixitq; eis. Audite rebelles, ⁊ increduli. Nū de petra hac vobis aquā poterimus eijcere? Cūq; eleuasset Moyses manū, percutiēs virga bis silicē, egresse sunt aque largissime, ita vt ppl's biberet, ⁊ iumēta. Dixitq; dn̄s ad Moysen ⁊ Aarō. Qr nō credidistis mihi, vt sanctificaretis me corā filijs Israel: nō itroducētis hos populos in terram, quam dabo eis. Hec est aqua ꝯtradictionis vbi iurgati sūt filij Israel cōtra dn̄m, ⁊ sanctificatus est i eis.
Gra. In deo sperauit cor meū, psal. 27
⁊ adiutꝰ sū, ⁊ refloruit caro mea: ⁊ ex volūtate mea cōfitebor illi. ℣. Ad te dn̄e clamaui: deꝰ meꝰ ne sileas, ne discedas a me. Tractus. Dn̄e, nō s̄m pctā nr̄a, q̄ fe psal. 102.
cimus nos: neq; s̄m iniquitates nr̄as, retribuas nobis. ℣. Dn̄e, psal. 78.
ne memineris iniquitatū nr̄aꝝ antiquaꝝ: cito anticipēt nos misericordie tue, qr pauperes facti sumꝰ nimis. ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris nr̄, ⁊ ꝓpter gl'iā nominis tui dn̄e libera nos: ⁊ ꝓpitius esto pctīs nr̄is ꝓpter nomē tuū.
Seq. sancti euāg. s̄m Johānē. ca. 4.

In illo tempore. Venit Jesus in ciuitatē Samarie, que dicitur Sichar: iuxta p̄diū, quod dedit Jacob Joseph filio suo. Erat

Erat aūt ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigat⁹ ex itinere, sedebat sic sup fontē. Hora erat q̄si sexta. Venit mulier de Samária haurire aquam. Dicit ei Jesus. Da mihi bibere. Discipuli autē ei⁹ abierāt in ciuitatez, vt cibos émerēt. Dixit ergo ei mulier illa Samaritána. Q̄uō tu Judę⁹ cū sis, bibere à me poscis, q̄ sum mulier Samaritána? non enim coutuntur Judęi Samaritánis. Rn̄dit Jesus, ꝛ dixit ei. Si scires donū dei, ꝛ qs est q dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, ꝛ dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Dn̄e, neqꝫ ī quo háurias habes, ꝛ pute⁹ alt⁹ est: vn̄ ergo habes aquā viuā? Nūqd tu maior es p̄re n̄ro Jacob, q dedit nobis púteū ístū: ꝛ ipse ex eo bibit, ꝛ filij ei⁹, ꝛ pécora eius? Respōdit Jesus, ꝛ dixit ei. Omnis q biberit ex aqua hac, sitiet iterū. Qui autē biberit ex aqua, quā ego dabo ei, nō sitiet in ęternuz: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam. Dicit ad euz mulier. Domine, da mihi hanc aquam: vt non sitiam: neque veniam huc haurire. Dicit ei Jesus. Vade, voca virum tuum, ꝛ veni huc. Respondit mulier, ꝛ dixit. Non habeo virum. Dicit ei Jesus, bene dixisti, quia non habeo virum. Quinqꝫ enim viros habuisti: ꝛ hūc quez habes, non est tuus vir. Hoc verè dixisti. Dicit ei mulier. Dn̄e, vt video ꝓpheta es tu. Patres n̄ri in monte hoc adorauérunt: ꝛ vos dicitis, qꝛ Jerosolymis est locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Jesus. Mulier, crede mihi, qꝛ venit hora, quando neqꝫ in mōte hoc, neqꝫ in Jerosolymis adorabitis patrē. Vos adorátis, qđ nescitis: nos adorámus, qđ scimus: quia salus ex Judęis est. Sed venit hora, ꝛ nunc est, quādo veri adoratores adorabunt patrem in spiritu ꝛ veritate. Nā ꝛ pater tales quęrit, qui adorent eū. Spiritus est deus: ꝛ eos qui adorant eum, in spiritu ꝛ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio, qꝛ Messias venit, qui dr̄ Christus. Cū ergo vénerit, ille nobis annūciabit oīa. Dicit ei Jesus. Ego sum q loquor tecum. Et continuò venérunt discipuli eius: ꝛ mirabantur, qꝛ cū muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, quid quęris, aut quid lóqueris cuz ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: ꝛ abijt in ciuitatem, ꝛ dicit illis hominib⁹. Venite, ꝛ videte hominē, q dixit mihi omnia quęcūque feci. Nunquid ipse est Chr̄s? Exiérunt ergo de ciuitate: ꝛ veniebant ad euz. Interea rogabant eum discipuli, dicentes. Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipulis ei⁹ adinuicē. Nūquid

quid aliquis áttulit ei manduca
re? Dicit eis Jesus. Meus cibꝰ
est, vt faciam voluntatem eiuꝫ q
misit me: vt perficiam opus eiꝰ.
Nõne vos dicitis, quòd adhuc
quatuor menses sunt, ⁊ messis
venit? Ecce dico vobis: leuáte
oculos vestros, ⁊ vidéte regio-
nes, q̃r albę sunt iam ad messeꝫ.
Et qui metit, mercedeꝫ áccipit,
⁊ cóngregat fructum in vitam
ęternam: vt ⁊ qui seminat simul
gaudeat, ⁊ q metit. In hoc eniꝫ
est verbum veruꝫ: q̃r alius est q
seminat, ⁊ alius est q metit. Ego
misi vos métere quòd vos nõ la
borastis: alij laborauérũt, ⁊ vos
in labores eoꝝ introistis. Ex ci-
uitate autem illa multi credidé-
rũt in euꝫ Samaritanoꝝ, ꝑpter
verbũ mulíeris testimoniũ per
hibẽtis, q̃r dixit mihi oĩa quęcũ-
qꝫ feci. Cũ venissent ergo ad il-
lũ Samaritáni, rogauérunt euꝫ
vt ibi manéret. Et mãsit ibi du-
os dies. Et multo plures credi
dérũt in euꝫ propter sermonem
eius. Et mulieri dicebãt. Quia
non iam ꝑpter tuaꝫ loquelã cre
dimus. Ipsi eniꝫ audiuimꝰ, ⁊ sci
mus q̃r hic est verè saluator mũ
psal. 5 di. Offer. Intẽde voci oratio
nis meę, rex meus ⁊ deus meꝰ:
qm̃ ad te orabo dñe. Secreta.
Respice, q̃s dñe, propitius
ad munera quę sacramus,
vt tibi grata sint, ⁊ nobis saluta-
ria semper existant. Per. Alię se
Joã. 4 cre. vt in dñica p̃ce. Cõio. Qui

biberit aquaꝫ, quam ego dabo
ei, dicit dñs: fiet in eo fons aquę
salientis in vitã ęternã. Postcõ.
Huius nos dñe perceptio
sacramẽti mundet à crimi
ne: ⁊ ad cęlestia regna perducat.
Per dominũ. Alię postcõmu-
niones, vt in dñica pręcedenti.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo.
Presta, q̃s, oĩps deꝰ: vt qui
in tua protectione confidi-
mus, cuncta nobis aduersantia,
te adiuuante, vincamus. Per.
¶ Sabbatho. Statio ad sanctã
Susannam. Introitus.



Erba mea á- psal. 5
uribus perci
pe domine:
intellige cla-
moré meuꝫ:
intende voci
oratiõis meę
rex meus ⁊
deus meus. Ps. Quoniaꝫ ad te
orabo domine: mane exaudies
vocem meã. ℣. Glia. Oratio.
Presta, q̃s, oĩps deus: vt q
se affligendo carnẽ, ab ali-
mentis abstinent: sectando iusti
tiam, à culpa ieiunent. Per do.
Alię orões, vt in dñica p̃ceden
ti. Lectio Danielis prophetę.
In diebus illis: Erat vir in C. 13.
Babylone, ⁊ nomen eius
Joachiꝫ. Et accepit vxorẽ noĩe
Susannã filiã Helchię, pulchrã
nimis, ⁊ timentẽ deuꝫ. Paren-
tes eniꝫ illius cũ essent iusti, eru-
diérũt

dierũt filiã suã ẽm legẽ Moysi. Erat aũt Joachim diues valde: ⁊ erat ei pomęriũ vicinũ domui suę. Et ad ipsum ꝯfluebant Judęi, eo ꝙ eẽt honorabilior oĩuz. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo, de quibus locutus est dñs. Qr egressa est iniquitas de Babylone à seniorib⁹ iudicibus, qui videbãtur regere populuz. Isti frequentabant domũ Joachim: ⁊ veniebãt ad eos oẽs qui habebant iudicia. Cum autẽ populus reuertisset ꝑ meridiẽ, ingrediebat̃ Susanna, ⁊ deãbulabat ĩ pomęrio viri sui. Et videbant eã senes quotidie ingrediẽtẽ, ⁊ deambulantẽ: ⁊ exarsérũt in ꝯcupiscẽtiaz eius. Et euertérunt sensum suũ, ⁊ declinauérũt oculos suos, vt nõ vidérent cęluz, neqz recordarent̃ iudicioꝝ iustoꝝ. Factum est autem, cuz obseruarent diẽ aptuz quãdo eaz possent inuenire solam, ingressa est aliquãdo sicut heri, ⁊ nudius tertius, cum duabus solis puellis: voluitqz lauari in pomęrio. Aestus quippe erat. Et non erat ibi quisquam, pręter duos senes absconditos ⁊ cõtẽplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum et smigmata: ⁊ ostia pomęrij claudite, vt lauer. Cũ aũt egressę essent puellę: surrexérunt duo senes, ⁊ accurrérunt ad eam, ⁊ dixérunt. Ecce ostia pomęrij clausa sunt, ⁊ nemo nos videt, ⁊ in cõcupiscentia tui sumus, quamobrem assentire nobis, ⁊ cõmiscére nobiscum. Quod si nolueris, dicemus testimoniũ contra te, ꝙ fuerit tecum iuuenis: ⁊ ob hanc causaz emiseris puellas à te. Ingemuit Susãna, ⁊ ait. Angustię mihi sunt undique. Si eniz hoc égero, mors mihi est: si aũt non égero, non effugiam man⁹ vestras. Sed melius est mihi absqz opere incidere in man⁹ vestras, q̃z peccare in ꝯspectu dñi. Et exclamauit voce magna Susãna: exclamauérũt aũt ⁊ senes aduersus eã. Et cucurrit vnus, ⁊ apuit ostia pomęrij. Cũ autẽ audissẽt clamorẽ in pomęrio famuli domus, irruérũt ꝑ posticũ, vt viderent qdnã esset. Postquã aũt senes locuti sunt, erubuérũt serui vehementer: qr nunquã dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna. Et facta est dies crãstina. Cũqz venisset populus ad virũ eius Joachim, venérũt ⁊ duo seniores pleni iniqua cogitatione aduersus Susannã, vt interficerẽt eã. Et dixérũt corã populo. Mittite ad Susannã filiã Helchię vxorẽ Joachim. Et statim misérũt. Et venit cũ parentib⁹, ⁊ filijs, ⁊ vniuersis cognatis suis. Flebãt igit̃ sui, ⁊ oẽs q nouerãt eaz. Cõsurgẽtes aũt duo seniores in medio ppl'i, posuérũt manus suas super caput eius. Quę flens suspexit ad cęlũ. Erat eniz cor eius fiduciaz habẽs in dño.

Et

Et dixerũt seniores. Cũ deam-
bularem⁹ ĩ pomerio soli, ingres
sa est hec cũ duab⁹ solis puellis:
⁊ clausit ostia pomerij: ⁊ dimisit
à se puellas. Venitq; adolescẽs
ad eã, q erat abscõditus, ⁊ cõcu
buit cũ ea. Porrò nos cũ esse-
mus in angulo pomerij, vidẽtes
iniquitatẽ: cucurrimus ad eos, ⁊
vidimus eos pariter comisceri.
Et illũ qdẽ nequiuimus cõpre
hendere, q: fortior nobis erat:
⁊ aperto ostio exiliuit. Hãc aũt
cũ apprehendissemus, interro-
gauim⁹ quisnã esset adolescens:
⁊ noluit indicare nobis. Huius
rei testes sumus. Credidit eis
multitudo q̃si seniorib⁹ ⁊ iudici
bus ppl'i: ⁊ cõdemnauerũt eã ad
mortẽ. Exclamauit autẽ voce
magna Susanna, ⁊ dixit. Deus
eterne, q abscõditorũ es cogni-
tor, qui nosti oĩa anteq̃ fiant: tu
scis qm̃ falsũ testimoniũ tule-
runt cõtra me: ⁊ ecce morior, cũ
nihil horũ fecerĩ, q̃ isti malitiose
cõposuerunt aduersũ me. Ex-
audiuit autem dñs vocem eius.
Cũmq; duceref ad mortẽ, susci
tauit dñs spiritũ sanctũ pueri
iunioris, cui nomẽ Daniel: ⁊ ex-
clamauit voce magna, ⁊ dixit.
Mund⁹ ego sũ à sanguine hu-
ius. Et conuersus oĩs ppl'us ad
eum, dixit. Quis est sermo iste
quẽ tu locutus es? Qui cum sta
ret in medio eorũ, ait. Sic, fatui fi
lij Israel, non iudicantes, neq;
qđ verũ est cognoscẽtes, con-
dẽnastis filiã Israel? Reuertimi
ni ad iudiciũ: q: falsũ testimo-
niũ locuti sunt aduersus eã. Re-
uersus est ergo populus cũ festi
natione. Et dixit ad eos Dani-
el. Separate eos ab inuicẽ pro-
cul: ⁊ diiudicabo eos. Cũ ergo
diuisi essent alter ab altero, voca
uit vnũ ex eis ⁊ dixit ad eũ. In-
ueterate dierũ malorũ, nunc ve
nerunt peccata tua, q̃ prius ope-
rabaris, iudicãs iudicia iniusta,
innocentes opprimens, ⁊ dimit
tens noxios, dicente dño: inno
centẽ ⁊ iustũ nõ interficies. Nũc
ergo si vidisti eã, dic sub quo ar
bore videris eos colloquentes
sibi. Qui ait. Sub cyno. Dixit
aũt Daniel. Rectè mentitus es
in caput tuũ. Ecce enim angelus
dñi, accepta sentẽtia ab eo, scin-
det te mediũ. Et amoto eo, ius-
sit venire aliũ, ⁊ dixit ei. Semen
Chanaã, ⁊ nõ Iuda: species de-
cepit te, ⁊ cõcupiscentia subuer-
tit cor tuũ. Sic faciebatis filiab⁹
Israel, ⁊ ille timentes loqueban
tur vobis. Sed non filia Iuda
sustinuit iniquitatẽ vestrã. Nũc
ergo dic mihi, sub qua arbore
cõprehenderis eos loquẽtes si-
bi? Qui ait. Sub pyno. Dixit
aũt ei Daniel. Rectè mentitus
es ⁊ tu in caput tuũ. Manet enĩ
angelus dñi gladiũ habens, vt
secet te mediũ: ⁊ interficiat vos.
Exclamauit itaq; omnis cetus
voce magna: ⁊ benedixerũt de
um, qui saluat sperãtes in se. Et
con-

ↄsurrexerũt aduersus duos se-
niores. (Cõuicerat enĩ eos Da
niel ex ore suo, falsũ dixisse te-
stimoniũ.) Fecerũtq; eis sicut
male egerãt aduersus p̃ximũ: ⁊
ĩterfecerũt eos. Et saluat⁹ est san
psal. guis innoxi⁹ ĩ die illa. Gra. Si
122. ambulẽ ĩ medio vmbre mortis,
non timebo mala: qm̃ tu mecũ
es dñe. ℣. Uirga tua, ⁊ baculus
tuus, ipsa me consolata sunt.
Seq sancti euãg. sm̃ Johannẽ.
ca. 8. IN illo tp̃e:
Perrexit Je-
sus in montẽ oliue
ti, ⁊ diluculo iterũ
venit in tẽplum. Et
oĩs popul⁹ venit ad
eũ: ⁊ sedẽs docebat
eos. Adducũt autẽ scribe ⁊ pha-
risei mulierẽ deprehẽsã in adul
terio: ⁊ statuerũt eã in medio: ⁊
dixerũt ei. Magister hec mulier
modo deprehẽsa est ĩ adulterio.
In lege autẽ Moyses mãdauit
nobis huiusmodi lapidare. Tu
ergo qd dicis? Hoc aũt dicebãt
tẽtantes eũ: vt possent accusare
eũ. Jesus autẽ inclinãs se deor-
sũ, digito scribebat in terra. Cũ
aũt perseuerãt interrogãtes eũ:
erexit se, ⁊ dixit eis. Qui sine pec
cato est vestrũ, primus in illam
lapidem mittat. Et iterum incli-
nans se, scribebat in terra. Au-
dientes autem hec, vnus post
vnum exibant, incipientes a se-
nioribus. Et remansit Jesus so-
lus, ⁊ mulier in medio stãs. Eri-

gens autem se Jesus, dixit ei:
Mulier vbi sunt q te accusabãt?
Nemo te cõdemnauit? Que di
xit. Nemo dñe. Dixit autẽ Je-
sus. Nec ego te ↄdemnabo. Ua
de, ⁊ iam amplius noli peccare.
Offert. Gressus meos dirige psal.
sm̃ eloquiũ tuũ: vt nõ dominet̃ 118.
mei omnis iustitia, dñe. Secre.
COncede, quesum⁹ omni-
potens deus: vt huius sa-
crificij munus oblatum, fragili-
tatem nostrã ab omni malo pur
get semper, ⁊ muniat. Per dñm.
Alie secrete, vt in dominica pre-
cedenti. Cõio. Nemo te con- Jo. 8
dẽnauit mulier? nemo dñe: nec
ego te condemnabo: iam am-
plius noli peccare. Postcõio.
QUesumus omnipotẽs de-
us: vt inter eius membra
numeremur, cui⁹ corpori com-
municamus, ⁊ sanguini. Qui te
cum viuit. Alie postcommunio
nes, vt in dominica precedenti.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo.
PRetende dñe fidelibus tu
is dexteram celestis auxi-
lij: vt te toto corde perquirant:
⁊ que digne postulant consequi
mereamur. Per dominum no.
¶ Dñica iiij. in Quadrag. Sta
tio ad sctã Crucẽ in Jerl'z. Int.
LEtare Jerusalem, Esa.
⁊ conuentum facite 66.
omnes qui diligitis
eam: gaudete cum
letitia quia in tristi-
tia

tia fuistis: vt exultetis, ⁊ satiemini ab vberibus consolationis vestrę. Ps. Letatus sum in his, q̄ dicta sunt mihi: in domū dn̄i ibimus. ℣. Glia. Orem⁹.

psal. 121.

Concede, quęsum⁹ omnipotēs deus: vt, qui ex merito nostrę actionis affligimur, tuę gratię consolatione respiremus. Per dn̄m. Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, q̄s dn̄e, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedēte beata ⁊ gloriosa semperq̄ʒ virgine dei genitrice Maria cū beatis apostolis tuis Petro, ⁊ Paulo, atqʒ beato N. ⁊ oībus sanctis, salutē nobis tribue benignus ⁊ paceʒ: vt destructis aduersitatib⁹ ⁊ erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui viuoꝝ dn̄aris simul ⁊ mortuoꝝ, oīumqʒ misereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros esse pręnoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosqʒ vel pręsens seculū adhuc in carne retinet, vel futurū iaʒ exutos corpore suscepit: intercedētibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuę clementia, omniū delictoꝝ suorum veniam consequantur. Per do. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galatas.

ca. 4. Fratres: Scriptuʒ est, q̄m Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, ⁊ vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundū carnem natus est: qui auteʒ de libera, p repromissioneʒ: quę sunt per allegoriam dicta. Hęc enim sunt duo testamenta. Unuʒ quidem in monte Sina, in seruitutem generans: quę est Agar. (Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, q̄ nunc est Jerusalē) ⁊ seruit cum filijs suis. Illa auteʒ quę sursuʒ est Jerusalem, libera est: quę est mater nostra. Scriptuʒ est eniʒ. Letare sterilis, quę non paris: erumpe ⁊ clama, quę non parturis: q2 multi filij desertę, magis quāʒ eius quę habet virū. Nos aūt fratres ſm Isaac promissionis filij sumus. Sed q̄ūo tūc is, qui ſm carneʒ natus fuerat, persequebatur eum qui ſm spiritū: ita ⁊ nūc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam, ⁊ filium eius. Non enim erit hęres filius ancillę cum filio liberę. Itaque fratres non sumus ancillę filij, sed liberę: qua libertate Christus nos liberauit. Grad. Letatus ps. 121.
sum in his, quę dicta sunt mihi: in domum dn̄i ibim⁹. ℣. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundātia in turribus tuis. Tract⁹. Qui ps. 124.
confidunt in domino, sicut mōs Sion: non cōmouebitur in ęternum: qui habitat in Jerusalem. ℣. Montes in circuitu eius, ⁊ dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc ⁊ vsque in seculum.

Seque.

Seq. sancti euang. sm Johãnẽ.

ca. 6. 

In illo tpe: Abijt Jesus trãs mare Galilee, qd est Tyberiadis: & sequebat eũ multitudo magna qr videbãt signa, q̃ faciebat sup his, q infirmabant. Subijt ergo in mõtez Jesus: & ibi sedebat cũ discipulis suis. Erat aũt primũ pascha, dies fest⁹ Judeorũ. Cũ subleuasset ergo oculos Jesus: & vidisset qr multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippũ. Unde emem⁹ panes, vt mãducent hi? Hoc aũt dicebat tentãs euz. Ipse eniz sciebat qd esset facturus. Rñdit ei Philippus. Ducentoꝝ denarioꝝ panes nõ sufficiũt eis: vt vnusquisque modicũ qd accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis ei⁹, Andreas frater Simonis petri. Est puer vnus hic, q habet quinqz panes hordeaceos, & duos pisces: sed hec qd sunt inter tãtos? Dicit ergo Jesus. Facite homines discũbere. Erat aũt fenũ multũ in loco. Discubuerũt ergo viri numero q̃si qnqz milia. Accepit ergo Jesus panes: & cũ gratias egisset, distribuit discũbentib⁹. Similiter & ex piscibus quantũ volebãt. Ut autẽ impleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite que superauerũt fragmẽta, ne pereat. Collegerũt ergo, & impleuerũt duodecim cophinos fragmẽtoꝝ, ex qnqz panibus hordeaceis, que supfuerunt his q manducauerant. Illi ergo hoĩes cuz vidissent quod fecerat Jesus signuz, dicebãt. Qr hic est vere pphe ta, qui venturus est in munduz. Jesus ergo cũ cognouisset qr vẽturi essent, vt raperent eũ, & facerent euz regẽ, fugit iterũ in mõtem ipse solus. Et dr̃. Credo.

Offert. Laudate dñm, qr benignus est: psallite nomini eius, qm̃ suaue est: oĩa quecũqz voluit fecit, in celo & in terra. psal. 138.

Secr. Sacrificijs presentibus dñe, q̃s, intende placatus: vt et deuotioni nostre proficiant, et saluti. Per dñm. Alie secrete.

Exaudi nos de⁹ salutaris noster: vt per hui⁹ sacramẽti virtutẽ, a cũctis nos mẽtis & corporis hostib⁹ tuearis, grãm tribuẽs in p̃senti, & gloriã i futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electoruz in superna felicitate locãdus, tribue quesumus: vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorũ, quos in oratione cõmẽdatos suscepimus, & nomina omniuz fideliuz, beate predestinationis liber ascripta retineat. Per do.

Cõio. Jerusalem, que edificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsuz: illuc enim ascenderũt tribus, tribus dñi, ad cõfitẽdũ nomini tuo dñe. psal. 121.

Postcõ. Da nobis quesumus misericors deus: vt sancta tua, quibus

bus incessanter explemur, syncéris tractemus obsequijs, & fideli semp mente sumam⁹. Per dñm. Alię postcommuniones.

Mundet, & muniat nos, q̃s dñe, diuini sacramēti mun⁹ oblatū: & ītercedēte btā virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq3 btō N. & oīb⁹ sctis: à cūctis nos reddat, & puersitatib⁹ expiatos, & aduersitatibus expeditos.

Purificēt nos, q̃s oēs & misericors deus, sacramenta q̃ sumpsimus: & intercedentib⁹ oībus sanctis tuis, pręsta: vt hoc tuū sacramentū nō sit nobis reatus ad penā, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scélerū, sit fortitudo fragilium, sit cō tra oīa mūdi pericula firmamētū, sit viuorū atq3 mortuorꝝ fideliū remissio oīu3 delictorꝝ. Per.

¶ Feria ij. Statio ad Sanctos quatuor Coronatos. Introit.

psal. 53.



Eus in nomine tuo saluū me fac, & in virtute tua libera me: de⁹ exaudi orationem meā psal's. Auribus percipe verba oris mei. ℣. Gloria patri, & filio. &c. Oratio.

Pręsta, q̃s, oēs de⁹: vt observationes sacras annua deuotióne recolentes, & corpore tibi placeamus, & mēte. Per.

Alię orationes, vt in Dominica pręcedenti. Lectio libri Regū.

In diebus illis. Venérunt duę mulieres meretrices ad regē Salamonē: stetérūtq3 corā eo. Quarum vna ait. Obsecro mi dñe, ego, & mulier hęc habitabám⁹ in domo vna: & péperi apud eā ī cubiculo. Tertia verò die postquam ego péperi, péperit & hęc. Et erám⁹ simul, nullúsque alius in domo nobiscū. exceptis nobis duab⁹. Mortuus est autē filius mulieris huius nocte. Dormiēs quippe oppressit eum. Et consurgēs intempestę noctis silentio, tulit filiū meu3 de látere meo ancillę tuę dormiētis, & collocauit in sinu suo: suum autem filiū, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cūq3 surrexissem mane, vt darē lac filio meo: apparuit mortu⁹. Quē diligentius intuēs clara luce, deprehēdi nō esse meū quē genúerā. Responditq3 altera mulier. Nō est ita: sed filius tu⁹ mortu⁹ est, meus autē viuit. Ecōtrario illa dicebat. Mētíris: fili⁹ quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. Atq3 in hunc modū cōtendebāt corā rege. Tūc rex ait. Hęc dicit: filius meus viuit, & filius tuus mortu⁹ est: & ista respōdet, non, sed filius tuus mortu⁹ est, & filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladiū. Cūque attulissent gladiū coram rege: diuidite, inquit, infante3 viuum

uuz in duas partes: ⁊ date dimi
diā partē vni, ⁊ dimidiā partem
3.c.3. alteri. Dixit autē mulier, cui⁹ fi-
lius erat viuus, ad regē. (Cōmo
ta sunt qppe viscera eius sup filio
suo.) Obsecro dñe, date illi in-
fantē viuum, ⁊ nolite interficere
eū. Ecōtrario illa dicebat. Nec
mihi, nec tibi: sed diuidat. Rñ-
dit rex, ⁊ ait. Date huic infantē
viuuz, ⁊ nō occidat: hęc est enim
mater eius. Audiuit itaqz om-
nis Israel iudiciū quod iudicas
set rex: ⁊ timuērūt regē, vidētes
sapiētiā dei esse in eo ad faciēdū
psal. 30 iudicium. Grad. Esto mihi in
deum protectorē, ⁊ in locū refu
gij: vt saluuz me facias. ℣. De⁹
in te speraui: dñe non cōfundar
psal. 102 in ęternum. Trac. Dñe nō ƀm
peccata nr̄a, quę fecimus nos,
neqz ƀm iniquitates nr̄as, retri-
psal. 78 buas nobis. ℣. Dñe, ne memi-
neris iniqtatuz nr̄aꝝ antiquaꝝ:
cito anticipent nos misericordię
tuę, q: pauperes facti sumus ni-
mis. ℣. Adiuua nos deus salu-
taris noster: ⁊ ꝓpter gl̄iam noīs
tui dñe libera nos, ⁊ ꝓpiti⁹ esto
peccatis nr̄is ꝓpter nomē tuuz.
Seq. sancti euāg. ƀm Joannez.

ca. 2.



In illo tēpo-
re: Prope e-
rat Pascha Judęo
rum, ⁊ ascendit Je-
sus Jerosolymam.
Et inuēnit in tēplo
vendentes oues, ⁊
boues, ⁊ columbas, ⁊ numula-
rios sedens. Et cū fecisset quasi
flagellum de funiculis, oēs eiē-
cit de templo, oues quoqz ⁊ bo
ues: ⁊ numulariorūz effūdit ęs,
⁊ mensas subuertit. Et his, qui
columbas vendebāt, dixit. Au-
ferte ista hinc: ⁊ nolite facere do
mum patris mei domum nego
tiationis. Recordati vero sunt
discipuli eius: quia scriptuz est:
zelus domus tuę comēdit me.
Respondērūt ergo Judęi: ⁊ di-
xērunt ei. Quod signum osten-
dis nobis: quia hęc facis? Rñdit
Jesus, ⁊ dixit eis. Soluite tēplū
hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo
illud. Dixērunt ergo Judęi.
Quadraginta ⁊ sex annis ędifi-
catū est templum hoc: ⁊ tu in tri-
bus diebus excitabis illud? Il-
le autem dicebat de tēplo corpo-
ris sui. Cum ergo resurrexisset à
mortuis, recordati sunt discipu-
li eius quia hoc dicebat de corpo-
re suo Et credidērūt scripturę ⁊
sermoni quē dixit Jesus. Cū au
tez esset Jerosolymis in pascha
in die festo, multi credidērūt in
noīe ei⁹, vidētes eius signa q̄ fa
ciebat. Ipse aūt Jesus nō crede-
bat semetipsum eis: eo qd ipse
nosset oēs: ⁊ qa opus ei nō erat,
vt qs testimoniū perhibēret de
hoīe. Ipse enim sciebat, qd esset
in hoīe. Off. Jubilate deo oīs psal. 99.
terra: ƀuite dño in lętitia: intrāte
in ↄspectu ei⁹ in exultatione: qa
dñs ipse est deus. Secreta.
Oblatum tibi domine sacri
ficium

ficium viuificet nos semper, ⁊ muniat. Per dominũ nostruz. Alię secretę, vt in dominica precedẽti. Coio.
psal. 18. Ab occultis meis munda me domine. ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Postcõmunio.
Sumptis domine salutaribus sacramentis, ad redẽptionis ęternę, quęsumus, proficiamus augmentũ. Per d. Alię postcõiones, vt i dñica precedẽti. Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo.
Deprecationem nostrã, q̃s, dñe benignus exaudi: ⁊ q̃bus supplicãdi p̃stas effectũ, tribue defensionis auxiliuz. Per.
¶ Feria iij. Statio ad sanctum Laurentiũ in Damaso. Introi.
psal 54

Exaudi deus orationẽ meam, ⁊ ne despexeris deprecationez meã: intẽde i me, ⁊ exaudi me. psal's. Cõtristatus suz in exercitatione mea: ⁊ cõturbat⁹ suz à voce inimici, ⁊ à tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.
Sacrę nobis, q̃s dñe, obseruatiõis ieiunia: ⁊ pię cõuersationis augmentũ, ⁊ tuę propitiationis continuũ pręstent auxiliũ. Per. Alię orõnes vt i dñica precedenti. Lectio libri Exodi.
c. 32. In dieb⁹ illis: Locutus est dñs ad Moysen, dicẽs. Descẽde de mõte: q̃r peccauit ppl's tuus, quẽ eduxisti de terra Aegypti. Recesserũt cito de via quaz ostẽdisti eis: feceruntq; sibi vitulũ cõflatilẽ, ⁊ adorauerũt, atq; imolãtes ei hostias dixerũt. Isti sunt dij tui Israel, q te eduxerũt d terra Aegypti. Rursúmq; ait dñs ad Moysen. Cerno q ppl's iste, durę ceruicis sit: dimitte me vt irascat̃ furor me⁹ cõtra eos, ⁊ deleã eos faciãq; te i gentẽ magnã. Moyses aũt orabat dñm deuz suũ, dicẽs. Cur dñe irascit̃ furor tuus cõtra populũ tuum: quẽ eduxisti de terra Aegypti i fortitudine magna, ⁊ i manu robusta? Ne, q̃so, dicant ęgyptij: callidè eduxit eos, vt iterficeret in mõtibus, ⁊ deleret de terra. Quiescat ira tua: ⁊ esto placabilis sup nequitia populi. Recordare Abraham, Isaac, ⁊ Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicẽs. Multiplicabo semen vestrũ sicut stellas cęli: ⁊ vniuersam terrã hanc, de qua locutus suz, dabo semini vestro: ⁊ possidebitis eã semper. Placatúsq; est dñs, ne faceret maluz, quod locutus fuerat aduersus populum suuz. Et misertus est populo suo dñs deus noster. Grad. Exurge domine psal 34. fer opez nobis: ⁊ libera nos propter nomen tuum. ℣. Deus auribus nostris audiuim⁹: patres nostri annunciauerũt nobis opus, quod operat⁹ es in diebus eorum,

eorum, et in diebus antiquis.
Seq. sancti euang. secundum Johanne.

ca. 7.


In illo tempore: Iam die festo mediante ascendit Jesus in templum, et docebat. Et mirabantur Judei, dicentes. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Respondit eis Jesus, et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Siquis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina, vtrum ex deo sit, an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit illum: hic verax est, et iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Respondit turba, et dixit. Demonium habes: quis te querit interficere? Respondit Jesus, et dixit eis. Unum opus feci: et omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem: non quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbatho circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbatho, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbatho? Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Jerosolymis. Nonne hic est quem querunt interficere? Ecce palam loquitur, et nihil ei dicunt. Numquid vero cognouerunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in templo Jesus, et dicens. Et me scitis, et vnde sim scitis: et a me ipso non veni: sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum: et si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, et ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere: et nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora eius. De turba autem, multi crediderunt in eum. Offert. Expectans expectaui dominum, et respexit me: et exaudiuit deprecationem meam: et immisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro. psal. 39.

Secreta.

Hec hostia, quesumus domine, emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per. Alie secrete vt in dominica precedenti. Comio. Letabimur in salutari tuo: et in nomine Dei nostri magnificabimur. psal. 19.

Postc.

Huius nos Domine perceptio sacramenti mundet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per dominum. Alie postcomiones, vt in dominica precedenti.

Super populum. Oremus, Humiliate capita vestra Deo.

Miserere Domine populo tuo: et continuis tribulationibus

tionibus laborantem, propitius respirare cócede. Per dominũ.

¶ Feria iiij. Statio ad Sanctũ Paulum. Introitus.

ezec. 36.

Um sanctificat⁹ fuero in vobis, cógregabo vos de vniuersis terris: ⁊ effundã super vos aquam mundam, ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris: ⁊ dabo vobis spiritum nouũ. psal's.
psal. 33 Benedicam dominuz in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo. ℣. Glia. post Kyrie el. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui ⁊ iustis p̃mia meritorum, ⁊ peccatoribus p ieiuniuz veniã prebes: miserere supplicib⁹ tuis: vt reatus nostri confessio indulgentiã valeat pcipere delictorum. Per dñm.

Lectio Ezechielis prophete.

.36. HAec dicit dñs deus. Sãctificabo nomẽ meũ magnũ: vt sciãt gẽtes, q2 ego dñs. Cũ sanctificatus fuero in vobis coram eis: tollã quippe vos de gẽtib⁹: ⁊ cõgregabo vos de vniuersis terris: ⁊ adducam vos in terraz vestram. Et effundaz super vos aquam mundã: ⁊ mũdabimini ab omnibus inquinamentis vestris: ⁊ ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: ⁊ spirituz nouũ ponam in medio vestri. Et auferã cor lapideum de carne vestra: ⁊ dabo vobis cor carneum. Et spiritũ meũ ponã in medio vestri: ⁊ faciã vt in p̃ceptis meis ambuletis, ⁊ iudicia mea custodiatis, ⁊ operemini. Et habitabitis i terra quaz dedi patribus vestris: ⁊ eritis mihi in populũ, ⁊ ego ero vobis in deuz, dicit dñs ops.

Gra. Venite filij, audite me: ti psal. 33
morẽ dñi docebo vos. ℣. Accedite ad euz, ⁊ illuminamini: ⁊ facies vr̃e nõ confundent. Dic Dñs vo. sine Flecta. Oremus.

PResta, q̃s ops de⁹: vt quos ieiunia votiua castigãt, ipsa quoqz deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius celestia capiam⁹. Per d.

Alie orationes vt in dñica p̃ced.

Lectio Isaie prophete.

HAec dicit dominus. Laua ca. 1.
mini, mũdi estote, auferte maluz cogitationũ vestrarũ ab oculis meis. Quiescite agere puerse, discite benefacere. Querite iudiciũ, ⁊ subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduã. Et venite, ⁊ arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata vr̃a vt coccinũ: quasi nix dealbabuntur. Et, si fuerint rubra quasi vermicul⁹: velut lana alba erũt. Si volueritis, ⁊ audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs ops.

Grad. Beata gens, cuius dñs psal. 32
est deus eorũ: populus quẽ elegit

git dñs i hereditatē sibi. ℣. Uer
bo dñi celi firmati sūt: ꝛ spū oris
psal. 102 eius oīs virtꝰ eorū. Trac. Dñe,
nō ḃm peccata nostra, q̄ fecimus
nos: neqꝫ ḃꝫ iniquitates nostras
psal. 78 retribuas nobis. ℣. Dñe, ne me
mineris iniquitatū nostraꝝ anti
quarū: cito anticipēt nos miseri
cordie tue: qꝛ pauperes facti su
mus nimis. ℣. Adiuua nos deꝰ
salutaris nr̄: ꝛ ꝑꝑ gloriā nominis
tui dñe libera nos, ꝛ ꝓpitiꝰ esto
peccatis nostris ꝑꝑ nomē tuuꝫ.
Seq. sancti euang. ḃm Iohānē.
ca. 9.



In illo tēpo
re. Preteriēs
Jesus, vidit homi
nem cecū à natiuita
te. Et interrogauē
rūt eū discipuli eiꝰ.
Rabbi: quis pecca
uit, hic, aut parentes eius, vt ce
cus nasceretur? Respondit Je
sus. Neqꝫ hic peccauit, neqꝫ pa
rentes eius: sed vt manifestētur
opera Dei in illo. Me oportet
operari opera eius, q misit me
donec dies est. Uenit nox, quan
do nemo potest operari. Quan
diu in mundo sum lux suꝫ mun
di. Hec cū dixisset, ēxpuit in ter
ram, ꝛ fecit lutuꝫ ex sputo: ꝛ lini
uit lutuꝫ super óculos eius, ꝛ di
xit ei. Uade, laua i natatória Si
loe, quod interpretatur missus.
Abijt ergo, ꝛ lauit: ꝛ venit vi
dens. Itaque vicini, ꝛ qui vide
rant eū prius, qꝛ mendicus erat,
dicebant. Nonne hic est qui se
debat, ꝛ mendicabat? Alij dice
bant, qꝛ hic est: alij autē, ne qua
quā, sed similis eiꝰ est. Ille vero
dicebat, qꝛ ego sum. Dicebāt er
go ei. Quō aperti sūt tibi oculi?
Respōdit. Ille homo qui dicit
Jesus, lutū fecit: ꝛ vnxit óculos
meos, ꝛ dixit mihi. Uade ad na
tatoriā Siloe, ꝛ laua: et abij, ꝛ la
ui, ꝛ vidi. Dixērūt ergo ei. Ubi ē
ille? Ait. Nescio. Adducūt euꝫ
ad phariseos q cecꝰ fuerat. Erat
autē sabbathū qn̄ lutū fecit Je
sus, ꝛ apēruit óculos eiꝰ. Iterū
ergo interrogabant eū pharisei
quómodo vidisset. Ille autē di
xit eis. Lutū posuit mihi super
óculos, ꝛ laui: ꝛ video. Dicebāt
ergo ex phariseis quidaꝫ. Non
est hic homo à deo, q sabbathuꝫ
non custodit. Alij autē dicebāt.
Quomodo potest homo pecca
tor hec signa facere? Et scisma
erat inter eos. Dicunt ergo ceco
iterū. Tu qd dicis de eo qui apē
ruit óculos tuos? Ille aūt dixit:
quia propheta est. Nō credidē
runt ergo Judei de illo, quia ce
cus fuisset, ꝛ vidisset: donec voca
uērūt parētes eius qui viderat,
ꝛ interrogauērunt eos, dicētes:
Hic est filius vester, quē vos di
citis qꝛ cecꝰ natꝰ est? Quō ergo
nūc videt? Respōdērunt eis pa
rētes eius, ꝛ dixērūt. Scimus qꝛ
hic est filius nr̄, ꝛ qꝛ cecus natus
est: quō autem nūc videat, nesci
mus: aut quis eius apēruit ocu
los, nos nescimꝰ. Ipsuꝫ interro

gate: etatem habet: ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quia timebant Judeos. Jam enim conspirauerant Judei, vt siquis eum cõfiteretur Christũ, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatem habet, ipsum interrogate. Uocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus, et dixerunt ei. Da gloriã Deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est, nescio: vnũ scio, quia cũ cecus essem, modo video. Dixerũt ergo illi. Quid fecit tibi? Quõ aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam, et audistis: quid iterum vultis audire? Nunquid et vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, et dixerunt. Tu discipulus eius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moysi locutus est deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respõdit ille homo, et dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit: et aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores deus non audit: sed siquis cultor dei est, et voluntatẽ eius facit, hũc exaudit. A seculo non est auditum, quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo, nõ poterat facere quicquam. Responderunt, et dixerũt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt eũ foras. Audiuit autem Jesus, quia eiecerunt eum foras: et cum inuenisset eum, dixit ei. Tu credis in filium dei? Respondit ille, et dixit. Quis est domine, vt credam in eum? Dixit ei Jesus: Et vidisti eum, et qui loquitur tecũ, ipse est. At ille ait. Credo dñe. Hic genuflectitur. Et procidẽs adorauit eum. Offert. Benedicite gentes dominum deum nostrum, et obaudite vocem laudis eius: qui posuit animã meã ad vitam, et non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus, qui non amouit deprecationem meam: et misericordiam suam a me. psal. 65.

Secreta.

Supplices te rogamus omnipotẽs deus: vt his sacrificijs peccata nostra mundentur: quia tunc veram nobis tribuis et mentis et corporis sanitatem. Per dominum nostrum Jesum.

Alie sec. vt in dñica pced. Cõio.

Lutum fecit ex sputo dñs, et liniuit oculos meos: et abij, et laui, et vidi, et credidi deo. Jo. 9.

Postcõio.

Sacramenta, quã sumpsimus, dñe deus nr, et spiritualibus nos repleant alimẽtis, et corporalibus tueant auxilijs. Per d. Alie postcõmuniones vt i dñica pcedenti. Super ppl'm. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Pateant aures misericordie tue, domine, precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas: fac eos, que tibi sunt placita, postulare. Per.

Feria

xit ergo ad Eliã. Quid mihi, ꝛ tibi vir dei? Ingressus es ad me, vt rememorarent̃ iniquitates meę: ꝛ interficeres filiũ meũ? Et ait ad eã Elias. Da mihi filiũ tuũ. Tulitq̃ eũ de sinu illi⁹: ꝛ portauit in cęnaculũ vbi ipse manebat: ꝛ posuit sup lectulũ suũ, ꝛ clamauit ad dñz, ꝛ dixit. Dñe deus meus, etiámne viduã apud quã ego vtcũq̃ sustẽtor, afflixisti: vt interficeres filiũ eius? Et expãdit se, atq̃ mensus est super puerum tribus vicibus: clamauitq̃ ad dñz, ꝛ dixit. Dñe deus meus: reuertat̃ (obsecro) anima pueri huius in viscera eius. Exaudiuit autem dñs vocem Elię: ꝛ reuersa est anima pueri intra euz, ꝛ reuixit. Tulitq̃ Elias puerũ: ꝛ deposuit euz de cęnaculo in inferiorẽ domuz: ꝛ tradidit matri suę. Et ait illi. En viuit fili⁹ tu⁹. Dixitq̃ mulier ad Eliam. Nũc i isto cognoui, qm̃ vir dei es tu: ꝛ verbũ dñi, in ore tuo verũ est.

psal. 117. Grad. Bonuz est confidere in dño, quã confidere i homine. ℣. Bonuz est sperare in domino, quã sperare in principibus.

psal. 102. Trac. Dñe, nõ ẜm peccata nostra, q̃ fecimus nos: neq̃ ẜm iniq̃tates nr̃as retribuas nobis. ℣.

psal. 78. Dñe, ne memineris iniq̃tatũ nostrarũ antiquarũ: cito anticipẽt nos misericordię tuę: q꜡ pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriã nominis tui dñe libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuũ.

Seq. sancti euang. ẜm Johãnẽ.



In illo tẽpore: Erat q̃daz lãguẽs Lazarus à Bethánia, de castello Marię ꝛ Marthę sororum eius. ca. 11. (Maria aũt erat, q̃ vnxit dñm vnguento, ꝛ extersit pedes ei⁹ capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabat̃.) Miserunt ergo sorores eius ad euz dicẽtes. Dñe, ecce quẽ amas, infirmatur. Audiẽs autem Jesus, dixit eis. Infirmitas hęc nõ est ad mortẽ, sed pro gloria dei: vt glorificetur fili⁹ dei per eã. Diligebat aũt Jesus Marthã, ꝛ sororem eius Mariã, ꝛ Lazarũ. Ut ergo audiuit q꜡ infirmabat̃, tũc quidẽ mansit in eodẽ loco duobus diebus. Deinde post hęc dixit discipulis suis. Eamus in Judęam iterũ. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc quęrebãt te Judęi lapidare: ꝛ iterum vadis illuc? Respondit Jesus. Nõne duodecim horę sunt diei? Si q̃s ambulauerit in die, nõ offendit: q꜡ lucem huius mũdi videt. Si autem ambulauerit i nocte, offendit: q꜡ lux non est in eo. Hęc ait. Et post hęc dicit eis. Lazarus amicus nr̃ dormit: sed vado, vt à somno excitẽ eũ. Dixerũt ergo discipuli eius. Dñe, si dormit, saluus erit. Dixerat autẽ Jesus de

morte

morte eius: illi aūt putauerūt q
de dormitione sōni diceret. Tūc
ergo dixit eis Jesus manifeste.
Lazarus mortuus est: ⁊ gaudeo
propter vos, vt credatis, qm̄ nō
erā ibi. Sed eam⁹ ad euz. Dixit
ergo Thomas, qui dicit Didy-
mus, ad cōdiscipulos. Eamus ⁊
nos, ⁊ moriamur cū eo. Venit
itaqz Jesus: ⁊ inuenit eū quatuor
dies iā in monumēto habentē.
(Erat autē Bethania iuxta Je-
rosolymaz q̄si stadijs qndeciz.)
Multi aūt ex Judeis venerāt ad
Marthā ⁊ Mariā, vt cōsolaren
tur eas de fratre suo. Martha er
go vt audiuit q Jesus venit, oc
currit illi. Maria aūt domi sede
bat. Dixit ergo Martha ad Je
sum. Dn̄e si fuisses hic, frater me
us nō fuisset mortu⁹. Sed ⁊ nūc
scio, q quecunqz poposceris a
deo, dabit tibi de⁹. Dicit illi Je-
sus. Resurget frater tu⁹. Dicit
ei Martha. Scio q resurget in
resurrectione in nouissimo die.
Dicit ei Jesus. Ego sum resurre
ctio ⁊ vita. Qui credit i me: etiā
si mortu⁹ fuerit, viuet. Et ois q
viuit, ⁊ credit i me: nō morietur
in eternū. Credis hoc? Ait illi.
Utiqz dn̄e: ego credidi q tu es
Christus filius dei viui, q in hūc
mundū venisti. Et cū hec dixis-
set, abijt, ⁊ vocauit Mariam so-
rorem suā silentio, dicens. Ma
gister adest, ⁊ vocat te. Illa au-
tez, vt audiuit, surrexit cito, ⁊ ve
nit ad eū. Nōdū enim venerat
Jesus i castellū: sed erat adhuc i
loco illo, vbi occurrerat ei Mar
tha. Judei ergo, qui erant cū ea
in domo, ⁊ cōsolabātur eā, cū vi
dissent Mariā, q cito surrexit ⁊
exijt, secuti sunt eaz dicētes. Q
vadit ad monumentū, vt ploret
ibi. Maria ergo cū venisset vbi
erat Jesus: videns eū, cecidit ad
pedes eius, ⁊ dixit ei. Dn̄e si fuis
ses hic, non esset mortuus frater
me⁹. Jesus ergo vt vidit eā plo-
rantē, ⁊ Judeos, qui venerāt cū
ea, plorantes: infremuit spiritu,
⁊ turbauit semetipsum, ⁊ dixit.
Ubi posuistis eū? Dicūt ei Dn̄e,
veni ⁊ vide. Et lacrymat⁹ est Je
sus. Dixerunt ergo Judei. Ecce
qūo amabat euz. Quidā aūt ex
ipsis dixerūt. Non poterat hic,
qui aperuit oculos ceci nati, face
re, vt ⁊ hic nō moreretur? Jesus
ergo rursum fremens in semeti
pso, venit ad monumētuz. Erat
autem spelunca: ⁊ lapis superpo
situs erat ei. Ait Jesus. Tollite
lapidem. Dicit ei Martha soror
eius qui mortuus fuerat. Domi
ne, iam fetet, quatriduan⁹ enim
est. Dicit ei Jesus. Nonne dixi
tibi, quoniā si credideris, vide-
bis gloriā dei? Tulerūt ergo la
pidē. Jesus aūt eleuatis oculis
sursuz dixit. Pater, gratias ago
tibi, quoniā audisti me. Ego au
tem sciebam quia semper me au
dis: sed propter populū qui cir-
cunstat, dixi: vt credant quia tu
me misisti. Hec cū dixisset, voce
magna

magna clamauit. Lázare, veni foras. Et statim pródijt qui fúerat mortuus, ligatus man⁹ ⁊ pedes institis: ⁊ facies illi⁹ sudario erat ligata. Dixit eis Jesus. Sóluite eu3, ⁊ sinite abire. Multi ergo ex Judęis, qui vénerant ad Mariam ⁊ Marthā, ⁊ víderant quę fecit Jesus, crediderūt i eū.

psal. 17. Offer. Populū humilē saluū facies domine: ⁊ oculos superborū humiliabis: quoniā quis deus pręter te domine? Secre.

Munera nos domine, quęsum⁹, oblata purificent: ⁊ te nobis iugiter faciāt esse placatū. Per d. Alię secretę, vt in Dominica pręcedenti.

Jo. 11. Cōio. Videns dn̄s flentes sorores Lazari ad monumentū, lacrymatus est corā Judęis, ⁊ exclamauit, Lázare veni foras: ⁊ ꝓdijt ligatis manibus ⁊ pedibus, qui fúerat quatriduanus mortuus. Postcō.

Hęc nos, quęsum⁹ domine, participatio sacramēti, ⁊ à proprijs reátibus indesinenter expédiat: ⁊ ab omnib⁹ tueatur aduersis. Per dominum n. Alię postcōiones, vt in dn̄ica p̄cedēti. Sup populū. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Da nobis, quęsumus, omnipotens deus: vt qui infirmitatis nostrę conscij de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus. Per.

¶ Sabbatho. Statio ad sanctū Nicolaum in carcere. Introit⁹.



Sitiētes venite ad aquas, dicit dn̄s: ⁊ q non habetis preciū, venite, ⁊ bibete cū lętitia. Isa. 55. Ps. Attendite pp̄le meus legem meā: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Fiat, quęsumus dn̄e, per gratiam tuam fructuosus nostrę deuotionis effectus: q2 tunc nobis próderunt suscepta ieiunia, si tuę sint plácita pietati. Per. Alię orationes vt in dn̄ica pręced. Lectio Isaię prophetę. c. 49.

Hęc dicit Dn̄s. In tēpore plácito exaudiui te: ⁊ i die salutis auxiliat⁹ sum tui. Et seruaui te: ⁊ dedi te in fędus populi: vt suscitares terram: ⁊ possidēres hęreditates dissipatas: vt diceres his q vincti sunt, exite: ⁊ his qui i tenebris sunt, reuelámini. Super vias pascentur: ⁊ in omnibus planis pascua eorū. Non esúrient, neq3 sitient: ⁊ non percútiet eos ęstus ⁊ sol: q2 miserator eorum reget eos: ⁊ ad fontes aquarum portabit eos. Et ponā omnes mōtes meos in viā: ⁊ sémite meę exaltabūtur. Ecce isti de longe véniēt: ⁊ ecce illi ab aquilone ⁊ mari: ⁊ isti de terra australi. Laudate cęli, ⁊ exulta terra, iubilate montes laudem: q2 consolatus est domin⁹ populū suum,

suum, ⁊ pauperum suorũ misere-
rebitur. Et dixit Sion. Dereli-
quit me dñs: ⁊ dominus oblit⁹
est mei. Nunquid obliuisci po-
test mulier infanté suũ, vt nõ mi
sereatur filio uteri sui? Et, si illa
oblita fuerit: ego tamen nõ obli
uiscar tui, dicit dñs omnipotẽs.
psal. 9. Grad. Tibi domine derelict⁹
est pauper: pupillo tu eris adiu-
tor. ℣. Ut quid domine recessi-
sti lõge, despicis in opportunita
tibus in tribulatione? dũ super
bit impius, incenditur pauper.
Seq. sancti euang. sm Johãnẽ.

ca. 8. 

In illo tẽpo-
re: Dicebat
Jesus turbis Ju-
deorum. Ego sum
lux mũdi. Qui seq-
tur me, non ambu-
lat in tenebris, sed
habebit lumẽ vitę. Dixerũt er-
go ei Pharisei. Tu de teipso te-
stimoniũ perhibes: testimoniũ
tuũ nõ est verũ. Respõdit Jesus,
⁊ dixit eis. Et si ego testimoniũ
perhibeo de meipso, verũ est te
stimoniũ meũ: q₂ scio vnde ve-
ni, ⁊ quo vado. Uos aũt nescitis
vñ venio, aut quo vado. Uos
sm carnẽ iudicatis: ego nõ iudi
co quẽquã. Et si ego iudico: iu-
diciũ meũ verũ est: q₂ solus nõ
sum, sed ego ⁊ q misit me pater.
Et in lege vestra scriptũ est: q₂
duorũ hominũ testimoniũ ve-
rũ est. Ego suz q testimoniũ pe-
rhibeo de meipso: ⁊ testimoniũ
perhibet de me, q misit me, pa-
ter. Dicebãt ergo ei. Ubi est pa-
ter tu⁹? Respõdit Jesus. Neq₃
me scitis: neq₃ patrẽ meum. Si
me sciretis: forsitan ⁊ patrẽ meũ
sciretis. Hec verba locutus est
Jesus in Gazophylacio, docẽs
in tẽplo. Et nemo apprehendit
eũ: q₂ nõdũ venerat hora eius.
Off. Factus est dñs firmamẽ- psal. 17.
tum meũ, ⁊ refugiuz meũ, ⁊ libe
rator meus: sperabo in eũ. Sec.
Oblationibus nostris, q̃s
dñe, placare susceptis, ⁊ ad
te nostras etiaz rebelles cõpelle
propitius voluntates. Per do.
Alię secretę vt in dñica pcedẽti.
Cõio. Dñs regit me, ⁊ nihil mi psal. 22.
hi deerit: in loco pascuę ibi me
collocauit: super aquã refectio-
nis educauit me. Postcõmun.
Tuas nos, q̃s dñe, sancta pu
rificent: ⁊ operationis suę
remedio tibi faciat eẽ placatos.
Per. Alię postcõiones vt in dñi
ca pcedẽti. Sup ppl'z. Orem⁹.
Humiliate capita vestra Deo.
Deus, q sperãtibus in te mi
sereri potius eligis, q̃z ira-
sci: da nobis digne flere mala, q̃
fecimus, vt tuę ɔsolationis gra-
tiã inuenire mereamur. Per d.
¶ Dñica de passione. Statio ad
sanctum Petrum. Introitus.



Iudica me de⁹, ⁊ di- psal. 42.
scerne causam meã
de gente nõ sancta:
ab homine iniquo,
⁊ doloso eripe me:
quia

quia tu es deus meus, & fortitu do mea. Ps. Emitte lucem tuã, & veritatẽ tuã: ipsa me deduxérunt, & adduxérunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Iudica. Nõ dicitur Gloria patri. ad introitū vsque ad pascha, nisi in missa de festo si occurrerit: sed finito psalmo, absolute repetitur. Introitus. Orõ.

Quęsumus omnipotẽs deus, familiam tuam propitius respice: vt te largiẽte regatur in corpore: & te seruante custodiatur in mente. Per dominũ nostrum. Ab hac die vsque ad feriam v. Cęnę domini, post orationem diei dicitur vel Contra persecutores ecclesię. Oratio.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominũ. Uel pro Papa Oratio.

Deus omniũ fidelium pastor & rector: famulũ tuũ N. quem pastorem ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius réspice: da ei, quęsumus, verbo & exemplo quibus pręest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum nostrũ. Tertia oratio non dicitur.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

ca. 9. Fratres: Christus assistens pontifex futurorũ bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factũ, idest non huius creationis: neque per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per propriũ sanguinẽ introiuit semel in Sãcta, ęterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulę aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum óbtulit immaculatũ deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendũ deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedente in redemptionẽ earum pręuaricationem, quę erãt sub priori testamento, repromissionẽ accipiant qui vocati sunt ęternę hęreditatis: In Christo Iesu domino nostro. Gradua.

Eripe me domine de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus psal. 142. psal. 17.
dñe de gẽtibus iracũdis: & ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me. Trac.

Sępe expugnauérũt me à iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Israel, sępe expugnauérunt me à iuuentute mea. ℣. Etenim non potuérunt mihi: supra dorsum meum fabricauérunt peccatores. ℣. Prolongauérũt iniquitates suas: dominus iustus concidet ceruices peccatorum. psal. 128.

Seq. sancti euãg. sm Johannẽ.

ca. 8. 

IN illo tpe: Dicebat Jesus turbis Judeorum & principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico: quare nõ creditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos nõ auditis: qr ex deo nõ estis. Respõderũt igit Judei, & dixerunt ei. Nõne bene dicimus nos, qr Samaritanus es tu, & demonium habes? Respondit Jesus. Ego demonium nõ habeo: sed honorifico patrẽ meũ, & vos inhonorastis me. Ego autẽ nõ quero gloriaz meã: est q qrat, & iudicet: Amen amen dico vobis: siquis sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ nõ videbit i eternũ. Dixerũt ergo Judei. Nunc cognouimus qr demoniũ habes. Abrahã mortuus est, & prophete: & tu dicis: siquis sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ nõ gustabit i eternũ. Nunqd tu maior es pre nostro Abrahã, q mortuus est? Et pphete mortui sunt. Quẽ teipsuz facis? Respondit Jesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pr meus qui glorificat me, quez vos dicitis qr deus vester est: & non cognouistis euz: ego autẽ noui eũ. Et, si dixero qr nõ scio eũ: ero similis vobis, mendax. Sed scio eũ, & sermonẽ eius seruo. Abrahã pr vester exultauit vt videret diẽ meuz: vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Judei ad eum. Quinquaginta annos nõdũ habes, & Abrahã vidisti? Dixit eis Jesus. Amen amẽ dico vobis: antequã Abrahã fieret, ego sum. Tulerũt ergo lapides, vt iacerent in eũ. Jesus aũt abscondit se: & exiuit de templo.

Dr Credo. Offerto. Confitebor tibi dñe in toto corde meo: retribue seruo tuo, vt viuã, & custodiã sermones tuos: viuifica me sm verbũ tuũ dñe. psal. 118.

Secreta.

HEc munera, qs dñe, & vincula nre prauitatis absoluãt, & tue nobis mĩsericordie dõa pciliẽt. Per do. Altera secreta, vel cõtra persecutores Ecclesie.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulemur, & mẽte. Per dominum no. Vel pro Papa.

OBlatis, qs dñe placare muneribus: & famulũ tuũ N. quẽ pastorẽ ecclesie tue preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per domi. Prefatio de Cruce. Qui salutẽ humani generis. f. 116. & 122. q dr quotidie vsqz ad feria v. in cena dñi inclusiue. Cõio. Hoc corpus, qd pro vobis tradet, hic calix noui testi est i meo sãguine, dicit dñs: hoc facite, quotiescũqz sumitis, i meã cõmemorationẽ. 1. co. 11. Postcõ.

ADesto nobis domine deus noster:

noster: et quos tuis mysterijs recreasti, perpetuis defende subsidijs. Per do. Altera oro, vel cotra persecutores ecclesie.

Quesumus dne deus nr: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis no sinas subiacere periculis. Per dominum no. Vel pro Papa.

Haec nos, qs domine, diuini sacrameti perceptio protegat: et famulum tuum N. quem pastorem ecclesie tue esse voluisti, vna cum commisso sibi grege saluet semper, et muniat. Per do.

¶ Feria ij. Statio ad Sanctum Chrysogonum. Introitus.



psal. 55. Miserere mihi dne, qm conculcauit me homo: tota die bellas tribulauit me. Ps. Coculcauerut me inimici mei tota die: qm multi bellantes aduersum me. Miserere mihi domine. Oremus.

Sanctifica, qs dne, nostra ieiunia: et cunctarum nobis indulgetiam propitius largire culparum. Per do. postea Ecclesie tue. vel Deus omnium fide. vt supra in dominica passionis.

Lectio Jone prophete.

ca. 3. In diebus illis. Factum est verbu domini ad Jonam propheta secundo dicens. Surge, et vade in Niniue ciuitatem magnam. et predica in ea predicationem: quam ego loquor ad te. Et surrexit Jonas, et abijt in Niniue iuxta verbum domini: et Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cepit Jonas introire ciuitate itinere diei vnius: et clamauit, et dixit. Adhuc quadraginta dies, et Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuite in dominum: et predicauerunt ieiunium: et vestiti sunt saccis a maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue. Et surrexit de solio suo: et abiecit vestimentum suum a se: et indutus est sacco: et sedit in cinere. Et clamauit, et dixit in Niniue in ore regis et principum eius, dicens. Homines, et iumenta, et boues, et pecora non gustent quicqua: nec pascantur, et aquam no bibant. Et operiantur saccis homines et iumenta: et clament ad dnm in fortitudine. Et conuertatur vir a via sua mala, et ab iniquitate q est in manibus eoru. Quis scit, si conuertatur, et ignoscat deus: et reuertatur a furore ire sue, et no peribimus? Et vidit deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: et misertus est populo suo dominus deus nr. Gradua. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. psal. 53. ℣. Deus in noie tuo saluu me fac: et in virtute tua libera me. Trac.

psal. 102. Domine, no secudum peccata

nostra, quę fécimus nos, neque secundū iniquitates nostras, re
psal. 78. tribuas nobis. ℣. Dn̄e, ne meminéris iniquitatum nostraruz antiquarū: citò anticipent nos misericordię tuę, q2 pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, 7 propter gloriam nominis tui domine libera nos, 7 propitius esto peccatis nostris propter nomē tuuz.

Seq. sancti euāg. sc̄m Johannē.

ca. 7. 

IN illo tēpore: Misérunt príncipes 7 pharisęi ministros: vt apprehénderent Jesum. Dixit ergo eis Jesus. Adhuc módicū tēpus vobiscū sum: 7 vado ad euz qui misit me. Quęrétis me, 7 non inuenietis: 7 vbi sum ego, vos nō potestis venire. Dixerunt ergo Judęi ad semetipsos. Quò hic iturus est, q2 nō inueniem⁹ eū? Nūquid in dispersionē gētiū iturus est, 7 doctur⁹ gētes? Quis est hic sermo quē dixit: q̄rētis me, 7 nō iuenietis: 7 vbi ego sū, vos nō potestis venire? In nouissimo autez die magno, festiuitatis, stabat Jesus: 7 clamabat, dicēs. Siquis sitit, veniat ad me, 7 bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vētre eius fluent aquę viuę. Hoc aūt dixit de spū, quē acceptūri erant credentes in eum.

psal. 6. Offer. Dn̄e conuertere, 7 éripe animā meā: saluū me fac propter misericordiā tuā. Secreta.

COncede nobis dn̄e deus noster: vt hęc hostia salutaris, 7 nostrorum fiat purgatio delictorū, 7 tuę propitiatio maiestatis. Per dominuz. vel Protege. vel Oblatis. Commu-

psal. 23. nio. Dominus virtutum ipse est rex glorię. Post cōmunio.

SAcramēti tui, q̄s dn̄e, participatio salutaris, 7 purificationē nobis tribuat, 7 medélaz. Per d. vel Quęsumus do. vel Nęc nos. Suppplc̄m. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo.

DA, quęsumus dn̄e, populo tuo salutez mētis, 7 corporis: vt bonis operibus inhęrendo, tua semper mereatur protectione defendi. Per dominuz.

¶ Feria iij. Statio ad sanctum Cyriacum. Introitus.

psal. 26. 

Xpecta dn̄m, viriliter age: 7 confortetur cor tuuz, 7 sustine dominū. Psal. Dominus illuminatio mea 7 salus mea: quez timebo? Expecta dn̄m, viriliter. Oremus.

NOstra tibi, quęsumus dn̄e, sint accepta ieiunia: q̄ nos, 7 expiando, gratia tua dignos efficiant: 7 ad remédia perducant ęterna. Per do. vel Ecclesię tuę. vel Deus omniū fi.

Lectio Danielis prophete.

c.14. In dieb⁹ illis: Congregati sunt Babylonij ad regē & dixérunt ei. Trade nobis Daniélem, qui Bel destruxit, & draconem interfecit: alioquin interficiemus te, & domū tuam. Vidit ergo rex quòd irruerēt in eū vehementer: & necessitate compulsus tradidit eis Daniélem. Qui miserunt euz in lacum leonū: & erat ibi sex diebus. Porrò in lacu erāt leones septem, & dabantur eis quotidie duo corpora, & due oues: & tūc nō data sunt eis, vt deuorárēt Daniélē. Erat autē Habacuc propheta in Judea, & ipse cóxerat pulmentuz, & ītriuerat panes ī alueólo: & ibat in campū, vt ferret messoribus. Dixitqz angelus dñi ad Habacuc. Fer prandiū, quod habes, Daniéli in Babylonez, qui est ī lacu leonū. Et dixit Habacuc. Domine, Babylonē nō vidi: & lacū nescio. Et apprehendit euz angelus domini ī vértice eius, & portauit eum capillo capitis sui: posuitqz eum in Babylonē super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens. Daniel serue dei, tolle prandiū quod misit tibi deus. Et ait Daniel. Recordatus es mei domine deus meus: & nō dereliquisti diligētes te. Surgēsqz Daniel comédit. Porrò angelus domini restituit Habacuc confestim in locuz suū. Venit ergo rex die septimo, vt lugéret Daniélem: & venit ad lacum, & introspexit. Et ecce Dániel sedens in medio leonum. Et exclamauit rex voce magna, dicens. Magnus es domine deus Danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos autem qui perditionis eius causa fúerant intromisit in lacū: & deuorati sunt in momēto corā eo. Tūc rex ait. Páueant oēs habitantes in vniuersa terra deū Daniélis: q₂ ipse est saluator, faciens signa & mirabilia in celo, & ī terra: qui liberauit Daniélē d lacu leonū.

Grad. Discerne causam meaz dñe: ab homine iniquo: & doloso eripe me. ℣. Emitte lucē tuaz & veritatē tuā: ipsa me d̄duxerūt, & adduxérūt in mōtē scm̄ tuuz. psal. 42.

Seq. sancti euang. sm̄ Joannē.



In illo tēpore: Ambulabat Jesus in Galileā. Nō eniz volebat ī Judeā ambulare: q₂ querebant eū Judei īterficere. ca 7. Erat autē ī proximo dies festus Judeoruz, scenophégia. Dixérūt aūt ad eū fratres eius. Trāsi hinc, & vade ī Judeaz: vt & discipuli tui videāt opera tua q̄ facis. Nemo quippe in occulto quicquam facit, & querit ipse palam esse. Si hec facis, manifestate ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Jesus. Tēpus meū non-

nondum aduenit: tempus autē vestruz semper est paratuz. Nō potest mundus odisse vos. Me autem odit: q2 ego testimoniuz perhibeo de illo, quia opera ei9 mala sunt. Vos ascendite ad diē festum hunc. Ego autē nō ascendam ad diem festuz istuz: q2 tēpus meū nonduz impletuz est. Hęc cum dixisset, ipse mansit in Galilęa. Ut autem ascenderūt fratres eius, tunc 7 ipse ascendit ad diem festū, nō manifestè, sed quasi i occulto. Iudęi ergo quęrebāt eū in die festo, 7 dicebant. Ubi est ille? Et murmur multū erat de eo in turba. Quidā eniz dicebāt, qa bonus est. Alij autē dicebāt, non: sed seducit turbas. Nemo tamē palā loquebat̄ de illo, ppter metuz Iudęoꝝ. Offer. Sperent in te oēs, q nouērunt nomen tuum dn̄e: quoniā
psal. 9. non derelinquis quęrentes te: psallite domino qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationes pauperum. Secreta.

Hostias tibi domine deferimus immolandas: quę temporalem consolationem significent: vt promissa non desperemus ęterna. Per dn̄z. vel
psal. 9. Protege nos. vel Oblatis. Coio Redime me, de9 Israel, ex oībus angustijs meis. Postc.

Da, q̄s, oп̄s deus: vt quę diuina sunt, iugiter exequētes, donis mereamur cęlestibus ppinquare. Per. vl' Quęsum9 dn̄e. vel Hęc nos, quęsumus. Super populum, vel Orem9. Humiliate capita vestra Deo.

Da nobis, q̄s dn̄e, perseuerantē in tua voluntate famulātuz: vt in diebus nostris, 7 merito 7 numero, populus tibi seruiens augeatur. Per domi.

¶ Feria quarta. Statio ad sanctum Marcellum. Introitus.



Liberator meus de gentibus iracundis: ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me dn̄e. Ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentū meum, 7 refugiuz meum, 7 liberator me9. Liberator meus de gētibus. Oratio. psal. 17.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fidelium miserator illustra: 7 quib9 deuotionis pręstas affectū, prębe supplicantibus pium benignus auditum. Per dominū. vel Ecclesię tuę. vel Deus omnium.

Lectio libri Leuitici. ca. 19

In diebus illis: Locutus est dominus ad Moysen dicens. Loquere ad vniuersuz cętum filiorū Israel, 7 dices ad eos. Ego dominus de9 vester. Non facietis furtum. Non mētiemini, nec decipiet vnusquisque proximuz suuz. Non periurabis

iurabis in nomine meo, nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calúmniā proximo tuo: nec vi ópprimes euz. Non morábitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. Non maledices surdo, nec coram cęco pones offendiculum: sed timebis dominum deū tuum, quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est: nec iniustè iudicabis. Non consideres personaz páuperis: nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminátor, nec susúrro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dominus. Non óderis fratrē tuū, in corde tuo: sed publicè argue euz, ne habeas sup illo peccatū. Non quęras vltionem, nec memoreris iniurię ciuium tuoruz. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego enim sum dominus deus vester. Grad.

psal. 29. Exaltabo te dn̄e, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Domine deus meus clamaui ad te, ⁊ sanasti me: dn̄e abstraxisti ab inferis animā meam: saluasti me à descendentibus in lacū. Tract.

psal. 102. Domine, nō secundū peccata nostra, quę fecimus nos: ne que secūdum iniquitates nostras retribuas nobis.

psal. 78. ℣. Domine ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarum: cito anticipēt nos misericordię tuę: q͛ páuperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriā nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Seq. sancti euāg. sm̄ Iohānē.



In illo tēpore: Facta sunt Encęnia i Ierosolymis: ⁊ hyems erat. Et ambulabat Iesus i templo, in porticu Salomonis. C. 10. Circundederūt ergo eū Iudęi, ⁊ dicebāt ei. Quoúsqz animā nostrā tollis? Si tu es Chr̄s, dic nobis palam. Respondit eis Iesus. Loquor vobis: ⁊ nō creditis. Opera q̄ ego facio i nomine patris mei, hęc testimoniū p̄hibēt de me. Sed vos nō créditis, q͛ non estis ex ouibus meis. Oues meę vocē meā audiunt: ⁊ ego cognosco eas, ⁊ sequūt me: ⁊ ego vitā ęternā do eis: ⁊ nō peribunt in ęternum, ⁊ non rápiet eas quisquam de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est: ⁊ nemo potest rápere de manu patris mei. Ego ⁊ pater vnū sumus. Sustulérūt ergo lapides Iudęi, vt lapidarēt eū. Respōdit eis Iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eoruz opus me lapidátis? Respōdérūt ei Iudęi. De bono opere non lapida-

pidamus te, sed de blasphemia: et quia tu homo cum sis, facis teipsum deum. Respōdit eis Jesus. Nōne scriptū est in lege vestra: ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, et nō potest solui scriptura: quem pater sanctificauit et misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi: Si aūt facio: etsi mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis et credatis, quia in me est pater, et ego in patre. Offertorium.

psal. 58. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me domine. Secreta.

Annue nobis misericors deus: vt hostias placationis et laudis syncero tibi deferamus obsequio. Per dominum nost. Protege nos. vel Oblatis.

psal. 25. Cōio. Lauabo inter innocentes manus meas, et circundabo altare tuum domine: vt audiam vocem laudis tue, et enarrem vniuersa mirabilia tua. Postcōmu.

Celestis doni benedictione pcepta: supplices te deus omnipotēs deprecamur: vt hoc idem nobis et sacramenti causa sit, et salutis. Per do. vel Quesumus dn̄e. vel Hec nos, quesumus. Super populū. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges, consuete misericordie tribue benignus effectū. Per.

Feria v. Statio ad sanctum Apollinarem. Introitus.



Omnia q̄ fecisti nobis domine, in vero iudicio fecisti: qa peccauimus tibi, et mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo, et fac nobiscū secundum multitudinē misericordie tue. psal. dan. 3.

psal. 118. Beati immaculati i via: qui ambulant in lege domini. Omnia que fecisti nobis. Oremus.

Presta quesumus omnipotens deus: vt dignitas conditionis humane p immoderātiam sauciata, medicinalis parsimonie studio reformetur. Per dominum nostrum. vel Ecclesie tue. vel Deus omnium fide.

Lectio Danielis prophete.

In diebus illis: Orauit Daniel ad dn̄m dicens. Domine deus noster, ne quesumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum: et ne dissipes testamentum tuum: neque aufe ras misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, et Isaac seruū tuum, et Israel sanctum tuum: quibus locutus es: pollicens q multiplicares semen eorum sicut stellas celi, et ca. 3.

sicut

sicut arenã, quę est in littore maris. Quia dñe imminuti sumus plus quam omnes gentes: sumus quę humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps, & propheta, & dux, neque holocaustum, neque sacrificiũ neque oblatio, neque incensũ, neque locus primitiarum corã te, vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde: & timemus te: & querimus faciem tuam. Ne confundas nos: sed fac nobiscũ iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordię tuę. Et erue nos in mirabilibus tuis: & da gloriam nomini tuo domine. Et cõfundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala: confundãtur in omnipotentia tua: & robur eorum cõteratur. Et sciant, quia tu es dominus deus solus, & gloriosus super omnem terram, dñe deus

psal. noster. Grad. Tollite hostias,
9. & introite in atria eius: adorate
psal. dñm in aula sancta eius. ℣ Re-
28. uelabit dñs condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

Seq. sancti euang. sm Lucam. ca 7



In illo tẽpore: Rogabat Jesum qdam phariseus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domũ pharisei, discubuit. Et ecce mulier, quę erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Jesus accubuit in domo pharisei, attulit alabastrũ vnguẽti: & stãs retro secus pedes eius, lacrymis cępit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. Uidens autẽ phariseus, qui vocauerat eũ, ait intra se, dicens. Hic si esset propheta, sciret vtique quę & qualis esset mulier, quę tãgit eũ: quia peccatrix est. Et respondens Jesus dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fęneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Nõ habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eũ plus diligit? Respondens Simon dixit. Aestimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierẽ, dixit Simoni. Uides hanc mulierẽ? Jntraui in domum tuam: aquã pedibus meis nõ dedisti: hęc autẽ lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi

hi nō dedisti: hęc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū nō vnxisti: hęc autem vnguēto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittūtur ei peccata multa, quoniam dilexit multū. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cępērūt qui simul accumbēbant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiā peccata dimittit? Dixit autē ad mulierē. Fides tua te saluā fecit: vade in pace. Offerto.

psal. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus: dū recordaremur tui Sion. Secre.

Domine deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostrę subsidiū condidisti, tuo quoque nomini munera iussisti dicāda cōstitui, tribue quęsumus: vt & vitę nobis p̄sentis auxiliū, & ęternitatis efficiāt sacramentū. Per. Protege. vel Oblatis. Cōmunio.

psal. 118. Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hęc me consolata est in humilitate mea. Postcommunio.

Quod ore sumpsimus domine pura mēte capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternū. Per dominum nostrū. Quęsumus domine. vel Hęc nos, quęsumus. Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

Esto, quęsumus domine, ꝓpitius plebi tuę: vt quę tibi non placent, respuentes, tuorum repleātur delectationibus mandatorū. Per dominū no.

¶ Feria vj. Statio ad sanctum Stephanū in Cęlio mōte. Intr.



Miserere mei dn̄e, quoniā tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorū meorum: & à persequētibus me: dn̄e nō confundar, quoniā inuocaui te. psal. 30. Ps. In te dn̄e speraui: nō confundar in ęternū, in iustitia tua libera me. Miserere mei dn̄e. Oremus.

Cordibus nostris, quęsumus dn̄e, gratiam tuā benignus infunde: vt peccata nostra castigatione volūtaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quā suppliciis deputemur ęternis. Per. Ecclesię tuę. vel Deus omnium fidelium.

Lectio Jeremię prophetę.

In diebus illis: dixit Jeremias. Dn̄e omnes qui te derelinquunt, confundentur: c. 17. recedentes à te in terra scribentur: quoniam dereliquērunt venam aquarum viuentiū dominum. Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniā laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbū dn̄i?

domini? Veniat. Et ego nõ suz turbatus, te pastorem sequens: ⁊ diem hominis nõ desideraui, tu scis. Quod egressuz est de labijs meis, rectum in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequũtur, ⁊ nõ confundar ego: paueant illi, ⁊ non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: ⁊ duplici cõtritione contere eos, dñe deus noster. Gradua.

psal. 34. Pacificè loquebantur mihi inimici mei: ⁊ in ira molesti erãt mihi. ℣. Vidisti dñe: ne sileas: ne discedas à me. Trac.

psal. 210. Dñe, non secunduz peccata nostra, quę fecimus nos: neque secunduz iniquitates nostras retribuas nobis.

psal. 78. ℣. Domine, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordię tuę: q2 pauperes facti sumꝰ nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriaz nominis tui dñe libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Seq. sancti euãg. ẜm Johãnẽ.

ca. 11 

In illo tẽpore: Collegẽrũt põtifices ⁊ pharisei conciliũ aduersus Jesũ: ⁊ dicebãt. Quid facimus, q2 hic homo multa signa facit? Si dimittimꝰ euz sic: omnes credent in eum. Et veniẽt Romani, ⁊ tollẽt nostrũ locũ, ⁊ gentem. Unus autez ex ipsis, Caiphas nomine, cũ esset põtifex anni illius, dixit eis. Vos nescitis quicquã: nec cogitatis: quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo ꝓ populo: ⁊ nõ tota gens pereat. Hoc aũt à semet ipso non dixit: sed cũ esset põtifex anni illiꝰ, prophetauit, q2 Jesus moriturꝰ erat pro gẽte: ⁊ nõ tantũ pro gente: sed vt filios dei, q erant dispersi, congregaret in vnũ. Ab illo ergo die cogitauẽrũt: vt interficerent eum. Jesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Judęos: sed abijt in regionem iuxta desertuz, in ciuitatem quę dicitur Ephrem: ⁊ ibi morabatur cum discipulis suis. Offert. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: ⁊ non tradas calumniantibꝰ me superbis: ⁊ respondebo exprobrantibus mihi verbũ. Secret. Presta nobis misericors deus: vt dignè tuis seruire sẽper altaribus mereamur, ⁊ eoꝝ perpetua participatiõe saluari. Per d. Protege. vel Oblatis. Cõio. Ne tradideris me dñe i animas ꝑsequentiũ me: qm̃ insurrexerũt in me testes iniqui: ⁊ mẽtita est iniqtas sibi. Postcõ. Sumpti sacrificij dñe perpetua nos tuitio nõ d̃relinquat ⁊ noxia semꝑ à nobis cũcta depellat. Per. Quesumꝰ. vel Nec nos q̃s. Sup populũ. Oremꝰ.

Humi-

Humiliate capita vestra Deo.

Concede, quesumus omnipotens deus: vt, qui protectionis tue gratiam querimus, liberati à malis oibus, secura tibi mēte seruiamus. Per dñm.

¶ Sabbatho. Statio ad sanctū Johānē ante portā latinā. Int.

psal. 30.



Miserere mihi dñe, quoniā tribulor: libera me, et éripe me de manibus inimicorū meorum, et à persequentibus me: dñe non confundar, quoniam inuocaui te. ps. In te dñe speraui, non confundar in eternuz, in iustitia tua libera me. Miserere. Oremus.

Proficiat, q̄s dñe, plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tue fit gratior, tāto donis potioribus augeatur: Per. Ecclie. vel Deus oium.

Lectio Jeremie prophete.

c. 18. In diebus illis, Dixérunt impij Judei adinuicē. Venite, cogitemus contra iustū cogitationes. Nō enim peribit lex à sacerdote, nec cōsiliū à sapiente, nec sermo à ppheta. Venite, percutiamus eū lingua: et nō attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende dñe ad me: et audi vocē aduersariorū meorū. Nūquid redditur pro bono malum, quia fodérunt fóueam anime mee: Recordáre, quòd stéterim in cōspectu tuo, vt lóquerer pro eis bonū: et auérterē idignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorū in famē: et deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorū absq3 liberis, et vidue: et viri earū interficiātur morte: iúuenes eorū confodiátur gladio in prelio: Audiatur clamor de domibus eorū, addúces enim super eos latronem repente: qa fodérunt foueā, vt cáperēt me, et laqueos abscōdérunt pedibus meis. Tu autē domine scis omne consiliū eorū aduersum me in mortē. Ne propitiéris iniquitati eorum: et peccatum eoruz à facie tua nō deleátur. Fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abútere eis, dñe deus noster. Gradu. Pacificè loquebāt mihi inimici mei: et in ira molesti erāt mihi. ℣. Vidisti dñe, ne sileas: ne discedas à me. psal. 34.

Seq. sancti euāg. sm Johānē.



In illo tépore. Cogitauérunt principes sacerdotū vt et Lazarum interficerēt: qr multi propter illuz abibant ex Judeis, et credebāt in Jesuz. In crástinū aūt turba multa, que vénerat ad diem festuz, cuz audissent quia venit Jesus Jerosolymā, accepérunt ramos palmarū, et processe- ca. 11

cessérunt obuiaz ei, ꝛ clamabāt. Hosanna, benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel. Et inuénit Jesus asellū, ꝛ sedit super euz, sicut scriptū est. Noli timére filia Sion: ecce rex tuus venit sedēs super pullū asinę. Hęc non cognouérūt discipuli eius primū: sed quando glorificatus est Jesus, tūc recordati sunt quia hęc scripta erāt de eo, ꝛ hęc fecérūt ei. Testimoniuz ergo perhibebat turba, quę erat cuz eo quādo Lazaruz vocauit de monuméto, ꝛ suscitauit eū à mortuis. Propterea ꝛ obuiā venit ei turba: quia audiérūt eū fecisse hoc signuz. Pharisęi ergo dixérunt ad semetipsos. Uidetis, quia nihil proficimus? Ecce mūdus totus post ipsuz abijt. Erant autez quidam gentiles ex eis, qui ascēderāt, vt adorarent in die festo. Hi ergo accessérunt ad Philippum, qui erat à Bethsáida Galilęę: ꝛ rogabant eum dicentes. Domine, vólumus Jesuz videre. Uenit Philippus, ꝛ dicit Andreę. Andreas rursuz ꝛ Philippus dixérunt Jesu. Jesus autez respondit eis, dicens. Uenit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amē dico vobis: nisi granuz frumenti cadens in terraz, mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructuz affert. Qui amat animaz suam, perdet eaz. Et qui odit animaz suam in hoc mundo, in vitam ęternam custodit eaz. Siquis mihi ministrat, me sequatur. Et vbi ego sum: illic ꝛ minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit euz Pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horaz hanc. Pater, clarifica nomē tuum. Uenit ergo vox de cęlo, dicens. Et clarificaui: ꝛ iterum clarificabo. Turba ergo quę stabat, ꝛ audíerat, dicebat tonitruū factum esse. Alij dicebant: angelus ei locutus est. Respondit Jesus, ꝛ dixit. Non propter me venit hęc vox, sed ꝑpter vos. Nūc iudicium est mundi: nunc princeps huius mūdi eijciétur foras. Et ego si exaltat⁹ fuero à terra, omnia trahā ad meipsuz. (Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.) Respōdit ei turba. Nos audiuimus ex lege, qꝛ Christus manet in ęternuz: ꝛ quomodo tu dicis, oportet exaltari filiuz hominis. Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Jesus. Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucez habetis: vt non tenebrę vos compręhēdant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, crédite in lucem, vt filij lucis sitis. Hęc locutus est Jesus: ꝛ abijt, ꝛ abscondit se ab eis. Offertoriū.

Benedictus es domine, doce me psal. 110.

me iustificationes tuas: ꝛ non tradas calumniantibus me superbis: ꝛ respondebo exprobrantibus mihi verbum. Secreta.

A Cunctis nos, q̄s dn̄e, reatibus, ꝛ periculis propitiat⁹ absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes. Per dn̄m. vel Protege nos domine tuis. vel Oblatis q̄su. Communio.

psal. 26. Ne tradideris me domine in animas persequentium me: quoniam insurrexérunt in me testes iniqui: ꝛ mentita est iniquitas sibi. Post communio.

Diuini muneris largitate satiati, quęsumus dn̄e deus noster: vt huius semper participatione viuamus. Per dn̄m. Quęsumus dn̄e. vel Hęc nos. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Tueatur, q̄s dn̄e, dextera tua populū deprecantem, ꝛ purificatum dignanter erudiat: vt consolatione pręsenti ad futura bona ꝓficiat. Per dominum.

¶ In die palmarū cōpleta iij. ꝛ facta aspersione aquę more solito: sacerdos ꝓcedit idut⁹ pluuiali violaceo cū ministris indutis eiusdē coloris: ꝛ ramis ī medio ante altare, vel ad cornu Epistole positis, a choro cantatur añа.

Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine dn̄i. O rex Israel. Hosána i excelsis. Deinde dicit sacerdos Dn̄s vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo.

In tono feriali. Oratio.

Deus, quē diligere ꝛ amare, iustitia est: ineffabilis gratię tuę in nobis dona multiplica: ꝛ q fecisti nos ī morte filij tui sperare q̄ credim⁹, fac nos eódē resurgente peruenire quo tēdim⁹. Qui tecū viuit, ꝛc. Subscripta lectio legit̄ in tono Epistolę. Lectio libri Exodi.

In diebus illis, Venérunt c.15.
filij Israel ī Elim, vbi erāt duodecim fontes aquarum, ꝛ septuagita palmę: ꝛ castrametati sunt iuxta aquas. Profectique c.16.
sunt de Elim: ꝛ venit oīs multitudo filiorū Israel in desertum Sin, qd̄ est iter Elim ꝛ Sinai, quītodecimo die mēsis secūdi post quam egressi sūt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysē ꝛ Aarō ī solitudine. Dixerúntq; ad eos filij Israel. Utinā mortui essemus ꝑ manū dn̄i in terra Aegypti, quādo sedebāmus super ollas carnium, ꝛ comedebámus panē ī saturitate. Cur induxistis nos in desertū istud, vt occideretis omnē multitudinem famę? Dixit autem dn̄s ad Moysen. Ecce ego pluam vobis panē de cęlo. Egrediatur populus, ꝛ cólligat q̄ sufficiūt ꝑ singulos dies: vt tentem eū, vtrū ambulet ī lege mea, an nō. Die autem sexto parent quod inferant: ꝛ sit duplum quàm colligere solebāt ꝑ singulos dies. Dixerūtq; Moy-

Moyses ꝛ Aaron ad omnes filios Israel. Vespere scietis ꝙ dñs eduxerit vos de terra Aegipti: ꝛ mane videbitis gloriam eius. Deinde cantat̄ ꝓ gradu.

Jo. 11. ℟. Collegérūt pótifices ꝛ pharisei cōciliū: ꝛ dixérunt: qd facimus, q̄a hic homo multa signa facit? si dimittim⁹ eū sic, oēs credent in eū. Et veniēt Romani ꝛ tollent nostrū locū ꝛ gentē. ℣. Unus autē ex illis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius ꝓphetauit, dicēs. Expedit vobis, vt vnus moriat̄ homo ꝓ populo, ꝛ non tota gens péreat. Ab illo ergo die cogitauérūt interficere eū, dicētes. Et venient.

mat. 26. Uel aliud ℟. In mōte oliueti orauit ad patrē: pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma, fiat volūtas tua. ℣. Vigilate ꝛ orate, vt nō intretis in tentationē. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

Postea legitur euangelium.

Seq. sancti euāg. ſm Mattheū.

c. 21. In illo tēpore. Cū appropinquasset Jesus Jerosolymis, ꝛ venisset Betphage ad montē oliueti: tūc misit duos discipulos suos, dicēs eis. Ite in castellū, quod contra vos est: ꝛ statim inueniétis asinam alligátam, ꝛ



pullū cū ea. Sóluite, ꝛ addúcite mihi. Et siquis vobis aliqd dixerit: dicite: q: dñs his opus habet: ꝛ cōfestiz dimittet eos. Hoc aūt totū factū est: vt adimpleretur quod dictū est per prophetā, dicentē. Dicite filię Sion, ecce rex tuus venit tibi mā́suetus, sedens super asinā, ꝛ pullū filiū subiugalis. Euntes aūt discipuli, fecérunt sicut pręcéperat illis Jesus. Et adduxérunt asinam ꝛ pulluz: ꝛ imposuérūt super eos vestiméta sua, ꝛ eū désup sedére fecérūt. Plurima aūt turba strauérūt vestiméta sua in via. Alij autē cędebant ramos de arboribus, ꝛ sternebāt in via. Turbę autē quę pręcedebāt, ꝛ quę sequebant̄, clamabant, dicentes. Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine dñi.

Post hęc bñdicunt̄ rami: ꝛ tunc dicit sacerdos. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spū tuo. Oremus.

Auge fidē in te sperantium Deus, ꝛ súpplicum preces clementer exaudi: veniat super nos multiplex misericordia tua: bene ✠ dicantur ꝛ hi palmites palmarū, seu oliuarū: ꝛ sicut i figura ecclesię multiplicasti Noe egredientē de arca, ꝛ Moysen exeuntē de Aegypto cum filijs Israel, ita nos portātes palmas ꝛ ramos oliuarū, bonis actibus occurramus óbuiam Christo: ꝛ per ipsum in gaudium introeamus ęternum. Qui tecuz viuit.

Per

Per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiri tu tuo. ℣. Sursũ corda. ℟. Habemus ad dominũ. ℣. Gratias agamus domino Deo nostro. ℟. Dignũ ⁊ iustũ est. Verè dignũ ⁊ iustũ est, ęquũ ⁊ salutare, nos tibi semper ⁊ vbique gratias agere dñe sancte, pater omnipotens, ęterne deus.

Qui gloriaris in consilio sanctorũ tuorum. Tibi eniz seruiũt creaturę tuę: quia te soluz auctorez ⁊ deũ cognoscũt: ⁊ omnis factura tua te collaudat: ⁊ benedicunt te sancti tui. Quia illud magnuz vnigeniti tui nomẽ corã regibus ⁊ potestatibus huius sęculi libera voce cõfitentur. Cui assistunt Angeli, ⁊ archangeli, throni ⁊ do-

et dominationes: cumque omni militia celestis exercit⁹ hymnuz glorie tue concinunt sine fine dicētes.

Cantatur Sāctus a choro vt sequitur.

Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs Deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua: Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini: Hosanna in excelsis.

Sequitur. Dñs vobiscum. ℞. Et cū spū tuo. Oremus.

Petimus, dñe sancte pater omnipotēs, eterne deus: vt hāc creaturā oliue, quā ex ligni materia pdire iussisti, quā que colūba rediens ad arcā pprio pertulit ore, bene✠dicere, et sācti✠ficare digneris: vt quicūque ex ea receperint, accipiāt sibi ptectionē anime et corporis: fiatq;, dñe, nostre salutis remediū, tue gratie sacramētū. Per Christū dñm no. ℞. Amen. Oremus.

Deus, qui dispersa congregas, et congregata conseruas: qui populis obuiā Jesu ramos portantibus benedixisti: bene✠dic etiā et hos ramos palme et oliue, quos tui famuli ad honorez nōis tui fideliter suscipiūt: vt ī quēcūq; locū ītroducti fuerit, tuā bñdictionē habitatores loci illi⁹ ɔsequant: et oī aduersitate effugata dextera tua ptegat, quos redemit Jes⁹ Chrs filius tu⁹ dñs nr. Qui tecū viuit et re. in se. sec. ℞. Am̄. Oremus.

Deus qui miro dispositionis ordine, ex reb⁹ etiā insensibilib⁹, dispēsationē nostre salutis ostēdere voluisti, da quesumus: vt deuota tuorū turba fideliū, salubriter intelligat, qcqd mysticè designat in facto, q̄ hodie celesti lumine afflata, redēptori obuiā pcedens palmaruz atq; oliuarū ramos vestigijs ei⁹ substrauit. Palmarū igit rami de mortis principe triūphos expectāt. Surculi vero oliuarū, spiritalez vnctionē aduenisse quo

quammodo clamant. Intellexit enim iã tũc illa hominũ btã multitudo prefigurari: qr redẽptor noster humanis condolẽs miseriis, p totius mũdi vita cũ mortis principe esset pugnaturus, ac moriẽdo triũphaturus. Et ideo talia obsequẽs administrauit, q̃ in illo triũphos victorie, & misericordie piguedinẽ declararẽt. Q. d nos quoqz plena fide, & factũ & significatũ retinẽtes, te dñe sancte, pater omnipotẽs, eterne deus, per eũdẽ dñm nostrũ Iesũ Christũ suppliciter exoram⁹, vt in ipso atqz p ipsuz, cuius nos mẽbra fieri voluisti, de mortis imperio victoriã reportãtes, ipsius gloriose resurrectiõis participes esse mereamur. Qui tecũ viuit & reg. in sec. sec. ℟. amen. Ore.

DEus, qui p oliue ramũ pacẽ terris columbã nũciare voluisti: presta q̃s: vt hos oliue, ceterarũmqz arborũ ramos, celesti bene ✠ dictione sanctifices: vt cũcto populo proficiant ad salutem. Per Christum dominũ nostrũ. ℟. Amen. Oremus.

BEne ✠ dic, q̃s dñe, hos palmarũ, seu oliuarũ ramos: & presta, vt, quod ppl's tuus in tua veneratione hodierna die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa deuotione pficiat, de hoste victoriã reportando, & opus misericordie sũmopere diligendo. Per Christum do. no. amẽ.

Hic rami asperguntur aqua bñdicta, dicẽdo añam, Asperges me. sine cãtu, & sine psalmo: & incensantur oliue. Deide dicit sacerdos. Dñs vobiscum. Oremus.

DEus, qui filium tuũ Iesuz Christum dñm nostrum, pro salute nr̃a in hũc mundũ misisti, vt se humiliaret ad nos, & nos reuocaret ad te: cui etiã, dũ Ierusalẽ veniret, vt adimplẽret scripturas, credentiũ populorũ turba, fidelissima deuotione vestimenta sua cũ ramis palmarũ in via sternebant: presta quesumus, vt illi fidei vitam preparemus: de qua remoto lapide offensionis & petra scandali, frondeãt apud te opera nostra iustitie ramis: vt eius vestigia sequi mereamur. Qui tecũ viuit & regnat in vnitate spũs sancti deus, p oĩa secula seculorũ. ℟. Amẽ.

Postea sacerdos stãs ante altare versus ad populũ distribuit ramos primo clericis, deide laicis: & interim à choro cantantur. Añe.

PUeri hebreorũ portantes ramos oliuarũ obuiauẽrunt dño, clamãtes, & dicẽtes: Hosanna in excelsis. Alia aña. PUeri hebreorũ vestimẽta psternebãt in via: & clamabãt dicẽtes: Hosãna filio Dauid: benedictus q venit in nomine dñi. Que si nõ sufficiãt, repetantur quousqz ramorũ distributio finiatur. Deinde dicit Sacerdos ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus.

OMnipotẽs sẽpiterne de⁹, qui

qui dñm nostrum Jesuz Christuz, super pullũ asinę sedére fecisti: ꝛ turbas populorum vestimenta vel ramos árborũ in via sternere, ꝛ Hosanna decantare in laudẽ ipsius docuisti: da q̃s: vt illorũ innocentiá imitari possimus: ꝛ eorũ meritũ consequi mereamur. Per eũdẽ Christũ. ℞. Amẽ. Postea fit processio: ꝛ cantant añę sequẽtes, vel oẽs, vel aliquę quousq; durat pcessio. Aña. Cũ appropinquaret
mat. 22. dñs Jerosolymá, misit duos ex discipulis suis, dicens. Jte in castellũ qđ est contra vos: ꝛ inueniétis pulluz asinę alligatũ, sup quẽ nullus hominũ sedit: soluite, ꝛ adducite mihi. Siquis vos interrogauerit, dicite: opus dño est. Soluẽtes adduxérũt ad Jesuz: ꝛ imposuérunt illi vestimẽta sua, ꝛ sedit super euz: alij expã debant vestimẽta sua in via: alij ramos de arboribus sternebant: Et qui sequebantur, clamabãt: Hosanna, benedictus qui venit in nomine dñi: benedictum regnũ patris nři Dauid: Hosanna i excelsis: miserere nobis fili Dauid. Alia aña. Cum audisset populus, qꝛ Jesus venit Jerosolymá, accepérũt ramos palmarũ: ꝛ exiérunt ei óbuiá, ꝛ clamabant pueri dicẽtes: Hic est, q̃ venturus est in salutẽ populi. Hic est salus nostra, ꝛ redéptio Jsrael. Quãtus est iste, cui throni, ꝛ dominationes occurrũt:

Noli timere filia Siõ: ecce rex tuus venit tibi, sedens super pullũ asinę: sicut scriptuz est. Salue rex fabricator mũdi, qui venisti redimere nos. Alia añ. Ante sex dies solennis paschę, quãdo venit dñs in ciuitatẽ Jerusalẽ, occurrérunt ei pueri: ꝛ in manibus portabãt ramos palmarũ: ꝛ clamabãt voce magna, dicentes: Hosanna i excelsis: benedictus, q venisti i multitudine misericordię tuę: Hosanna i excelsis. Alia aña. Occurrunt turbę cũ floribus, ꝛ palmis redẽptori obuiá: ꝛ victori triumphanti digna dãt obsequia. Filiũ dei ore gẽtes prędicãt: ꝛ in laudẽ Christi voces tonãt per nubila: Hosanna in excelsis. Alia antipho. Cuz angelis ꝛ pueris, fideles inueniamur triũphatori mortis clamãtes: Hosanna in excelsis. Alia aña. Turba multa, quę cõuénerat ad diez festũ, clamabat dño: benedictus qui venit in nomine dñi: Hosanna in excelsis.

¶ In reuersione pcessionis ad ecclesiá, duo vel q̃tuor cãtores intrãt, ꝛ clauso ostio stãtes versa facie ad processionẽ, incipiũt ℣. Gloria laus. Et totũ decantãt vsq; ad Jsrael es tu rex. Sacerdos vero cuz alijs stantibus extra ecclesiá, repetit illud idez. Deinde stantes intus, cantant versus sequentes: vel omnes, vel partez: pro dispositione cantorũ. Et stantes extra, ad quosli bet

bet duos versus respõdēt. Gloria, laus: sicut a principio. ℣.

Gloria, laus, & honor, tibi sit rex Christe redemptor.

Cui puerile decus prompsit hosanna pium.

Israel es tu rex, & Dauidis inclyta proles.

Nomine qui in domini, rex benedicte venis. ℟. Gloria, laus, & honor tibi sit rex Christe redēptor, Cui puerile decus prompsit hosanna pium.

Cetus in excelsis te laudat celicus omnis.

Et mortalis homo, cũcta creata simul. ℟. Gloria, la⁹, & honor tibi sit. Cui puerile dec⁹.

Plebs hebrea tibi cum palmis obuia venit.

Cuz prece, voto, hymnis, ádsumus ecce tibi. ℟. Gloria, la⁹, & honor. Cui puerile decus.

Hi tibi passuro soluebant múnia laudis.

Nos tibi regnāti pãgim⁹ ecce melos. ℟. Glĩa, la⁹, & honor.

Hi placuere tibi, placeat deuotio nostra.

Rex bone, rex clemens, cui bona cuncta placent. ℟. Gloria, laus, & honor.

Fecerat Hebreos hos gloria sanguinis almi.

Nos facit Hebreos transitus ecce pius. ℟. Gloria, laus, & honor tibi.

Sis pius ascensor tu, & nos simus asellus.

Tecuz nos capiat vrbs venerāda dei. ℟. Glĩa, la⁹ & honor.

Vestis apostolice rútilo fulgóre tegámur.

Te bene docta, vt ea, nostra caterua vehat. ℟. Gloria laus, & honor.

Tégmine sic anime sternamus corpora nostra.

Quo per nos semper sit via tuta tibi. ℟. Gloria, laus, & honor tibi sit.

Sit pia pro palme nobis victoria ramis:

Vt tibi victrici sorte canamus ita. ℟. Gloria, laus, & honor.

Postea intrat processio ecclesiā cantando Respon. Ingrediēte dño in sanctam ciuitatem, Hebreorum pueri resurrectionem vite pronunciantes, Cuz ramis palmarum hosanna clamabant in excelsis. ℣. Cum audisset populus, quòd Jesus veniret Jerosolymã: exiérũt obuiã ei. Cũ ramis. Et non dr̃ Gloria patri.

¶ Dominica in palmis. Statio ad sanctum Johannem in Laterano. Introitus.



Domine ne longe facias auxiliuz tuũ à me, ad defēsionē meã aspice: libera me de ore leonis, & à cornib⁹ vnicorniũ humilitatem meã. Psalmus. De⁹ deus me⁹ respice psal. 21.

respice in me, quare me dereliq
sti? lõge à salute mea verba deli
ctorũ meorum. Domine ne
longe facias auxiliũ. Oremus.

OMnipotẽs sẽpiterne de⁹:
qui humano generi ad imi
tandum humilitatis exemplũ
Saluatorẽ nostrum carnẽ sũ-
mere, ⁊ crucem subire fecisti: cõ-
cede propitius: vt patientię ip-
sius habere documenta, ⁊ resur
rectionis consortia mereamur.
Per eundem dominum no-
strum Jesum Christum filium.
Et hęc oratio tantum dicitur.

Lectio epistolę beati Pauli apo
stoli ad Philippenses.

ca. 2. FRatres: Hoc enim sentite
in vobis, quod ⁊ ĩ Christo
Jesu. Qui cum in forma Dei es
set, non rapinam arbitratus est
esse se ęqualẽ Deo: sed semetip
sum exinaniuit formã serui ac-
cipiens, in similitudinem homi
nũ factus, ⁊ habitu inuentus vt
homo. Humiliauit semetipsũ
factus obediens vsque ad mor-
tem: mortem autẽ Crucis. Pro
pter quod ⁊ deus exaltauit illũ:
⁊ donauit illi nomẽ, quod est su
per omne nomen: vt ĩ nomine
Jesu omne genu flectatur, cęle-
stium, terrestriũ, ⁊ infernorũ:
⁊ omnis lingua cõfiteatur, quia
dominus Jesus Christus ĩ glo
ria est dei patris. Graduale.

psal: 72. Tenuisti manũ dexterã meã:
⁊ ĩ voluntate tua deduxisti me:
⁊ cum gloria assumpsisti me.
M. N. R.

℣. Quã bonus Israel deus re
ctis corde: mei autẽ penè moti
sunt pedes: penè effusi sunt gres
sus mei, quia zelaui in peccatori
bus, pacẽ peccatorum videns.

Tract⁹. Deus deus meus respi psal. 21.
ce ĩ me: quare me dereliquisti?
℣. Lõge à salute mea verba de-
lictorũ meorũ. ℣. Deus me⁹
clamabo ꝑ diem, nec exaudies:
in nocte, ⁊ nõ ad insipientiã mi-
hi. ℣. Tu autẽ in sancto habi-
tas, laus Israel. ℣. In te spera-
uérũt patrés nostri: sperauérũt,
⁊ liberasti eos. ℣. Ad te clama-
uérunt, ⁊ salui facti sunt: in te spe
rauérũt, ⁊ non sunt confusi. ℣.
Ego autẽ sum vermis, ⁊ nõ ho-
mo: opprobriũ hominũ ⁊ abie-
ctio plebis. ℣. Omnes qui vide
bãt me, aspernabantur me: locu
ti sunt labijs, ⁊ mouérũt caput.
℣. Sperauit in domino, eripiat
eum, saluum faciat eũ, quoniã
vult eum. ℣. Ipsi vero cõsidera
uerunt ⁊ cõspexérũt me: diuisé-
rũt sibi vestimẽta mea, ⁊ suꝑ ve-
stẽ meam misérunt sortẽ. ℣. Li
bera me de ore leonis: ⁊ à corni
bus vnicorniũ humilitatẽ meã.
℣. Qui timetis dominum, lau
date eum: vniuersum semen Ja
cob magnificate eũ. ℣. Annun
ciabitur domino generatio vẽ-
tura: ⁊ annunciabunt cęli iusti-
tiam eius. ℣. Populo qui na-
scetur, quem fecit dominus.
¶ Passio dñi incipitur absolu-
te: non dicit Mũda cor meum,

non petitur benedictio, nō defe rūtur luminaria, nec incēsuz: nō dr Dñs vobiscū, nec respondet Gloria tibi dñe. Peruēto tamē ad partē illaz que in tono euangelij legit, dr Mūda cor meū. petitur benedictio, z incensatur liber. Quod z i alijs diebus seruatur, quando legitur Passio. In parasceue autez nec petitur benedictio, nec incēsatur liber.

¶ Passio dñi nostri Jesu Christi secundum Mattheum.

c.26. 

In illo tēpore dixit Jesus discipulis suis. ✠ Scitis quia post biduum pascha fiet: z filius hominis tradetur, vt crucifigatur. C. Tūc cōgregati sunt principes sacerdotum, z seniores populi, in atriū principis sacerdotum, qui dicebatur Cayphas: z concilium fecerūt, vt Jesuz dolo tenerēt, z occiderēt. Dicebāt autem. S. Non in die festo, ne forte tumultus fieret i populo. C. Cuz autez esset Jesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habēs alabastrum vnguēti preciosi, z effudit super caput ipsius recūbētis. Uidētes autē discipuli indignati sūt, dicētes. S. Ut quid perditio hec? Potuit enim vnguentum istud venundari multo, z dari pauperibus. C. Sciēs autem Jesus, ait illis. ✠ Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habebitis vobiscum: me autē nō semper habebitis. Mittens enim hec vnguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me, fecit. Amen dico vobis: vbicunque predicatuz fuerit hoc euangelium in toto mundo dicetur, z quod hec fecit in memoriam eius. C. Tūc abijt vnus de duodeciz qui dicitur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum: z ait illis. S. Quid vultis mihi dare, z ego eum vobis tradaz? C. At illi cōstituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem, vt euz traderet. Prima autez die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes. S. Ubi vis paremus tibi comedere pascha? C. At Jesus dixit. ✠ Ite in ciuitatez ad quendaz: z dicite ei. Magister dicit. Tempus meuz prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. C. Et fecerūt discipuli, sicut constituit illis Jesus: z parauerūt pascha. Uespere autem facto, discumbebat cū duodeciz discipulis suis. Et edētibus illis, dixit. ✠ Amen dico vobis: quia vnus vestrum me traditurus est. C. Et contristati valde cęperūt singuli dicere. S. Nunquid ego suz dñe? C. At ipse respondens, ait. ✠ Qui intingit mecum manum in paropside

rópside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptū est de illo. Ve autez homini illi, per quez filius hominis tradetur. Bonū erat ei, si natus nō fuisset homo ille. C Respondens autez Judas, qui tradidit eū, dixit. S Nunquid ego suz rabbi? C Ait illi. ✠ Tu dixisti. C Cęnantibus autē eis, accépit Jesus panem: ꝛ benedixit, ac fregit, deditqz discipulis suis: ꝛ ait. ✠ Accipite, ꝛ comédite. Hoc est corpus meū. C Et accipiens calicē, gratias egit: ꝛ dedit illis, dicēs. ✠ Bibite ex hoc omnes. Hic est eniz sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Dico autem vobis: non bibam ámodo de hoc genimine vitis, vsqz in diem illum, cuz illud bibam vobiscum nouuz, in regno patris mei. C Et hymno dicto exiérunt in montē oliueti. Tūc dicit illis Jesus. ✠ Omnes vos scādaluz patiémini in me, in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiaz pastorem, ꝛ dispergentur oues gregis. Postquam autez resurrexero, pręcedā vos in Galilęam. C Respondens autem Petrus, ait illi. S Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nūquam scandalizábor. C Ait illi Jesus. ✠ Amen dico tibi: quia in hac nocte, antequā gallus cātet, ter me negabis. C Ait illi Petrus. S Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. C Similiter ꝛ omnes discipuli dixérunt. Tūc venit Jesus cū illis in villā q̄ dicitur Gethsémani, ꝛ dixit discipulis suis. ✠ Sedete hic donec vadaz illuc, ꝛ orem. C Et assumpto Petro, ꝛ duobus filijs Zebedęi, cępit cōtristari ꝛ męstus esse. Tunc ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsque ad mortez. Sustinete hic, ꝛ vigilate mecuz. C Et progressus pusillum, prócidit in faciem suam, orans, ꝛ dicens. ✠ Pater mi, si possibile est, tránseat à me calix iste. Veruntamen nō sicut ego volo, sed sicut tu. C Et venit ad discipulos suos, ꝛ inuénit eos dormiētes: ꝛ dicit Petro. ✠ Sic? Non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, ꝛ orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidez promptus est: caro autem infirma. C Iterum secundò ábijt, ꝛ orauit dicens. ✠ Pater mi, si non potest hic calix trāsire, nisi bibaz illum: fiat voluntas tua. C Et venit iterum, ꝛ inuénit eos dormientes. Erant enim óculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum ábijt: ꝛ orauit tertiò eundē sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, ꝛ dicit illis. ✠ Dormite iam, ꝛ requiéscite. Ecce appropinquauit hora: ꝛ filius hominis tradetur in manus peccatorum. Súrgite, eamus: ecce appropinquauit qui

me tradet. C Adhuc eo loquē
te, ecce Judas vnus de duode-
cim venit, ⁊ cuz eo turba multa
cum gladijs ⁊ fustibus, missi à
principibus sacerdotū ⁊ seniori-
bus populi. Qui autez tradidit
eum, dedit illis signū, dicēs. S
Quécūque osculatus fuero, ip
se est, tenete euz. C Et cōfestiz
accedēs ad Jesū dixit. S Aue
rabbi. C Et osculatus est euz,
Dixitqz illi Jesus. ✠ Amice, ad
quid venisti? C Tūc accessérūt
⁊ manus iniecérunt in Jesū: ⁊ te
nuérunt eū. Et ecce vnus ex his,
qui erant cū Jesu, extēdens ma-
nuz, exémit gladiū suū: ⁊ percu
tiens seruum principis sacerdo
tum, amputauit auriculaz eius.
Tunc ait illi Jesus. ✠ Conuer-
te gladium tuuz in locum suuz.
Omnes eniz, qui accéperint gla
diuz, gladio peribūt. An putas
quia non possuz rogare patrez
meum: ⁊ exhibebit mihi modò
plus quàz duodecim legiones
angelorū? Quomodo ergo im
plebunt scripturę? qr sic opor-
tet fieri. C In illa hora dixit Je
sus turbis. ✠ Tanquam ad la-
tronem existis cum gladijs ⁊ fu-
stibus cōprehēdere me? Quo-
tidie apud vos sedebaz docens
in templo: ⁊ nō me tenuistis. C
Hoc autem totum factuz est, vt
adimplerētur scripturę prophe
tarum. Tunc discipuli omnes,
relicto eo fugerūt. At illi tenen-
tes Jesuz, duxérunt ad Caiphā
principem sacerdotum, vbi scri-
bę ⁊ seniores conuenérant. Pe-
trus autem sequebatur eum a
longe vsque in atriuz principis
sacerdotum. Et ingressus intro
sedebat cū ministris: vt vidéret
finez. Principes autem sacerdo
tum, ⁊ omne concilium, quęre-
bant falsum testimonium cōtra
Jesum: vt eum morti tráderēt:
⁊ nō inuenérunt, cuz multi falsi
testes accessissēt. Nouissimè au
tem venérunt duo falsi testes: ⁊
dixérūt. S Hic dixit. Possuz
destruere templū dei, ⁊ post tri
duum reędificare illud. C Et
surgens princeps sacerdotum,
ait illi. S Nihil respōdes ad ea
quę isti aduersum te testificant?
C Jesus autē tacebat. Et prin-
ceps sacerdotuz ait illi. S Ad-
iuro te per deū viuum, vt dicas
nobis, si tu es Christus filius
Dei. C Dicit illi Jesus. ✠ Tu
dixisti. Veruntamen dico vo-
bis: ámodo videbitis filium ho
minis sedentem à dextris virtu
tis Dei, ⁊ venientez in nubibus
cęli. C Tunc princeps sacerdo
tum scidit vestimēta sua, dicēs.
S Blasphemauit. Quid ad-
huc egemus testibus? Ecce nūc
audistis blasphemiā. Quid vo
bis videtur? C At illi respon-
dentes, dixérunt. S Reus est
mortis. C Tunc expuérunt in
faciem eius, ⁊ cólaphis euz ceci
dérunt. Alij autez palmas in fa
ciem eius dedérunt, dicentes.
S Pro-

S Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percussit? C Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad euz vna ancilla, dicens. S Et tu cum Jesu Galileo eras. C At ille negauit corā omnibus, dicēs. S Nescio qd dicis. C Exeūte aūt illo ianuā, vidit eū alia ancilla: ⁊ ait his, qui erant ibi. S Et hic erat cuz Jesu Nazareno. C Et iterum negauit cum iuramento, quia nō noui hominē. Et post pusillum accessérunt qui stabant: ⁊ dixérūt Petro. S Verè ⁊ tu ex illis es: naz ⁊ loquéla tua manifestū te facit. C Tunc cępit detestari ⁊ iurare: quia nō nouisset hominē. Et cōtinuò gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: prius quàz gallus cātet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè. Mane autez facto consiliū iniérunt omnes principes sacerdotū ⁊ seniores populi aduersus Jesū, vt eū morti tráderent. Et vinctū adduxérunt euz, ⁊ tradidérunt Pontio Pilato pręsidi. Tunc videns Judas, qui tradidit eum, quòd damnatus esset: pęnitentia ductus, rétulit triginta argenteos principibus sacerdotum ⁊ senioribus, dicens. S Peccaui, tradens sanguinem iustū. C At illi dixérūt. S Quid ad nos? Tu videris. C Et proiectis argenteis in templo, recessit: ⁊ abiens láqueo se suspēdit.

Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixérūt. S Non licet eos mittere in corbonam: quia preciū sanguinis est. C Consilio autē inito emérūt ex illis agrū figuli, in sepulturā peregrinorū. Propter hoc vocatus est ager ille, Hacaldama, hoc est, ager sanguinis, vsqz in hodiernū diē. Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiaz prophetam, dicentē. Et accepérunt triginta argēteos precium appreciati, quez appreciauérunt à filijs Israel: ⁊ dedérūt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Jesus autē stetit ante pręsidem. Et interrogauit euz pręses, dicens. S Tu es rex Judeorum? C Dicit ei Jesus. + Tu dicis. C Et cum accusaretur à principibus sacerdotum ⁊ senioribus, nihil respōdit. Tunc dicit illi Pilatus. S Non audis quanta aduersuz te dicunt testimonia? C Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur pręses vehementer. Per diem autem solennem cōsuéuerat pręses dimittere populo vnū vinctū, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis autez illis, dixit Pilatus. S Quem vultis dimittam vobis: Barabbam: an Jesuz qui dicitur Christus? C Sciebat eniz quod per inuidiam tradidissent eum. Sedente

Sedente autē illo pro tribunali, misit ad illuz vxor eius, dicens. S Nihil tibi ⁊ iusto illi: multa eniz passa sum ꝑ visū hodie propter eum. C Principes autez sacerdotum ⁊ seniores persuasérunt populis, vt péterent Barabbaz, Jesuz vero pérderent. Respondens autem pręses, ait illis. S Quem vultis vobis de duobus dimitti. C At illi dixérunt. S Barabbam. C Dicit illis Pilatus. S Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? C Dicūt omnes. S Crucifigatur. C Ait illis pręses. S Quid eniz mali fecit? C At illi magis clamabāt, dicētes. S Crucifigatur. C Vidēs autē Pilatus qꝛ nihil ꝓficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coràm populo, dicens. S Innocēs ego suz à sanguine iusti huius. Vos videritis. C Et respōdens vniuersus populus, dixit. S Sanguis eius suꝑ nos, ⁊ super filios nostros. C Tunc dimisit illis Barabbā: Jesuz autez flagellatū tradidit eis, vt crucifigeret. Tunc milites pręsidis suscipientes Jesum in pręторio, congregauérunt ad euz vniuersaz cohortez. Et exuentes eum, chlámydē coccineā circundedérunt ei. Et plectētes coronaz de spinis posuérunt suꝑ caput eius: ⁊ arúndinez in dextera eius. Et genu flexo ante eū, illudebāt ei, dicentes. S Aue rex Judęorū, C Et expuentes in euz, accepérunt arundinem, ⁊ percutiebāt caput eius. Et postquam illusérunt ei, exuérunt eum chlámydem: ⁊ induérunt eum vestimētis eius, ⁊ duxérunt euz, vt crucifigerent. Exeuntes autem, inuenérunt hominē Cyrenęum nomine Simónez. Hunc angariauérūt, vt tólleret Crucem eius. Et venérunt in locū, qui dicitur Golgotha: quod est, Caluarię locus. Et dedérunt ei vinum bibere cum felle mixtū. Et cuz gustasset noluit bibere. Postquaz autē crucifixérūt eū, diuisérunt vestimēta eius, sortē mittentes: vt adimpleretur, quod dictū est per prophetā, dicentez. Diuisérunt sibi vestimēta mea: ⁊ super vestez meam misérunt sortē. Et sedentes seruabant eum. Et imposuérunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Jesus rex Judęorū. Tunc crucifixi sunt cū eo duo latrones: vnus à dextris, ⁊ vnus à sinistris. Prętereuntes aūt blasphemabāt eū mouentes capita sua, ⁊ dicētes. S Vah, q destruis templū dei, ⁊ in triduo reędificas illud. Salua temetipsum. Si filius dei es, descēde de cruce. C Similiter ⁊ principes sacerdotum illudentes cū scribis ⁊ senioribus, dicebāt. S Alios saluos fecit: seipsum non potest saluū facere. Si rex Jsrael est, descēdat nunc de cruce, ⁊ credimus ei. Confidit

in deo: liberet eũ nũc, si vult: dixit enim, quia filius dei suz. C Idipsuz aũt ꝛ latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabãt ei. A sexta autem hora, tenebrę factę sunt super vniuersã terrã, vsqꝫ ad horã nonaz. Et circa horaz nonã clamauit Jesus voce magna dicens. ✠ Eli, Eli, lámasabacthani? C Hoc est. ✠ Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? C Quidã autem illic stantes ꝛ audientes: dicebant. S Eliaz vocat iste. C Et cõtinuò currens vnus ex eis acceptaz spongiaz impleuit aceto: ꝛ imposuit arúndini, ꝛ dabat ei bibere. Cęteri vero dicebant. S Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. C Jesus autez iterum clamans voce magna emisit spirituz. Hic pausat aliquantuluz, ꝛ genuflectitur. Et ecce veluz tẽpli scissuz est in duas partes, à sũmo vsqꝫ deorsum. Et terra mota est, ꝛ petrę scissę sunt, ꝛ monumenta aperta sunt: ꝛ multa corpora sanctorũ, qui dormierãt, surrexérunt. Et exeũtes de monumẽtis post resurrectionẽ eius, venérũt in sanctam ciuitatem: ꝛ apparuérunt multis. Centurio autẽ ꝛ qui cũ eo erãt custodiẽtes Jesum, viso terremotu ꝛ his q̃ fiebant, timuerunt valde, dicẽtes. S Verè filius Dei erat iste. C Erant autez ibi mulieres multę à longe, quę secutę erant Jesum a Galilęa: ministrãtes ei: īter quas erat Maria Magdalenę, ꝛ Maria Jacóbi, ꝛ Joseph mater: ꝛ mater filiorũ Zebedęi. Cuz sero autez factuz esset, venit quidaz homo diues ab Arimathia, nomine Joseph: qui ꝛ ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilátũ ꝛ petijt corpus Jesu. Tũc Pilátus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Joseph inuoluit illud in sindone mũda: ꝛ posuit illud in monumento suo nouo, qđ exciderat in petra. Et aduóluit saxuz magnuz ad ostiuz monumenti, ꝛ abijt. Erant autẽ ibi Maria Magdalenę, ꝛ altera Maria, sedẽtes cõtra sepulcrũ. Hic datur bènedictio, defertur incensum sine luminaribus, nõ dicitur Dñs vobiscuz, ꝛ cantat in tono euangelij. Quę omnia ꝛ in alijs Passionibus seruant.

Altera autem die, quę est post parascéuen, conuenérunt principes sacerdotũ, ꝛ pharisęi ad Pilatum, dicẽtes. Dñe, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgaz. Jube ergo custodiri sepulcrum vsqꝫ in diez tertiũ: ne forte veniãt discipuli eiꝰ, ꝛ furentur eũ: ꝛ dicant plebi, surrexit à mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodiã: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, muniérũt sepulcruz: signãtes lapidẽ, cũ custodibus.

Et dicitur Credo. Offertoriū.

psal. 68. Improperium expectauit cor meuz, ⁊ miseriam: ⁊ sustinui qui simul mecum contristaretur, ⁊ non fuit: consolantem me quęsiui, ⁊ non inuéni: ⁊ dedérunt in escam meam fel, ⁊ in siti mea potauérunt me aceto. Secreta.

Concede, quęsumus domine: vt oculis tuę maiestatis munus oblatum, ⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat, ⁊ effectum beatę perennitatis acquirat. Per dñm nrm. Cōmunio.

mat. 26. Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Post cōmunio.

Per huius domine operationē mysterij, ⁊ vitia nostra purgentur, ⁊ iusta desideria compleantur. Per dominū no.

¶ Feria ij. maioris hebdoma. Statio ad S. Praxedem. Intr.

psal. 34.



Iudica domine nocentes me: expugna impugnātes me: apprehēde arma ⁊ scutum, ⁊ exurge in adiutorium meum, dñe virtus salutis meę. ps. Effunde frámeam, ⁊ conclude aduersus eos, qui persequuntur me: dic animę meę, salus tua ego sum. Iudica domine nocentes me. Oremus.

Da, quęsumus, omnipotēs deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedēte vnigeniti filij tui passione respiremus. Per eundem dñm no. vel Ecclesię tuę. vel Deus omniuz fideluū.

Lectio Isaię prophetę.

In diebus illis, dixit Isaias. Dominus Deus apéruit mihi aurem: ego autē non contradico, retrorsum non abij. c. 50.
Corpus meū dedi percutientibus, ⁊ genas meas vellentibus. Faciem meam nō auerti ab increpantibus, ⁊ conspuentibus. Dñs deus auxiliator me⁹, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam vt petram durissimam, ⁊ scio qm̄ non cōfundar. Iuxta est qui iustificat me: quis contradicet mihi? Stenius simul: quis est aduersarius me⁹? Accedat ad me. Ecce dominus Deus, auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce, omnes quasi vestimentuz conterētur: tinea cómedet eos. Quis ex vobis timens deuz, audiens vocez serui sui? Quis ambulauit i tenebris, ⁊ nō est lumē ei? Speret in nomine domini, ⁊ innitat̄ super Dominum Deum suum.

Gra. Exurge domine, ⁊ itēde psal. 34.
iudicio meo de⁹ meus, ⁊ dominus meus in causam meam. ℣. Effunde frámeam, ⁊ conclude aduersus eos qui me persequūtur. Tractus. Domine, non se psal. 102.
cunduz peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundū iniqtates

tates nostras retribuas nobis.
psal. 78. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: citò anticipẽt nos misericordię tuę: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Sequentia sancti euãge. sm Johannẽ.

c. 12. 

Ante sex dies Paschę venit Jesus Bethaniaz, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Jesus. Fecérunt autem ei cęnaz ibi: & Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discũbentibus cũ eo. Maria ergo accepit libraz vnguenti nardi pistici preciosi: & vnxit pedes Jesu, & extersit capillis suis pedes eius: & domus ipleta est ex odore vnguẽti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Judas Iscariótes, qui erat eũ traditurus. Quare hoc vnguentũ non vénijt trecentis denarijs, & datuz est egénis. Dixit autẽ hoc, non quia de egénis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & lóculos habens, ea quę mittebantur portabat. Dixit ergo Jesus. Sine illaz, vt in diem sepulturę meę seruet illud. Páuperes enĩz semper habebitis vobiscũ: me autez nõ sẽper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Judęis, q2 illic esset: & venerũt nõ ꝓpter Jesuz tãtũ, sed vt Lazarum vidérẽt, quẽ suscitauit à mortuis. Offerto.

Eripe me de inimicis meis domine: ad te confugi: doce me fácere voluntatem tuã: quia Deus meus es tu. psal. 142. Secreta.

Haec sacrificia nos omnipotens deus potenti virtute mũdatos, ad suũ faciant puriores venire principium. Per do. vel Protege. vel Oblatis quę sumus. Coio. Erubescant, & reuereantur simul, qui gratulãtur malis meis: induãtur pudóre, & reuerentia, qui maligna loquunt aduersuz me. psal. 34. Post cõio.

Prębeant nobis Domine diuinum tua sancta feruórem: quo eorum pariter, & actu delectemur, & fructu. Per do. vel Quęsum⁹ dñe. vl' Hęc nos quęsu. Super ppl'm. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Adiuua nos deus salutaris nr: & ad beneficia recolẽda, qb⁹ nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudẽter. Per d.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctam Priscam. Introitus.



Nos autẽ gloriari oportet in cruce dñi nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra, gal. 6.

stra, per quem saluati, ⁊ liberati
psal. sumus. Psalmus. Deus mise-
66. reatur nostri, ⁊ benedicat no-
bis: illuminet vultum suum
super nos, ⁊ misereatur nostri.
Nos autem glo. Oremus.
Omnipotēs sempiterne de-
us: da nobis ita domini-
cę passionis sacramenta perá-
gere: vt indulgentiam perci-
pere mereamur. Per eundem
dominum. vel Ecclesię tuę.
vel Deus omnium fidelium.

Lectio Jeremię prophetę.

c.11. In diebus illis: Dixit Je-
remias. Dñe demōstrasti
mihi, ⁊ cognoui: tu ostēdisti mi-
hi studia eorum. Et ego quasi
agnus mansuetus, qui porta-
tur ad victimam: ⁊ non cogno-
ui, quia cogitauérunt super me
consilia, dicentes. Uenite, mit-
tamus lignum in panem eius,
⁊ eradámus euꝫ de terra viuen
tium, ⁊ nomen eius non memo
retur amplius. Tu autem do-
mine sabaoth, qui iudicas iustè,
⁊ probas renes ⁊ corda, videaꝫ
vltionem tuam ex eis: tibi enim
reuelaui causam meam: domi-
psal. ne deus meus. Gradua. Ego
34. autem duꝫ mihi molesti essent,
induebam me cilicio, ⁊ humilia
bam in ieiunio animam meam,
⁊ oratio mea in sinu meo cōuer
tetur. ℟. Judica dñe nocentes
me, expugna impugnantes me:
apprehende arma ⁊ scutum, ⁊
exurge in adiutorium mihi.

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Marcum.



In illo tēpo- c.14.
re. Erat
Pascha ⁊ azyma
post biduuꝫ: ⁊ quę
rebāt summi sacer-
dotes, ⁊ scribę quo-
modo Jesum dolo
tenérent ⁊ occiderent. Dicebāt
autem. S Non in die festo: ne
forte tumultus fieret in populo.
Et cum esset Jesus Betha-
nię in domo Simónis leprosi, ⁊
recūberet: venit mulier habens
alabastrum vnguēti nardi spicá
ti pciosi: ⁊ fracto alabastro, effu
dit super caput eius. Erant autē
quidá indignè ferentes intra se-
metipsos, ⁊ dicentes. S Ut qd
perditio ista vnguenti facta est?
Poterat eniꝫ vnguētū istud ve
nundari plusquam trecentis de
narijs, ⁊ dari pauperibꝰ. Et
fremebant in eam. Jesus auteꝫ
dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi
molesti estis? Bonū opus ope
rata est in me. Semp enim pau
peres habébitis vobiscū: ⁊ cum
voluéritis, potestis illis bñ fáce-
re: me aūt non semp habebitis.
Qđ habuit hęc, fecit: pvénit vn
gere corpus meū in sepulturá.
Amen dico vobis: vbicunque
prędicatum fuerit Euangeliuꝫ
istud in vniuerso mundo, ⁊ qđ
hęc fecit, narrabitur in memo-
riam eius. Et Judas Isca-
riótes vnus de duodecim abijt
ad

ad summos sacerdotes, vt pró- deret eum illis. Qui audientes gauisi sunt: ꝛ promisérunt ei pe- cuniam se daturos. Et querebat quomodo illum opportunè tra deret. Et primo die azymorum quando pascha immolabát, di- cũt ei discipuli. S. Quò vis ea- mus, ꝛ paremus tibi, vt mandu ces pascha? C. Et mittit duos ex discipulis suis: ꝛ dicit eis. ✠ Ite in ciuitaté: ꝛ occúrret vobis homo lagénã aquę báiulans: sequimini eũ: ꝛ quocunque in- troierit, dicite domino domus, q magister dicit. Ubi est refe- ctio mea, vbi pascha cũ discipu- lis meis mãdúcem? Et ipse vo- bis demõstrabit cęnaculũ gran de stratum: ꝛ illic parate nobis. C. Et abiérunt discipuli eius, ꝛ venérunt in ciuitatem: ꝛ inuené rũt sicut dixerat illis, ꝛ parauè- runt pascha. Uespere aũt facto, venit cũ duodecim. Et discum bentibus eis, ꝛ mãducantibus. ait Jesus. ✠ Amen dico vobis: q vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecũ. C. At illi cę- pérunt cõtristari, ꝛ dicere ei sin- gilátim. S. Nunquid ego? C. Qui ait illis. ✠ Unus ex duode cim qui intingit mecum manũ in catino. Et filius quidẽ hõis vadit sicut scriptum est de eo. Uę autẽ homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonũ erat ei, si nõ esset natus homo il- le. C. Et manducantibus illis, accepit Jesus panem: ꝛ benedi- cens fregit, ꝛ dedit eis, ꝛ ait. Súmite: hoc est corpus meum. C. Et accepto calice, grãs agẽs dedit eis. Et bibérũt ex illo om- nes. Et ait illis. ✠ Hic est san- guis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amẽ di co vobis: q iam non bibam de genimine vitis vsq in dië illũ, cum illud bibã nouũ in regno dei. C. Et hymno dicto, exié- runt in montem oliuarum. Et ait illis Jesus. ✠ Omnes scãda lizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est. Percutiã pa- storem, ꝛ dispergentur oues. Sed postquã resurréxero, pręce- dam vos in Galilęã. C. Pe- trus autem ait illi. S. Etsi om- nes scandalizati fuerint, sed nõ ego. C. Et ait illi Jesus. ✠ Amẽ dico tibi: quia tu hodie in nocte hac, prius quàm gallus bis vo- cem déderit, ter me es negatu- rus. C. At ille amplius loque- batur. S. Et si oportúerit me simul cõmóri tibi, non te nega- bo. C. Similiter autem ꝛ om- nes dicebant. Et veniunt in prędiũ, cui nomen Gethsęmani: ꝛ ait discipulis suis. ✠ Sedete hic donec orem. C. Et assúmit Petrum, ꝛ Jacobum, ꝛ Johan nem secum: ꝛ cępit páuere, ꝛ te- dére. Et ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic, ꝛ vigilate. C. Et cum processisset paululũ, próci dit

dit super terram: ⁊ orabat: vt, si fieri posset, transiret ab eo hora: ⁊ dixit. ✠ Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicē hunc à me. Sed non quod ego volo: sed quod tu. C Et venit, ⁊ inuénit eos dormientes. Et ait Petro. ✠ Simon dormis? Nō potuisti vna hora vigilare mecum? Uigilate, ⁊ orate: vt nō intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C Et iterum ábiens orauit, eundē sermonē dicēs. Et reuersus, dénuo inuénit eos dormiētes (erant enim oculi eorū grauati) ⁊ ignorabāt quid respondérent ei. Et venit tertiò: ⁊ ait illis. ✠ Dormite iā, ⁊ requiescite. Sufficit. Uenit hora. Ecce tradetur filius hoīs in manus peccatorū. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, propè est. C Et adhuc eo loquēte, venit Judas Iscariótes vnus de duodecim, ⁊ cū illo turba multa cū gladijs ⁊ lignis, missi à summis sacerdotibus, ⁊ scribis, ⁊ senioribus. Déderat autem tráditor eis signū, dicens. S Quēcūque osculatus fúero, ipse est: tenete eum, ⁊ dúcite cautè. C Et cum venisset, statim accedēs ad eum, ait. S Rabbi. C Et osculatus est eum. At illi manus iniecérunt in Jesū, ⁊ tenuérunt eū. Unus autem de circūstantibus edúcens gladium, percussit seruum summi sacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculā. Et respondens Jesus, ait illis. ✠ Tāquam ad latronē existis cū gladijs ⁊ lignis cōprehendere me. Quotidie apud vos erā in templo docens, ⁊ non me tenuistis. Sed vt impleātur scripturę. C Tunc discipuli eius relinquētes eum omnes fugérunt. Adoléscens autē quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: ⁊ tenuérunt eum. At ille reiecta sindone, nudus ꝓfúgit ab eis. Et adduxérunt Jesum ad summum sacerdotem: ⁊ conuenérunt omnes sacerdotes, ⁊ scribę, ⁊ seniores. Petrus aūt à longe secutus est eum vsq; intrò in atrium summi sacerdotis, ⁊ sedebat cum ministris, ⁊ calefaciebat se ad ignē. Sūmi vero sacerdotes ⁊ omne conciliū, quęrebant aduersus Jesum testimoniū, vt eū morti tráderēt: nec inueniebant. Multi enim testimoniū falsum dicebant aduersus eū: ⁊ conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimoniū ferebant aduersus eū, dicentes. S Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam templū hoc manu factum: ⁊ post triduū, aliud non manufactū ędificabo. C Et nō erat conueniens testimonium illorum. Exurgens autē summus sacerdos in mediū, interrogauit Jesum, dicens. S Non respōdes quicquā ad ea,

quę tibi obijciuntur ab his? C. Ille autē tacebat, ꝛ nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat euz: ꝛ dixit ei. S. Tu es Christus filius dei bn̄dicti? C. Jesus autez dixit illi. ✠ Ego sum. Et videbitis filiuz hominis sedentem à dextris virtutis dei, ꝛ venientē cuz nubibus cęli. C. Summus autē sacerdos scindens vestimenta sua, ait. S. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? C. Qui omnes condemnauérunt eū esse reū mortis. Et cępérūt quidā conspuere eum, ꝛ velare faciem eius, ꝛ cólaphis eū cędere, ꝛ dicere ei. S. Prophetiza. C. Et ministri alapis eū cędebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsuz venit vna ex ancillis summi sacerdotis: ꝛ cuz vidisset Petrū calefacientem se, aspiciens illuz ait. S. Et tu cuz Jesu Nazareno eras. C. At ille negauit, dicens. S. Neque scio, neque noui quid dicas. C. Et éxijt foras ante atrium: ꝛ gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illū ancilla, cępit dicere circunstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterū negauit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro. S. Verè ex illis es: nam ꝛ Galilęus es. C. Ille autem cępit anathematizare, ꝛ iurare: quia nescio hominē istum, quē dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Jesus: priusquā gallus cantet bis, ter me negabis. Et cępit flere. Et confestim, mane consilium facientes summi sacerdotes cuz senioribus ꝛ scribis ꝛ vniuerso concilio, vincientes Jesum duxérūt ꝛ tradidérunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. S. Tu es Rex Judęorū? C. At ille respōdens, ait illi. ✠ Tu dicis. C. Et accusabāt eū summi sacerdotes in multis. Pilatus autez rursum interrogauit eū, dicens. S. Nō respōdes quicquā? Vide in quantis te accusant. C. Jesus autē amplius nihil respōdit: ita vt miraretur Pilatus. Per diez autem festū solebat illis dimittere vnū ex vinctis, quēcūqz petijssent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cū seditiosis erat vinctus, q in seditione fécerat homicidiū. Et cuz ascēdisset turba, cępit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus aut respōdit eis, ꝛ dixit. S. Vultis dimittā vobis regē Judęorū? C. Sciebat enim quod per inuidiā tradidissent euz summi sacerdotes. Pōtifices autez cōcitauérūt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis. S. Quid ergo vultis faciam regi Judęoruz? C. At illi iterum clamauérunt. S. Crucifige eum. C. Pilatus vero dicebat eis.

S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabát. S Crucifige eũ. C Pilatus autẽ volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbã, ⁊ tradidit Jesum flagellis cęsũ, vt crucifigeretur. Milites autẽ duxérunt eũ intrò in atrium prętorij, ⁊ cónuocant totam cohortem: ⁊ induunt eũ purpura, ⁊ impónunt ei plectẽtes spineã coronã. Et cęperunt salutare eum. S Aue Rex Judęorũ. C Et percutiebant caput eius arũdine: ⁊ cõspuebant eũ: ⁊ ponẽtes génua, adorabant eũ. Et postquã illusérũt ei, exuérũt illũ purpura: ⁊ induérũt eũ vestimentis suis: ⁊ edúcunt illũ, vt crucifigerent eũ. Et angariauérunt prętereuntem quempiam Simónẽ Cyrenéum venientẽ de villa, patrem Alexãdri ⁊ Rufi, vt tólleret crucem eius. Et pducunt eũ in Gólgotha locũ: quod est interpretatum, Caluarię locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: ⁊ non accépit. Et crucifigentes eũ diuisérunt vestimenta eius, mittentes sortẽ super eis, quis quid tolleret. Erat autẽ hora tertia: ⁊ crucifixérunt eũ. Et erat titulus causę eius inscriptus. Rex Judęorũ. Et cum eo crucifixérunt duos latrones: vnum à dextris, ⁊ aliũ à sinistris. Et impleta est scriptura, quę dicit: ⁊ cum iniquis reputatus est. Et prętereuntes blasphemabant eũ, mouentes cápita sua, ⁊ dicẽtes: S Vah, qui déstruis templũ dei, ⁊ in tribus diebus reędificas: saluũ fac temetipsũ descendens de cruce. C Similiter ⁊ sũmi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribis dicebant. S Alios saluos fecit, seipsũ nõ potest saluũ facere. Christus Rex Jsrael descendat nũc de Cruce: vt videamus, ⁊ credamus. C Et qui cũ eo crucifixi erãt, cõuiciabant ei. Et facta hora sexta, tenebrę factę sunt sup totã terrã, vsq; in horã nonã. Et hora nona exclamauit Jesus voce magna, dicẽs. ✠ Eloi, Eloi, lámasabacthani? C Quod est interpretatũ. ✠ Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? C Et quidã de circunstantibus audiẽtes dicebãt. S Ecce, Eliam vocat. C Currens autẽ vnus, ⁊ implens spõgiam aceto, circũponẽnsq; calamo, potũ dabat ei, dicẽs. S Sinite: videamus si veniat Elias ad deponẽdũ eũ. C Jesus autẽ emissa voce magna expirauit. Hic pausatur aliquantulum, ⁊ genuflectitur. Et velũ templi scissũ est in duo, à sũmo vsq; deorsum. Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, q sic clamãs expirasset, ait. S Verè hic homo filius dei erat. C Erant autem ⁊ mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalena, ⁊ Maria Jacobi minoris, ⁊ Joseph mater, ⁊ Salome:

lóme: & cum esset in Galilęa, sequebantur eũ, & ministrabant ei: & alię multę, quę simul cum eo ascenderant Jerosolymam. Hic cantatur in tono euangelij: & alia fiunt, vt supra.

Et cũ iam sero esset factũ: (qr erat parascéue, quod est ante sabbathum) venit Joseph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnũ dei. Et audacter introiuit ad Pilatũ, & petijt corpus Jesu. Pilatus autẽ mirabatur, si iã obijsset. Et accersito Centurione, interrogauit eũ si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à Centurione: donauit corpus Joseph. Joseph autẽ mercatus est sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eũ in monumẽto, quod excisũ erat de petra, & aduoluit lapidẽ ad ostiũ monumenti. Offertoriũ.

psal. 139. Custodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis éripe me. Secreta.

Sacrificia nos, quęsumus domine, propensius ista restaurẽt, quę medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per. vel Protege. vel Oblatis. Cõmunio.

psal. 68. Aduersũ me exercebant qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum, ego vero orationem meã ad te domine: tempus beneplaciti deus: in multitudine misericordię tuę exaudi me. Postcommunio.

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia nostra curentur, & remedia nobis sempiterna proueniãt. Per dominum nostrum. vel Quęsumus do. vel Hęc nos q̃sumus. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Tua nos misericordia de⁹, & ab omni surreptione vetustatis expurget, & capaces sanctę nouitatis efficiat. Per dñm.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.



In nomine Jesu omne genu flectatur, cęlestiũ, terrestriũ, & infernorũ: quia dñs factus est obediens vsque ad mortẽ, mortem autem crucis: ideo dñs Jesus Christ⁹ in gloria est dei patris. phi. 2.

ps. Dñe exaudi orationẽ meã: & clamor meus ad te veniat. psal. 101.

In nomine. post Kyrie elei. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui pro nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti tui passionẽ liberemur. Qui tecũ viuit.

Lectio Isaię prophetę.

Haec dicit dominus deus. c. 62. & 63.
Dicite filię Sion. Ecce saluator tuus venit: ecce merces

eius cũ eo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiã: ⁊ propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentuz tuũ, ⁊ vestimenta tua sicut calcãtiũ in torculari? Torcúlar calcaui solus: ⁊ de gẽtibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: ⁊ conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimẽta mea: ⁊ oĩa indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circunspexi, ⁊ non erat auxiliator: quesiui, ⁊ nõ fuit qui adiuuáret. Et saluauit mihi brachiũ meũ: ⁊ indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et cõculcaui populos in furore meo: ⁊ inebriaui eos in indignatione mea, ⁊ detraxi in terrã virtutem eorum. Miserationum dñi recordabor: laudez dñi super omnibus, que reddidit nobis dñs

psal. 68. deus nr̃. Gradua. Ne auertas faciẽ tuam à puero tuo, quoniã tribulor: velociter exaudi me. ℣. Saluuz me fac deus, quoniã intrauérunt aque vsque ad animaz meam: infixus sum in limo profundi, ⁊ non est substantia. Hic dicitur Dominus vobiscũ. sine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui pro nobis filium tuũ Crucis patibulũ subire voluisti, vt inimici à nobis expelleres potestatẽ, cõcede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiã ɔsequamur. Per eũ. vel Ecclesie tue. vel Deus oĩum.

Lectio Isaie prophete.

In diebus illis. Dixit Isaias. Dñe quis credidit auditui nr̃o? ⁊ brachiuz dñi cui reuelatũ est? Et ascendet sicut virgultũ corã eo: ⁊ sicut radix de terra sitiẽti. Nõ est species ei, neque decor. Et vidimus eũ, ⁊ nõ erat aspect⁹: ⁊ desiderauim⁹ eũ, despectũ, ⁊ nouissimũ virorũ, virũ dolorũ, ⁊ sciẽtẽ ĩfirmitatẽ. Et q̃si abscõdit⁹ vult⁹ eius, ⁊ despectus: vnde nec reputauimus eũ. Uerè lãguores nr̃os ipse tulit: ⁊ dolores nr̃os ipse portauit. Et nos putáuimus eũ quasi leprosuz, ⁊ ꝑcussũ à deo, ⁊ humiliatũ. Ipse autẽ vulneratus est ꝓꝑ iniq̃tates nr̃as: attrit⁹ est ꝓꝑ scelera nr̃a. Disciplina pacis nr̃e sup eũ: ⁊ liuóre eius sanati sumus. Oẽs nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viã suã declinauit: ⁊ posuit dñs in eo iniquitatẽ omniũ nr̃m. Oblatus est, quia ipse voluit: ⁊ non apéruit os suũ. Sicut ouis ad occisionem ducet: ⁊ quasi agnus corã tõdẽte se, obmutescet: ⁊ nõ apériet os suum. De angustia ⁊ de iudicio sublatus est. Generationẽ eius quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viuentiuz. Propter scelus populi mei percussi eũ. Et dabit impios

impios ꝓ sepultura, ⁊ diuites ꝓ morte sua: eo ꝙ iniqtatē nō fecerit, nec dol⁹ inuētus fuerit in ore eius. Et dn̄s voluit cōterere eū i infirmitate. Si posuerit ꝓ pctō aīam suā, videbit semē lōgeuū, ⁊ voluntas dn̄i in manu ei⁹ dirigetur. Pro eo ꝙ laborauit aīa ei⁹, videbit, ⁊ saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus me⁹ multos, ⁊ iniqtates eorū ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, ⁊ fortiū diuidet spolia, ꝓ eo ꝙ tradidit in mortē animā suā, ⁊ cū sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorū tulit: ⁊ ꝓ trāsgressoribus rogauit.
psal. 101. Trac. Domine exaudi orationē meā, ⁊ clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciē tuā à me: in quacūq₃ die tribulor, inclina ad me aurē tuā. ℣. In quacunq₃ die inuocauero te, velociter exaudi me. ℣. Quia defecerūt sicut fumus dies mei: ⁊ ossa mea sicut in frixorio cōfrixa sūt. ℣. Percussus sū₃ sicut fenum, ⁊ aruit cor meū, q̄r oblitus sū₃ mādu care panē meū₃. ℣. Tu exurgens dn̄e misereberis Sion: q̄r venit tempus miserendi eius.

¶ Passio domini nostri Jesu Christi secundum Lucam.



In illo tempore. C. Appropinquabat dies festus azymorū, q̄ dicitur pascha: ⁊ querebant principes sacerdotū ⁊ scribe, quomodo Jesu₃ interficerent: timebant vero plebem. Intrauit autē sathanas in Judā, qui cognominabatur Iscariotes, vnū₃ de duodecim: ⁊ abiit, ⁊ locutus est cū₃ principibus sacerdotū, ⁊ magistratibus, quemadmodū illū traderet eis. Et gauisi sunt: ⁊ pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat opportunitatē, vt trāderet illū sine turbis. Uenit autem dies azymorū₃, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum ⁊ Johannem, dicens. ✠ Euntes parate nobis pascha, vt māducemus. C. At illi dixērunt. S. Ubi vis paremus? C. Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeūtibus vobis in ciuitatē, occurret vobis homo amphoram aque portans: sequimini eum in domum, in quā intrat, ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis māducē? Et ipse vobis ostēdet cenaculū magnū₃ stratum: ⁊ ibi parate. C. Euntes autem inuenērūt sicut dixit illis Jesus: ⁊ parauērūt pascha. Et cum facta esset hora discubuit, ⁊ duodecim apostoli cū eo, ⁊ ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscū, antequā patiar. Dico eni₃ vobis, quia ex hoc nō māducabo illud, donec impleatur in regno dei. C. Et accepto calice gratias egit, ⁊ dixit. ✠ Accipite,

cipite, ꝛ diuidite inter vos. Dico enim vobis: quod non bibā de generatione vitis, donec regnū dei veniat. ℭ Et accepto pane, gratias egit, ꝛ fregit: ꝛ dedit eis, dicēs. ✠ Hoc est corpus meū, qđ pro vobis datur. Hoc facite in meā commemorationē. ℭ Similiter ꝛ calicē, postquā cęnauit, dicens. ✠ Hic calix nouū testamentū est in sanguine meo, q pro vobis effundetur. Uerunta men ecce manus tradentis me, mecū est in mensa. Et quidē filius hominis, ſm quod diffinitū est, vadit: verūntamen vę homini illi, per quē tradet̄. ℭ Et ipsi cęperūt querere inter se, quis esset ex eis, q hoc facturus esset. Facta est autē ꝛ contentio inter eos, quis eorū videretur esse maior. Dixit autem eis. ✠ Reges gentiū dominantur eorum: ꝛ qui potestatē habent super eos, benēfici vocantur. Uos autē non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: ꝛ qui pręcessor est, sicut ministrator. Nā quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne q recumbit? Ego autē in medio vestrū sū, sicut qui ministrat: vos autē estis qui permāsistis mecū in tētationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū: vt edatis ꝛ bibatis super mensā meam in regno meo: ꝛ sedeātis super thronos, iudicātes duodecī tribus Israel. ℭ Ait aūt dn̄s Simōni. ✠ Simon, ecce sathanas expetiuit vos, vt cribrāret sicut triticū. Ego autem rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua: ꝛ tu aliquādo conuersus, cōfirma fratres tuos. ℭ Qui dixit ei. S. Domine, tecum paratus sum ꝛ in carcerem ꝛ in mortē ire. ℭ At ille dixit. ✠ Dico tibi Petre, non cātabit hodie gallus donec ter ābneges nosse me. ℭ Et dixit eis. ✠ Quando misi vos sine sacculo, ꝛ pera, ꝛ calciamentis: nunquid aliqđ dēfuit vobis? ℭ At illi dixērūt. S. Nihil. ℭ Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc qui habet sacculū, tollat similiter ꝛ perā. Et qui non habet, vendat tūnicam suam, ꝛ emat gladiū. Dico enī vobis, quoniam adhuc hoc, qđ scriptum est, oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus est. Etenī ea, quę sunt de me, finē habēt. ℭ At illi dixērūt. S. Domine, ecce gladij duo hic. ℭ At ille dixit eis. ✠ Satis est. ℭ Et egressus ibat secundum cōsuetudinē in montē oliuarū. Secuti sunt autem illū ꝛ discipuli. Et cū peruenisset ad locum, dixit illis. ✠ Orate, ne intretis in tētationē. ℭ Et ipse auulsus est ab eis quantū iactus est lapidis, ꝛ positis genibus orabat, dicēs. ✠ Pater si vis, transfer calicē istū ā me. Uerūntamen non mea volūtas, sed tua fiat. ℭ Apparuit autē illi angelus de cęlo, confor-

confortans eũ. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttę sanguinis decurrentis in terraꝫ. Et cũ surrexisset ab oratione, ꝛ venisset ad discipulos suos, inuénit eos dormientes prę tristitia: ꝛ ait illis. ✠ Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tẽtatioñe. C Adhuc eo loquente, ecce turba: ꝛ qui vocabatur Judas, vnus de duodeciꝫ, antecedebat eos: ꝛ appropinquauit Jesu, vt oscularetur eum. Jesus autẽ dixit illi. ✠ Juda, ósculo filiuꝫ hominis tradis? C Videntes autẽ hi, qui circa ipsuꝫ erant, quod futurũ erat, dixérũt ei. S Dñe si percutimus in gladio? C Et percussit vnus ex eis seruũ principis sacerdotũ: ꝛ amputauit auriculã eius dexterã. Respõdens autem Jesus, ait. ✠ Sinite vsqꝫ huc. C Et cuꝫ tetigisset auriculam eius, sanauit eũ. Dixit autẽ Jesus ad eos, qui vénerãt ad se, principes sacerdotũ ꝛ magistratus tẽpli, ꝛ seniores. ✠ Quasi ad latronẽ existis cũ gladijs ꝛ fustibus? Cũ quotidie vobiscũ fuerim in tẽplo, nõ extẽdistis manus in me. Sed hęc est hora vestra, ꝛ potestas tenebrarũ. C Cõprehendentes autẽ eũ, duxérunt ad domũ principis sacerdotũ. Petrus vero sequebatur euꝫ à longe. Accenso autẽ igne in medio atrij, ꝛ circunsedẽtibus illis, erat Petrus in medio eorũ. Quem cuꝫ vidisset ancilla quędã sedentem ad lumen, ꝛ eum fuisset intuita, dixit. S Et hic cum illo erat. C At ille negauit eũ, dicẽs. S Mulier non noui illum. C Et post pusillum alius videns eũ, dixit. S Et tu de illis es. C Petrus vero ait. S O homo, non sum. C Et interuallo facto, quasi horę vnius: alius quidaꝫ affirmabat dicens. S Verè ꝛ hic cũ illo erat. Nã ꝛ Galilęus est. C Et ait Petrus. S Homo nescio quid dicis. C Et continuò adhuc illo loquẽte, cantauit gallus. Et conuersus dominus respexit Petrũ. Et recordatus est Petrus verbi dñi, sicut dixerat: qꝛ prius quàm gallus cãtet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. Et viri qui tenebãt Jesum, illudebant ei, cędentes. Et velauérũt eũ: ꝛ percutiebant faciem eius: ꝛ interrogabãt eũ dicentes. S Prophetiza, quis est qui te percussit? C Et alia multa blasphemãtes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenérunt seniores plebis ꝛ principes sacerdotũ ꝛ scribę, ꝛ duxérunt illuꝫ in conciliuꝫ suũ, dicentes. S Si tu es Christus, dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vobis dixero, nõ credétis mihi: si autẽ ꝛ interrogáuero, nõ respondébitis mihi, neqꝫ dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis sedẽs à dextris virtutis dei. C Dixérunt autem omnes. S Tu

Tu ergo es filius dei? ℂ Qui ait. ✠ Vos dicitis, qr ego sum. ℂ At illi dixerūt. S Quid adhuc desideramus testimoniū? Ipsi eniz audiuim⁹ de ore eius. ℂ Et surgēs omnis multitudo eorū, duxērunt illū ad Pilatū. Cepērunt autē accusare illū, dicētes. S Hūc inuēnimus subuertentem gentē nostraz: ꝛ prohibentem tributa dari Cęsari: ꝛ dicentē, se Christum regē esse. ℂ Pilatus autez interrogauit eū, dicens. S Tu es rex Judęoruz? ℂ At ille respondens, ait. ✠ Tu dicis. ℂ Ait autez Pilatus ad principes sacerdotū, ꝛ turbas. S Nihil inuenio causę in hoc homine. ℂ At illi iualescebant. dicentes. S Cōmōuit populū, docens per vniuersaz Judęam, incipiens à Galilęa vsqz huc. ℂ Pilatus autez audiens Galilęā, interrogauit si homo Galilęus esset. Et vt cognouit ꝙ de Herodis potestate esset, remisit eū ad Herodez, q ꝛ ipse Jerosolymis erat illis diebus. Herodes autez viso Jesu, gauisus est valde. Erat eniz cupiens ex multo tēpore vidēre illū, eo ꝙ audierat multa de illo: ꝛ sperabat signuz aliquod vidēre ab eo fieri. Interrogabat autē illū multis sermonibus. At ipse nihil illi respōdebat. Stabant aūt principes sacerdotū ꝛ scribę cōstāter accusantes eū. Spreuit autem illū Herodes cum exercitu suo: ꝛ illusit indutū veste alba, remisit ad Pilatū. Et facti sunt amici Herodes ꝛ Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant adinuicē. Pilatus autē cōuocatis principib⁹ sacerdotū, ꝛ magistratibus, ꝛ plebe, dixit ad illos. S Obtulistis mihi hunc hominē, quasi auertentem populū: ꝛ ecce ego corā vobis interrogās, nullam causaz inuēnio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes. Naz remisi vos ad illuz: ꝛ ecce, nihil dignum morte actū est ei. Emendatum ergo illum dimittam. ℂ Necesse autez habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit autez simul vniuersa turba dicens. S Tolle hunc, ꝛ dimitte nobis Barabbam. ℂ Qui erat propter seditionem quandaz factam in ciuitate, ꝛ homicidiū, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad illos, volēs dimittere Jesuz. At illi succlamabāt, dicentes. S Crucifige, crucifige eum. ℂ Ille autez tertiò dixit ad illos. S Quid eniz mali fecit iste? Nullā causam mortis inuēnio in eo. Corripiam ergo illum, ꝛ dimittā. ℂ At illi instabāt vocib⁹ magnis postulātes vt crucifigeret: ꝛ inualescebant voces eoruz. Et Pilatus adiudicāuit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis euz, qui propter homicidiū ꝛ seditionē missus

sus fuerat in carcerē. quē petebāt. Jesū vero tradidit voluntati eorum. Et cū ducerent eū, apprehénderūt Simónē quēdā Cyrenensem venientem de villa, & imposuérunt illi crucem portare post Jesum. Sequebatur autē illū multa turba populi, & mulierū: q̄ plangebāt, & lamentabantur eū. Cōuersus autem Jesus ad illas, dixit. ✠ Filię Jerusalē, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, & sup filios vestros: Quoniā ecce venient dies, in quibus dicēt. Beatę stériles, & ventres qui non genuérunt, & úbera q̄ non lactauérūt. Tūc incipiens dicere mōtibus, cádite super nos: & cóllibus, operite nos. Quia si in viridi ligno hęc faciunt: in árido quid fiet? C. Ducebant aūt & alij duo nequam cū eo, vt interficerentur. Et postquā venérunt in locum qui vocatur Caluarię, ibi crucifixérunt eū: & latrones, vnū à dextris, & alterum à sinistris. Jesus autē dicebat. ✠ Pater dimitte illis: nō enim sciūt quid faciunt. C. Diuidentes vero vestimēta eius, misérunt sortes. Et stabat populus spectans, & deridebāt eum principes cū eis, dicentes. S. Alios saluos fecit: se saluū faciat, si hic est Christ⁹, dei elect⁹. C. Illudebant autē ei & milites accedentes, & acetum offerentes illi, & dicētes. S. Si tu es rex Judęorum, saluum te fac. C. Erat autem & superscriptio scripta super eū literis gręcis, & latinis, & hebraicis: Hic est rex Judęorū. Unus autē de his, q pendebāt latronibus, blasphemabat eū dicēs. S. Si tu es Christus, saluū fac temetipsum, & nos. C. Respondens aūt alter, increpabat eū dicens. S. Neque tu times deū, qui in eádē dānatione es? Et nos quidē iustè, nā digna factis recípim⁹: hic verò nihil mali gessit. C. Et dicebat ad Jesū. S. Dñe, memēto mei, cū véneris in regnū tuū. C. Et dixit illi Jesus. ✠ Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. C. Erat autē ferè hora sexta: & tenebrę factę sunt in vniuersā terrā, vsq; in horā nonā. Et obscuratus est Sol: & velū tēpli scissum est mediū. Et clamans Jesus voce magna, ait. ✠ Pater in manus tuas cōmēdo spiritū meū. C. Et hęc dicēs, expiráuit. Hic pausat ali quantulū, & genuflectit. Uidēs autē Centurio qd factū fuerat, glorificauit deū, dicēs. S. Uerè hic homo iust⁹ erat. C. Et oīs turba eorū, qui simul áderāt ad spectaculū istud, & videbāt q̄ fiebāt: percutientes pectora sua, reuertebant. Stabat aūt oēs noti eius à lōge: & mulieres, q̄ secutę erant eū à Galilęa, hęc vidētes.

Hic legitur in tono euangelij: & alia sunt vt supra.

ET ecce vir nomine Joseph qui erat decurio: vir bonus

bonus, et iust⁹: hic nō cōsenserat consilio et actibus eorū: ab Arimathia ciuitate Iudeę: qui expectabat et ipse regnū dei. Hic accessit ad Pilatū, et petijt corpus Iesu. Et depositū inuoluit sindone: et posuit eū in monumēto exciso, in quo nondum quisquā positus fuerat. Offert. Domine exaudi orationē meam, et clamor meus ad te perueniat: ne auertas faciem tuam à me. Secreta.

SUscipe, q̄s domine, munus oblatū, et dignanter opare: vt qd passionis filij tui dn̄i nr̄i mysterio gerim⁹, pijs effectibus cōsequamur. Per eū. do. Protege. vel Oblatis. Cōio. Potum meū cum fletu temperabā: quia eleuans allisisti me: et ego sicut fęnū arui: tu aūt dn̄e in ęternum permanes: tu exurgens misereberis Sion, quia venit tempus miserēdi eius. Post cōmu.

LArgire sensibus nostris omnipotēs deus: vt per tēporalē filij tui mortē, quā mysteria veneranda testatur, vitā te nobis dedisse perpetuā confidamus. Per eundē. vel Quę sumus. vel Hęc nos, q̄sumus. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

REspice, quęsumus dn̄e, super hanc familiam tuam: pro qua dominus noster Iesus Christus nō dubitauit manibus tradi nocentum, et Crucis subire tormentū. Qui tecum viuit etc.

psal. 101.

Feria quinta in Cena dn̄i. Statio ad sanctum Iohannem in Laterano. Introitus.



NOs autē gloriari oportet in Cruce domini nr̄i Iesu Christi, in quo est sal⁹, vita, et resurrectio nostra: per quem saluati, et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereat̄ nostri. Nos autē gloriari. Dicit̄ Gloria in excelsis. Et tūc pulsant̄ cāpanę, et deinceps nō amplius vsq; ad Sabbathum sanctum. Oratio. gal. 6.

DEus, à quo et Iudas reatus sui pęnam, et confessionis suę latro prēmium sumpsit: concede nobis tuę propitiationis effectum: vt sicut in passione sua Iesus Christus dn̄s noster diuersa vtrisque intulit stipēdia meritorū: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suę gratiā largiat̄. Qui tecū viuit. Et hęc oratio tantum dicitur.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

FRatres: Cōuenientibus vobis in vnū, iā nō est dn̄icā cęnā manducare. Vnusquisque enim cęnā suā presumit ad mādu cādū. Et alius quidē esurit: alius autē ebri⁹ est. Nūquid domos 1. c. 11.

non

non habetis ad manducandũ ꝛ bibẽdũ? Aut ecclesiã dei ↄtémnitis: ꝛ cõfúnditis eos, q nõ habẽt? Quid dicã vobis? Laudo vos. In hoc non laudo. Ego eniꝫ accépi à dño, qđ ꝛ tradidi vobis: quoniam dñs Jesus in qua nocte tradebať, accepit panẽ: ꝛ grãs agens fregit, ꝛ dixit. Accipite, ꝛ mánducate: hoc est corpus meũ qđ pro vobis tradetur. Hoc fácite in meam cómemorationeꝫ. Similiter ꝛ cálicẽ, postquam cęnauit, dicens. Hic calix nouum testamentuꝫ est in meo sanguine. Hoc fácite, quotiescunque bibétis, in meam cõmemorationẽ. Quotiescũque enim manducábitis panẽ hũc, ꝛ cálicem bibétis: morteꝫ domini annunciabitis, donec veniat. Itaque quicunque mãducáuerit panem, ꝛ bíberit calicem dñi indignè: reus erit córporis, ꝛ sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: ꝛ sic, de pane illo edat, ꝛ de cálice bibat. Qui eniꝫ mánducat, ꝛ bibit indignè, iudicium sibi mandúcat ꝛ bibit, non dijudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi ꝛ imbecilles: ꝛ dormiunt multi. Quòd si nos metipsos dijudicarémus: non útique iudicarẽmur. Dũ iudicamur auteꝫ: à domino corripimur: vt nõ cuꝫ hoc mundo damnemur. Gradua.

phi. 2. Christus factus est pro nobis obediẽs vsqꝫ ad mortẽ, morteꝫ auteꝫ crucis. ℣. Propter quod ꝛ deus exaltauit illũ: ꝛ dedit illi nomen, qđ est sup omne nomẽ.

Seq. sancti euãg. fm Johannẽ.



Ante diem festum paschę, sciens Jesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mũdo ad patreꝫ: cũ dilexisset suos, qui erant in mundo, in fineꝫ dilexit eos. Et cęna facta, cuꝫ diábolus iã misisset in cor: vt tráderet euꝫ Judas Simónis Iscariótes: sciens quia omnia dedit ei pater in manus, ꝛ quia à Deo exiuit, ꝛ ad Deũ vadit: surgit à cęna, ꝛ ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteũ, pręcinxit se. Deinde misit aquã in peluim, ꝛ cępit lauáre pedes discipulorũ, ꝛ extérgere linteo quo erat pręcinctus: Venit ergo ad Simónem Petrũ. Et dicit ei Petrus. Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Jesus, ꝛ dixit ei. Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem póstea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in ęternũ. Respondit ei Jesus. Si nõ láuero te non habebis partem mecũ. Dicit ei Simon Petrus. Domine, non tantum pedes meos, sed ꝛ man⁹ ꝛ caput. Dicit ei Jesus. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim

Jo. 13.

enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eorum, accepit vestimenta sua. Et cum recubuisset iterum, dicit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister, et domine: et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, dominus et magister: et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. Et dicit Credo.

Offerto. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltavit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed vivam: et narrabo opera domini. Secre.

Ipse tibi, quesumus, domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna traditione monstravit, Jesus Christus filius tuus, dominus noster. Qui tecum vivit etc. Prefatio de Cruce. Qui salutem humani generis. fol. 116. Infra actionem.

Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes, quo dominus noster Jesus Christus pro nobis est traditus. Sed et memoriam venerantes, in primis gloriose semperque virginis Marie, genitricis dei, et domini nostri Jesu Christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum Petri et Pauli, Andree, Jacobi, Johannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis, et Thadei: Lini, Cleti, Clementis, Xisti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Johannis et Pauli, Cosme, et Damiani, et omnium sanctorum tuorum: quorum meritis, precibusque concedas: ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen. Alia infra actionem.

Hanc igitur oblationem servitutis nostre, sed et cuncte familie tue, quam tibi offerimus ob diem, in quem dominus noster Jesus Christus tradidit discipulis suis corporis et sanguinis sui mysteria celebranda: quesumus domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas: atque ab eterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Quam oblationem tu deus in omnibus, quesumus, Benedictam ✠ Ascriptam ✠ Ratam ✠ Rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis Corpus ✠ et sanguis ✠ fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Jesu Christi. Alia infra actionem.

Qui pridie, quam pro nostra omniumque salute pateretur, hoc est, hodie: accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: et elevatis oculis in celum ad te. etc. Agnus dei dicitur: sed Pax non datur.

¶ Hodie

¶ Hodie reseruat sacerdos in loco honesto ⁊ cõuenienti vnã hostiã consecratã, p die sequẽti in quo nõ cõficitur: vel etiã plures, si necesse fuerit, p infirmis: sanguinẽ vero totũ sumit. Deinde fiat cõio: ⁊ postea cõplet mis. Cõio. Jo. 13. Dñs Jesus postquã cęnauit cũ discipulis suis, lauit pedes eorum, ⁊ ait illis: scitis quid fécerim vobis ego dominus ⁊ magister? exemplũ dedi vobis, vt ⁊ vos ita faciatis. Post cõm. Refecti vitalibus alimentis, quęsum⁹ dñe deus noster: vt quod tempore nostrę mortalitatis cultu exéquimur, tuę immortalitatis múnere consequamur. Per dñm. Et dr. Ite missa est. ¶ Finita missa, accédunt intortitia, ⁊ fit processio more solito. Celebrans genuflectit ante altare, imponit incẽsum in duobus thuribulis, ⁊ cũ altero incẽsat ter sacramẽtũ: deinde de manu diaconi accepto calice cũ sacramẽto, ⁊ cooperto extremitatib⁹ veli, quo eius humeri tegũtur, pcedit medius inter diaconũ à dextris, ⁊ subdiaconũ à sinistris sub baldachino, duobus acoluthis sacramẽtũ cõtinuè incensantibus vsq; ad locũ preparatũ, vbi pro crastino seruandũ est. Interea dũ fit processio cãtatur hymn⁹. Pange lingua gloriosi. Reposito sacramento, ⁊ rursus incẽsato, in choro dicant vesperę: postea sacerdos cũ ministris denudet altaria legendo añam, Diuiserũt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestẽ meã misérunt sortem. cum toto psalmo. Deus deus me⁹ respice in me.

¶ Post denudationẽ altariũ hora competenti, facto signo cũ tabula, cõueniunt Clerici ad faciẽdum mandatum. Superior abluit pedes inferioribus: tergit, ⁊ osculatur. Et interim hęc subscripta cantãtur; vel omnia, vel in parte pro dispositione cãtorum. Aña. Mandatũ nouũ do vobis: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, dicit dominus. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Et repetit immediate antipho. Mandatum nouum. Et sic alię antiphonę, quę habẽt psalmos, vel versus, repetunt. Et de quolibet psalmo nõ dicit nisi vnus versus. Antiphona. Postquã surrexit dominus à cęna, misit aquam in peluim, ⁊ cepit lauare pedes discipulorum suorũ: hoc exemplũ reliquit eis. Psalmus. Magnus dominus, ⁊ laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Antipho. Dominus Jesus postquam cęnauit cum discipulis suis, lauit pedes eorum, ⁊ ait illis: scitis quid fecerim vobis ego dominus ⁊ magister? exemplũ dedi vobis: vt ⁊ vos ita faciatis. Psalmus. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem

uitatem Jacob. Antiph. Dñe tu mihi lauas pedes? respōdit Jesus, & dixit ei: si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Uenit ergo ad Simonem Petruz, & dixit ei Petrus. Et repetitur antiph. Dñe, tu mihi lauas pedes? respondit Jesus, & dixit ei: si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecū. ℣. Quod ego facio tu nescis modò: scies autem postea. Tertio repetitur antiph. Domine, tu mihi lauas pedes? respondit Jesus, & dixit ei: si nō lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Si ego dominus, & magister vester laui vobis pedes: quanto magis debetis alter alterius lauare pedes? Psal. Audite hęc omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem. Aña. In hoc cognoscēt oēs, q̄ mei estis discipuli: si dilectionē habueritis adinuicem. ℣. Dixit Jesus discipulis suis. Antipho. Maneant in vobis fides, spes charitas: tria hęc: maior autem horuz est charitas. ℣. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hęc: maior horū est charitas. Antiphona. Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiaz suā. ℣. Benedicamus patrē, & filiū, cum sancto spiritu. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Aña. Ubi charitas & amor, deus ibi est. ℣. Congregauit nos in vnum Christi amor. ℣. Exultemus, & in ipso iucundemur. ℣. Timeamus, & amemus deuz viuum. ℣. Et ex corde diligamus nos syncero. Et repetitur aña. Ubi charitas & amor, deus ibi est. ℣. Simul ergo cum in vnū congregamur. ℣. Ne nos mēte diuidamur, caueamus. ℣. Cessent iurgia maligna, cessēt lites. ℣. Et in medio nostri sit Christ⁹ deus. Et repetit᷑ aña. Ubi charitas & amor, deus ibi est. ℣. Simul quoque cum beatis videamus. ℣. Glorianter vultū tuū Christe de⁹. ℣. Gaudiū quod est immensuz, atque probū. ℣. Sęcula per infinita sęculorum. Amen. Post lotionem, qui alijs abluit pedes, capite detecto dicit. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Tu mandasti mādata tua dñe. ℟. Custodiri nimis. ℣. Tu lauasti pedes discipulorum tuorum. ℟. Opera manuum tuarum ne despicias. ℣. Dñe exaudi orationez meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto dñe, quęsumus, officio seruitutis nostrę: & quia tu discipulis tuis pedes lauare dignatus es: ne despicias opera manuum tuarum, quę nobis retinenda mandasti: vt sicut hic nobis

nobis ⁊ à nobis exteriora abluū
tur inquinamēta: sic à te omniū
nostrū interiora lauentur pecca
ta. Quod ipse prestare digneris
qui viuis ⁊ regnas deus, per om
nia secula seculorū. ℟. Amen.

¶ Feria vj. in parasceue. Statio
ad sanctā Crucē in Jerusalem.



Finita nona, sacerdos ⁊ ministri induti vestimētis nigri coloris, ꝓcedūt sine luminaribus, ⁊ incenso, ⁊ ante altare prostrati aliquādiu orant. Interim acoluthi vnam tantum tobaleam extendunt super altare. Sacerdos cū ministris facta oratione accedit ad altare: deinde subdiaconus procedit ad legendum, ⁊ sine titulo incipit prophetiam.

Ose 6. Haec dicit dominus. In tribulatione sua mane cōsurgēt ad me. Venite, reuertamur ad dominum: quia ipse cepit, ⁊ sanabit nos: percutiet, ⁊ curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, ⁊ i die tertio suscitabit nos, ⁊ viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque, vt cognoscamus dn̄m. Quasi diluculū preparatus est egressus eius: ⁊ veniet quasi imber nobis tēporaneus ⁊ serotinus terre. Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Juda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: ⁊ quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in prophetis, occidi eos in verbis oris mei. Et iudicia tua, quasi lux egredient. Quia misericordiam volui, ⁊ non sacrificium: ⁊ scientiaȝ dei plusquaȝ holocausta. Trac.

Domine, audiui auditum tuum, ⁊ timui: consideraui opera tua, ⁊ expaui. aba. 3.
℣. In medio duorum animalium innotesces: dum appropinquauerint anni, cognosceris: dū aduenerit tēpus, ostēderis. ℣. In eo, dum cōturbata fuerit anima mea: in ira, misericordie memor eris. ℣. Deus à Libano veniet ⁊ sanctus de mōte vmbroso, ⁊ condenso. ℣. Operuit celos maiestas eius: ⁊ laudis eius plena est terra. Finito tractu sacerdos dicit Oremus. diaconus Flectamus genua. ⁊ subdiaconus Leuate.

Deus, à quo ⁊ Judas proditor reatus sui penam, ⁊ confessionis sue latro premiū sumpsit: concede nobis tue propitiationis effectuȝ: vt sicut in passione sua Jesus Christus dominus noster diuersa vtrisqȝ intulit stipendia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecuȝ viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorū. ℟. Amen.

In diebus illis. Dixit dn̄s ad Moysen ⁊ Aarō in terra Aegypti. Mensis iste vobis principiū mēsiū: primus erit in mensi- exo. 12.

mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cetuz filiorū Israel, 7 dicite ei. Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnū per familias, 7 domos suas. Sin autez minor est númerus, vt sufficere possit ad vescēduz agnū: assúmet vicinū suū, qui iunctus est domui sue: iuxta numerum animarū, que sufficere possunt ad esum agni. Erit autez agnus absq3 mácula, másculus annículus: iuxta quē ritū tolletis 7 hedū. Et seruabitis eum vsque ad quartādecimā diē mēsis huius. Immolabitq3 eū vniuersa multitudo filiorū Israel ad vesperā. Et sumēt de sanguine ei9: ac ponent super vtrunque postē, 7 in superliminaribus domoruz, in quibus cómedent illū. Et edent carnes nocte illa assas igni, 7 azymos panes cū lactúcis agrestib9. Non comedētis ex eo crudum quid, nec coctū aqua, sed assum tantū igni. Caput cum pedibus eius 7 intestínis vorábitis, 7 os eius nō cōfringetis: nec remanebit ex eo quicquaz vsque mane. Siquid residuū fuerit, igni comburētis. Sic autē comedētis illū. Renes vestros accingētis: 7 calciamenta habēbitis in pedibus: tenētes báculos in manibus: 7 comedētis festināter. Est enim phase (idest transitus) domini.

psal. 138. Tra. Eripe me domine ab homine malo: à viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauérunt malitias in corde, tota die constituebāt prelia. ℣. Acuérunt linguas suas sicut serpētes: venenū áspidū sub labijs eoruz. ℣. Custodi me dñe de manu peccatoris: 7 ab hominib9 iniquis libera me. ℣. Qui cogitauérūt supplātare gressus meos: abscōdérūt superbi láqueuz mihi. ℣. Et funes extendérunt in laqueum pedibus meis: 7 iuxta iter scandalū posuérunt mihi. ℣. Dixi dño, deus meus es tu: exaudi dñe vocem orationis mee. ℣. Dñe dñe virtus salutis mee: obumbra caput meū in die belli. ℣. Nec tradas me à desiderio meo peccatori: cogitauérunt aduersum me: ne derelinquas me: ne vnquá exaltent. ℣. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsoruz opériet eos. ℣. Verúntamen iusti confitebuntur nomini tuo: 7 habitabunt recti cum vultu tuo.

Finito tractu, passio super nudum pulpitum dicitur.

¶ Passio domini nostri Jesu Christi secundum Johannem.



In illo tēpore. Egressus est Jesus cum discipulis suis trans torrentem Cedrō, vbi erat hortus, in quē introiuit ipse, 7 discipuli eius. Sciebat autez 7 Judas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jesus conuénerat illuc cum discipulis suis. c. 18.

Judas

Judas ergo cum accepisset co-
hortem, ⁊ a pontificibus ⁊ pha-
risęis ministros, venit illuc cuz
laternis, facibus, ⁊ armis. Je-
sus itaqz sciens omnia, quę ven
tura erant super eum, processit,
⁊ dixit eis. ✠ Quem quęritis?
C Responderũt ei. S Jesuz
Nazarenum. C Dixit eis Je-
sus. ✠ Ego sum. C Stabat au
tem ⁊ Judas, qui tradebat euz,
cuz ipsis. Ut ergo dixit eis, ego
sum: abierunt retrorsum, ⁊ ceci-
derunt in terram. Iterum er-
go eos interrogauit. ✠ Quem
quęritis? C Illi autem dixe-
runt. S Jesum Nazarenum.
C Respondit Jesus. ✠ Dixi
vobis, quia ego sum. Si ergo
me quęritis, sinite hos abire.
C Ut impleretur sermo quem
dixit: qa, quos dedisti mihi non
perdidi ex eis quenquam. Si-
mon ergo Petrus habens gla-
dium, eduxit eũ: ⁊ percussit pon
tificis seruum: ⁊ abscidit auricu-
lam eius dexteram. Erat autem
nomen seruo Malchus. Dixit
ergo Jesus Petro. ✠ Mitte
gladium tuuz in vaginam. Ca-
licem quem dedit mihi pater,
non vis vt bibam illuz? C Co
hors ergo ⁊ tribunus ⁊ ministri
Judęorum comprehenderunt
Jesum, ⁊ ligauerunt eũ: ⁊ addu
xerunt eũ ad Annam primum.
Erat enim socer Caiphę: qui e-
rat pótifex anni illius. Erat au-
tem Caiphas, qui consiliuz de-


derat Judęis: quia expedit vnũ
hominez mori pro populo. Se
quebatur autem Jesuz Simon
Petrus, ⁊ alius discipulus. Di-
scipulus autem ille erat notus
pontifici: ⁊ introiuit cuz Jesu in
atrium pontificis. Petrus autẽ
stabat ad ostiuz foris: Exiuit er-
go discipulus ille, qui erat no-
tus pótifici: ⁊ dixit ostiarię: ⁊ in-
troduxit Petrũ. Dixit ergo Pe
tro ancilla ostiaria. S Nun-
quid ⁊ tu ex discipulis es homi
nis istius? C Dicit ille. S Nõ
suz. C Stabant autem serui ⁊
ministri ad prunas, quia frigus
erat, ⁊ calefaciebant se. Erat au-
tem cuz eis ⁊ Petrus stans ⁊ ca
lefaciens se. Pótifex ergo inter
rogauit Jesuz de discipulis suis
⁊ de doctrina eius. Respondit
ei Jesus. ✠ Ego palàz locutus
sum mundo. Ego semper docui
ĩ synagoga, ⁊ in tẽplo, quo om
nes Judęi conueniunt: ⁊ in oc-
culto locutus sum nihil. Quid
me interrogas? Interroga eos,
qui audierunt quid locutus suz
ipsis. Ecce, hi sciũt quę dixerim
ego. C Hęc autem cum dixis-
set, vnus assistens ministrorum
dedit alapam Jesu, dicens. S
Sic respõdes pontifici? C Re
spondit ei Jesus. ✠ Si male lo
cutus sum, testimoniuz perhibe
de malo: si autez bene, quid me
cędis? C Et misit eum Annas
ligatum ad Caipham pontifi-
cem. Erat autem Simon Pe-


trus stans, et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. S Nunquid et tu ex discipulis eius es? C Negauit ille, et dixit. S Non sum. C Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculá. S Nonne ego te vidi in horto cum illo? C Iterum ergo negauit Petrus: et statim gallus cantauit. Adducunt ergo Jesum à Caipha in pretorium. Erat autem mane. Et ipsi non introiérunt in pretorium, vt non contaminarentur: sed vt manducarét pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, et dixit. S Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? C Respondérunt, et dixérunt ei. S Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. C Dixit ergo eis Pilatus. S Accipite eum vos, et secundum legem vestram iudicate eum. C Dixérunt ergo ei Judei. S Nobis nó licet interficere quenquam. C Ut sermo Jesu impleretur, qué dixit, significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum Pilatus in pretorium, et vocauit Jesum, et dixit ei. S Tu es rex Judeorum? C Respondit Jesus. ✠ A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixérunt de me? C Respondit Pilatus. S Nunquid ergo Judeus sum? Gens tua, et pontifices tradidérunt te mihi. Quid fecisti? C Respondit Jesus. ✠ Regnum meum non est de hoc mũdo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt nó tráderer Judeis. Nunc autem regnũ meũ nó est hinc. C Dixit itaque ei Pilatus. S Ergo rex es tu? C Respondit Jesus. ✠ Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. C Dicit ei Pilatus. S Quid est veritas? C Et cũ hoc dixisset, iterum exiuit ad Judeos, et dicit eis. S Ego nullá inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha. Uultis ergo dimittá vobis regem Judeorum? C Clamauérunt rursum omnes dicentes. S Non hunc, sed Barabbam. C Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, et flagellauit. Et milites plectentes coroná de spinis, imposuérunt capiti eius: et veste purpúrea circundedérunt eum. Et veniebant ad eum, et dicebant. S Aue Rex Judeorũ. C Et dabant ei álapas. Exiuit iterum Pilatus foras, dicit eis. S Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio. C Exiuit ergo Jesus portás spineam coroná, et purpureũ vestimentũ. Et dicit

erit eis. S Ecce homo. C Cuz ergo vidissent eum pontifices ꝛ ministri, clamabāt, dicētes. S Crucifige, crucifige euz. C Dicit eis Pilatus. S Accipite eū vos: ꝛ crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo causam. C Responderunt ei Judęi. S Nos legem habemus: ꝛ secunduz legem debet mori, quia filiuz dei se fecit. C Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prętoriū iterum: ꝛ dicit ad Jesum. S Unde es tu? C Jesus autē responsuz non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S Mihi non loqueris? Nescis, quia potestatē habeo crucifigere te, ꝛ potestatē habeo dimittere te? C Respondit Jesus. ✝ Non haberes potestatem aduersuz me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. C Et exinde quęrebat Pilatus dimittere eum. Judęi autem clamabant, dicentes. S Si hunc dimittis, non es amicus Cęsaris. Omnis enim qui se regē facit contradicit Cęsari. C Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum: ꝛ sedit ꝓ tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraicè autem Gabbatha. Erat autem parasceue paschę, hora quasi sexta. Et dicit Judęis. S Ecce rex vester. C Illi autem clamabant. S Tolle, tolle, crucifige eū. C Dicit eis Pilatus. S Regē vestrum crucifigam? C Responderunt pōtifices. S Nō habemus regem, nisi Cęsarem. C Tunc ergo tradidit eis illuz, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Jesum: ꝛ eduxerunt. Et baiulans sibi crucem, exiuit in euz qui dicitur Caluarię locum: hebraicè autem Golgota: vbi eū crucifixerunt: ꝛ cū eo alios duos hinc ꝛ hinc mediū autē Jesum. Scripsit autem ꝛ titulum Pilatus, ꝛ posuit super crucem. Erat autē scriptum, Jesus Nazarenus rex Judęorum. Hūc ergo titulum multi legerunt Judęorum: quia propè ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Jesus. Et erat scriptuz hebraicè grecè, ꝛ latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Judęoruz. S Noli scribere, rex Judęorū: sed quia ipse dixit: Rex suz Judęoꝝ. C Respōdit Pilatus. S Quod scripsi scripsi. C Milites ergo cū crucifixissent eum, acceperūt vestimēta eius (ꝛ fecerunt quatuor partes, vnicuiqz militi partem) ꝛ tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper cōtexta per totuz. Dixerunt ergo ad inuicē. S Non scindamus eā, sed sortiamur de illa cuiꝰ sit. C Ut scriptura impleretur dicēs. Partiti sunt vestimenta mea sibi: ꝛ in vestem meā miserūt sortem. Et milites quidem hęc fecerunt.

runt. Stabant autem iuxta crucem Jesu mater eius, et soror matris eius, Maria Cleophe, et maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem, et discipulum stantem quem diligebat, dicit matri sue. ✠ Mulier, ecce filius tuus. C Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eam discipulus in suã. Postea sciens Jesus, quia iam omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit. ✠ Sitio. C Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spóngiam plenam aceto, hyssópo circumponentes, obtulérunt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit. ✠ Consummatum est. C Et inclinato capite trádidit spiritũ. Hic pausatur aliquantulum, et genuflectitur. Judei ergo, quoniam parascéue erat, vt non remanérent in cruce córpora sabbatho, (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauérunt Pilatum vt frangerentur eorũ crura, et tollerentur. Venérunt ergo milites: et primi quidem fregéruut crura, et altérius qui crucifixus est cum eo. Ad Jesuz autem cũ venissent, vt vidérunt eũ iam mortuum, non fregérunt eius crura, sed vnus militũ lancea latus eius apéruit, et cõtinuò exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimoniũ perhibuit: et verum est testimoniũ eius. Et ille scit quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt enim hec, vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbũt in quem transfixerũt. Hic legitur in tono euangelij sine incenso, luminaribus, et benedictione.

Post hec autẽ rogauit Pilatum Joseph ab Arimathia (eo quòd esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judeorum) vt tólleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodémus, qui vénerat ad Jesum nocte primum, ferens mixturam myrrhe et áloes, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Jesu, et ligauérunt illud linteis cum aromátibus, sicut mos est Judeis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus: et in horto monumentũ nouuz, in quo nonduz quisquã positus erat. Ibi ergo ꝓpter parascéuen Judeorum, quia iuxta erat monumentum, posuérunt Jesum. Deinde sacerdos stans in cornu epistole, incipit absolute.





Deus



Diaconus. Flectamꝰ genua.

Subdiaconus ℟. Leuate.

Oratio cantatur in tono feriali orationis missę. Hic modus seruatur in subsequentibus.

M. N. R.

OMnipotens sempiterne Deus: qui gloriam tuam omnibus in Christo gẽtibus reuelasti: custodi opera misericordię tuę: vt ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in confessione tui nominis perseuéret. Per eundem dñm nostruz Jesum Christum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat, in vnitate spiritus sancti deus, Per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

ORemus ⁊ pro beatissimo Papa nostro N. vt Deus ⁊ dominus noster, qui elégit eũ in ordine episcopatus, saluum atq; incólumem custódiat ecclesię suę sanctę, ad regendum populum sanctum dei. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, cuius iudicio vniuersa fundantur: respice propitius ad preces nostras: ⁊ electũ nobis antistitẽ tua pietate conserua: vt Christiana plebs, quę te gubernatur auctore, sub tanto pontifice, credulitátis suę meritis augeatur. Per dominum nostrum. Responso. Amen.

ORemus ⁊ pro omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, acoluthis, exorcistis, lectoribus, ostiarijs, confessoribus, virginibus, viduis: ⁊ pro omni populo sancto Dei. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne deus, cuius spiritu totum corpus ecclesię sanctificatur, ꝛ regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratię tuę munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dn̄m nostruz. ℟. Amen.

Oremus ꝛ pro Christianissimo Imperatore nostro N. vt Deus ꝛ dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad nostraz perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne deus, in cuius manu sunt omniuz potestates, ꝛ omniū iura regnoꝝ: respice ad Romanū benignus imperiuz: vt gentes, quę in sua feritate cōfidunt, potentię tuę dexterę cōprimantur. Per dn̄m nostruz. ℟. Amen.

Oremus ꝛ pro catechumenis nostris: vt Deus ꝛ dominus noster adaperiat aures precordiorū ipsorū, ianuámq; misericordię: vt per lauácrū regenerationis, accepta remissione omnium peccatorū, ꝛ ipsi inueniantur in Christo Jesu domino nostro. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne deus: qui ecclesiam tuā noua semp ꝓle fęcūdas: auge fidē ꝛ intellectuz cathechumenis nr̄is: vt renati fonte baptismatis, adoptionis tuę filijs aggregentur. Per dominuz. ℟. Amen.

Oremus, dilectissimi nobis, deum patrem omnipotentem, vt cunctis mundum purget erroribus: morbos áuferat: famem depellat: aperiat cárceres: vincula dissoluat: peregrinantibus réditum, infirmatibus sanitaté, nauigantibus portū salutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne deus, męstorū consolatio, laborantiū fortitudo: ꝑueniant ad te preces de quacunq; tribulatione clamātiū: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per dn̄m nostruz. ℟. Amen.

Oremus ꝛ pro hęreticis, ꝛ schismaticis: vt Deus ꝛ dominus noster eruat eos ab erroribus vniuersis: ꝛ ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne deus, qui saluas omnes, ꝛ neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni hęretica prauitate deposita, errantium corda resipiscant: ꝛ ad veritatis tuę redeant vnitatem. Per dn̄m nostrum. Responso. Amen.

Oremus ꝛ pro perfidis iudeis: vt deus ꝛ dn̄s noster áuferat velamen de cordib⁹ eorum:


rum: vt ꝛ ipsi agnoscant Jesum Christū dñm nr̄m. nō respōdetur Amen. sed statim dicitur.

OMnipotens sempiterne deus, qui etiam Judaicaꝫ perfidiā à tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcęcatione deferimus: vt, agnita veritatis tuę luce, quę Christus est, à suis tenebris eruantur. Per eundem dñm no. ℟. Amen.


OREmus ꝛ pro paganis: vt deus omnipotēs auferat iniquitatem à cordibus eorum: vt relictis idolis suis, cōuertantur ad deum viuum ꝛ verum, ꝛ vnicum filium eius Jesuꝫ Christum Deum ꝛ dominū nostrū: cum quo viuit ꝛ regnat cum spiritu sancto Deus, Per omnia sęcula sęculorum. Non respondetur Amen. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens sempiterne deus, qui nō mortem peccatorum, sed vitā semper inquiris, suscipe propitius orationeꝫ nostram: ꝛ libera eos ab idolorū cultura: ꝛ aggrega ecclię tuę sanctę, ad laudē ꝛ gloriā nominis tui. Per dñm. ℟. Amen.

¶ Completis orationibus, sacerdos deposita casula, ꝓcedit ad cornu epistolę ꝛ ibi in posteriori parte anguli altaris accipit crucē à ministris sibi pręparatā: quā versa facie ad chorū, à summitate parum discooperit, incipiens solus antiphonā. Ecce lignuꝫ crucis. Ab illo loco in antea iuuatur in cantu à ministris vsqꝫ ad Uenite adorem⁹. Choro vero cantante Uenite adoremus, omnes se prosternunt. Deinde procedit ad anterioreꝫ parteꝫ anguli eiusdē cornu epistolę: ꝛ discooperiens amplius crucē, eleuās eā paulisper alti⁹, quāꝫ primò, incipit Ecce lignū crucis. Aliis cantātib⁹ ꝛ adorātibus, vt supra. Deinde sacerdos procedit ad mediū altaris, ꝛ discoopériēs crucē totaliter, ac eleuādo eā tertiò alti⁹ incipit Ecce lignū Crucis. Alijs cātantibus ꝛ adorātib⁹, vt supra. Postea sacerdos deponit crucem in loco ad hoc pręparato ante altare.


Ecce lignum cru cis,


in quo salus mun di pe-


pendit. Chorus. ℟. Ue-


ni te a dore mus.

Deinde deponit calceamēta: ꝛ accedit ad adorandū Crucē, ter genua flectēs ante deosculationē crucis. Hoc facto, reuertit. ꝛ acci-

accipit calceamēta, et clausulam, postmoduz ministri altaris, deinde alij, ter genibus flexis, vt dictuz est, crucē adorant. Interim dū fit adoratio cantātur improperia, et alia que sequunt totaliter, vel in parte, ꝓut multitudo adorantium, vel paucitas requirit, hoc modo. Duo cātores cantant in medio chori ℣. Populi meus. vsque ad Agios ótheos. ℣. Popule me⁹ quid feci tibi? aut in quo cōtristaui te? responde mihi. ℣. Quia eduxi te de terra Aegypti: parasti crucez saluatori tuo. Unus chorus cantat, Agios ótheos. Alius chorus respōdet. Sāctus deus. Primus chor⁹. Agios ischyros. Secundus chorus. Sanctus fortis. Primus chorus. Agios athanátos eleison imas. Secūdus chorus. Sāctus et immortalis miserere nobis. Postea duo de secundo choro cātant ℣. Quia eduxi te per desertuz quadraginta annis: et māna cibaui te, et introduxi te in terrā satis optimā. Chori respōdent alternatim. Agios ótheos. etc. Sanctus Deus, etc. Ita tamen, quod primus chorus semper repetit Agios. Deinde duo de primo choro cantāt ℣. Quid vltra debui facere tibi, et nō feci? Ego quidez plantaui te vineā meā speciosissimā: et tu facta es mihi nimis amara: aceto nanqz sitim meaz potasti: et lancea ꝑforasti latus saluatori tuo. Itē chori alternatim respōdēt. Agios ótheos. Sanctus. etc.

¶ Uersus sequētis improperij a duob⁹ cātorib⁹ alternatim cantantur vtroqz choro simul repetēte post quēlibet versum. Popule me⁹. vsqz ad Quia eduxi te.

¶ Incipiunt improperia. Duo de secūdo choro cātant ℣. Ego propter te flagellaui Aegyptuz cū primogenitis suis: et tu me flagellatū tradidisti. Chorus repetit. Popule meus. Duo de primo choro, ℣. Ego eduxi te de Aegypto, demerso Pharaone in mare rubrū: et tu me tradidisti principib⁹ sacerdotuz. Chorus. Popule meus. Duo de secūdo choro, ℣. Ego añ te apérui mare: et tu aperuisti lācea lat⁹ meū. Chorus. Popule me⁹. Duo de primo choro, ℣. Ego añ te preiui in colūna nubis: et tu me duxisti ad pretoriū Pilati. Chorus. Popule meus. Duo de secūdo choro, ℣. Ego te paui manna ꝑ desertū: et tu me cecidisti álapis, et flagellis. Chor⁹. Pple meus. Duo de primo choro, ℣. Ego te potaui aqua salutis de petra: et tu me potasti felle, et aceto. Chorus. Popule meus. Duo de secundo choro, ℣. Ego ꝓpter te Cananeorū reges ꝑcussi: et tu ꝑcussisti arūdine caput meū. Chorus. Popule me⁹. Duo de primo choro, ℣. Ego dedi tibi sceptrum regale: et tu dedisti capiti meo spineā coronam. Chorus.

Po-

Popule meus. Duo de secundo choro, ℣. Ego te exaltaui magna virtute: et tu me suspendisti in patibulo crucis. Chorus. Popule meus. Sequens añā. Crucem tuā adoramus. cuz psalmo Deus misereat nostri. cantatur cōiter: et repetit immediate añā. post ℣. Añā. Crucē tuam adoramus dñe: et sanctam resurrectionē tuā laudamus, et glorificamus. Ecce enim propter lignū venit gaudium in vniuerso mundo. ps. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultū suū sup nos, et misereatur nostri. Deinde hym. Crux fidelis. Cū versibus hymnorū sequentiuz. Pāge lingua. Lustris sex qui iam. Et cuz repetitionibus: vt inferius ponuntur pro dispositione cantorum. Hymnus.

Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis: nulla sylua talē profert fronde, flore, germine. Dulce lignū, dulces clauos, dulce pondus sustinet. Hymnus.

Pange lingua gloriosi prelii certaminis, et super crucis tropheo dic triumphum nobilem, qualiter redēptor orbis immolatus vicerit. Repetitur Crux fidelis. vsqz Dulce lignū. Et sic fit quoties. Repetit Crux fidelis. ℣. De parentis protoplasti fraude factor condolens: quando pomi noxialis morsu in mortē corruit: ipse lignum tūc notauit, dāna ligni vt solueret. Repetit Dulce lignū. ℣. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars vt artē falleret: et medelā ferret inde, hostis vnde leserat. Repetit Crux fidelis. ℣. Quādo venit ergo sacri plenitudo temporis, missus est ab arce patris natus, orbis cōditor: atqz vētre virginali caro factus prodiit. Repetit Dulce lignum. ℣. Vagit infans inter arcta cōditus presepia: mēbra pannis inuoluta virgo mater alligat, et manus, pedesque, et crura stricta cingit fascia. Repetit Crux fidelis. Alius hymnus.

Lustris sex qui iā peractis, tēpus implēs corporis: se volente natus ad hoc passioni deditus, agnus in cruce leuatur, immolādus stipite. Repetitur Dulce lignū. ℣. Hic acetū fel, arūdo, sputa, claui, lancea: mite corpus pforatur: sanguis, vnda profluit: terra, pōtus, astra mundus quo lauātur flumine. Repetit Crux fidelis. ℣. Flecte ramos arbor alta: tensa laxa viscera: et rigor lentescat ille, quē dedit natiuitas: vt superni membra regis mitī tēdas stipite. Repetitur Dulce lignum. ℣. Gloria et honor deo vsquequaqz altissimo, vna patri, filioqz, inclyto paraclito, cui laus est et potestas, per eterna secula. Amen.

¶ Circa fine adorationis Crucis, accenduntur candele super altare: et Diaconus, accipiēs bursam

sant corporaliū, extendit corporale more solito: & finita adoratione, Crucē reuerēter accipit, & reportat ad altare. Postea ordinat processio ad locū, vbi pridie Sacramētū repositum fuerat. Precedit crux inter duos acoluthos deferentes candelabra cū cereis accēsis, & Clerus per ordinē, vltimus Sacerdos cū ministris. Cū peruētū fuerit ad locū Sacramenti, accendunt intortia: quę nō extinguant nisi post sumptionē Sacramenti: & sacerdos genuflectit ante Sacramentū, & orat aliquātulū: diaconus interim aperit capsulam, in qua reconditum est corpus Dñi: postea Sacerdos imponit incensum in duobus thuribulis, diacono nauiculam ministrante, & genuflexus incensat Sacramentū: Deinde diaconus extrahēs calicē cū Sacramento de capsula, dat ad manus Sacerdotis, & tegit extremitatibus veli, quod humeros sacerdotis circundat: & procedūt ordine quo venerūt: deferk baldachinū super Sacramētū: & duo acoluthi cū thuribulis cōtinuè Sacramētū incensant: interim cantatur hymnus. **Vexilla regis.** Cū venerit Sacerdos ad altare, posito super illud Sacramēto, genuflex⁹, rursus incēsat, & accedens ponit hostiā super patenā, quā diaconus tenet: deinde accipiēs patenam cū sacramento de manu diaconi, hostiā sacrā pōnit super corporale nihil dicēs: interim diaconus imponit vinū in calicē, & subdiacon⁹ aquā: sacerdos accipiēs calicē à diacono, ponit sup altare nihil dicēs, & diaconus illū cooperit: deinde imponēs incēsū in thuribulo, incēsat oblata & altare more solito, dicens

Incēsum istud à te benedictū, ascendat ad te Dñe: & descendat sup nos misericordia tua. Cum incensat altare, dicit,

Dirigatur domine oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo: eleuatio manū mearum sacrificiū vespertinū. Pone domine custodiam ori meo, ostium circūstantię labijs meis: vt nō declinet os meū in verba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis. Quādo reddit thuribulum diacono, dicit

Accēdat in nobis Dñs ignē sui amoris, & flammā ęternę charitatis. Amen. Postea lauat manus, nihil dicēs: deinde in medio altaris inclinat⁹ dicit

In spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur Dñe à te: & sic fiat sacrificiū nostrū, in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi domine Deus.

Deinde versus ad pplm, dicit:

Orate fratres, vt meum ac vestrum sacrificium, acceptabile fiat apud Deum patrē omnipotentem. Consequenter, omissis alijs, dicit

Ore-

Oremus. Preceptis salutaribus moniti: et diuina institutione formati, audemus dicere.

Pater noster, qui es in celis: sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in celo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

Sacerdos sub silentio dicto amen. in eadem voce qua dixit Pater noster, absolute sine Oremus. in tono orationis misse dicit.

Libera nos, quesumus domine, ab omnibus malis, preteritis, presentibus, et futuris: et intercedente beata et gloriosa, semper virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus sanctis: da propitius pacem in diebus nostris: ut ope misericordie tue adiuti, et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Tunc celebrans facta reuerentia usque ad terram: sacramentum in dextera accipit, et eleuat ut videri possit a populo: et statim diuidit in tres partes, quarum vltimam mittit in calicem more solito, nihil dicens Pax domini, non dicitur, nec Agnus dei, neque pacis osculum datur. Postmodum pretermissa oratione. Domine Jesu. quia facit mentionem de pace: et oratione Domine Jesu christe fili dei viui. fo. 130. que facit mentionem de sanguine: dicit tantum orationem sequentem

Per-

Perceptio corporis tui domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere presumo, non mihi proueniat in iudiciuz et cōdemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelā percipiendam. Qui viuis et regnas cuz Deo patre, in vnitate etc. Accipit patenam cū corpore Christi: et cum maxima humilitate et reuerentia dicit Panem celestem accipiā, et nomen dn̄i inuocabo. Percutiat pectus suuz, ter dicens. Dn̄e, non suz dignus, vt intres sub tectū meum: sed tātum dic verbo, et sanabit anima mea. Postea signat se sacramento, dicens Corpus dn̄i nostri Jesu Christi, custodiat animaz meam in vitam eternam. Amen. Tunc sumit corpus reuerēter. Deinde omissis omnibus, que dici solēt ante sumptionez calicis: immediatè particulaz hostie cuz vino reuerenter sumit de calice. Postea, more solito facta ablutione digitorū, in medio altaris inclinatus, dicit Quod ore sumpsimus, dn̄e, pura mēte capiamus: et de munere temporali fiat nobis remediū sempiternum. Non dicitur Corpus tuuz domine nec Postcōio. nec Placeat tibi. nec datur benedictio: sed facta purificatione, Sacerdos cum ministris discedit: et dicūtur vespere sine cantu, et denudatur altare.

¶ Sabbatho sancto. Statio ad sanctū Johannē in Laterano.



Hora competenti coope riūtur altaria, et dicuntur hore. Interim excutit ignis de lapide, et accēditur. Dicta Nona, sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, et pluuiali violaceo, astantibus sibi ministris cū cruce, aqua benedicta, et incenso, benedicit nouum ignem, dicens ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui p filiuz tuū, angularē scilicet lapidē, claritatis tue fidelibus ignē contulisti productū ex silice, nostris, profuturū vsibus: nouū hunc ignē san✠ctifica: et cōcede nobis: ita, per hec festa paschalia, celestibus desiderijs inflāmari: vt ad perpetue claritatis, puris mētibus, valeamus festa pertingere. Per eundē Christuz dn̄m nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Domine deus, pater ops, lumē indeficiens, et sancte cōditor oīuz luminū bene✠dic hoc lumen, quod a te sanctificatum atqz benedictum: qui illuminasti omnē mundū: vt ab eo lumine accēdamur, atqz illuminemur igne claritatis tue: vt sicut illuminasti Moysen exeūtē de Aegypto: ita illumines corda et sensus nr̄os: vt ad vitā eternam

ria⁊ mereamur peruenire. Per Chřm d. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pater oīps, eterne deus: benedicentibus nobis hunc ignem in nomine tuo, ⁊ vnigeniti filij tui, dei ac dñi nostri Jesu Christi, ⁊ spūs sancti, cooperari digneris: ⁊ adiuua nos. Qui viuis ⁊ regnas cū eodem vnigenito tuo ⁊ spū sctō Deus, Per oīa secula seculo⁊. ℟. Amē. Deinde benedicit quinque grana incensi ponēda in cereo: dicēs hanc orationē. Oratio.

Veniat, qs, oīps Deus, sup hoc incensum larga tue bene✠dictionis infusio: ⁊ hunc nocturnū splendorē inuisibilis regenerator accende: vt non solū sacrificiū, quod hac nocte litatū est, arcana luminis tui admistione refulgeat: sed in quocunque loco huius sanctificationis mysterio fuerit deportatuz expulsa diabolice fraudis nequitia, virtus tue maiestatis assistat. Per Christū dñm. ℟. Amen. Dū bñdicit incēsum, acoluthus assumēs de carbonib⁹ bñdictis ponit in thuribulo. Finita vero bñdictione incēsi, sacerdos icensū ⁊ ignē bñdictū aspergit aqua bñdicta: ⁊ de nauicula posito incenso in thuribulo, inde adolet predicta grana incensi, ⁊ ignem bñdictū. Interiz oīa luminaria ecclesie extinguunt: vt de igne bñdicto postmodū accendant.

¶ Deinde Diaconus indutus dalmatica albi coloris, accipit arūdinē cū tribus cādelis in summitate illi⁹ triangulo distinctis. Precedit thuriferari⁹ cū acolutho deferente in vase qnqz grana incēsi. Sequit Subdiacon⁹ cū cruce, ⁊ clerus p ordinez: deinde Diacon⁹ cū arūdine, post eū Celebrans. Cū diaconus ingressus est ecclesiā, inclinat arūdinē, ⁊ acoluthus deferens candelā accensam de nouo igne, accendit vnā ex illis trib⁹ cādelis desuper positis: ⁊ Diaconus eleuās arundinē genuflectit, similiter ⁊ oēs alij cū eo: ⁊ cātat sol⁹. Lumen Christi. ℟. Deo gratias. Procedens deinde ad mediū Ecclesie, ibi accenditur alia cādela: ⁊ iterū genuflexus, vt supra altius cātat Lumen Christi. ℟. Deo gratias. Tertio procedit ante altare, vbi accēditur tertia candela, ⁊ rursus genuflexus vt prius, adhuc altius dicit. Lumen Christi. ℟. Deo gratias Deinde dat arūdinē vni Acolutho: ⁊ accipiēs librū, petit a celebrante benedictionem, vt fit ad Euangeliū: postea vadit ad pulpituz, ⁊ ponit super eo librum, ⁊ incensat. A dextris Diaconi stēt Subdiacon⁹ cū cruce, ⁊ Thuriferarius: a sinistris duo Acoluthi, ille qui tenet arūdinē, ⁊ alt⁹ tenēs in vase quinqz illa grana incēsi benedicti figēda in cereo. Tunc surgentibus ⁊ stantibus omnibus, Diaconus cantat.

Exultet



Xultet iam angelica turba celorũ: Exultent diuina mysteria: & pro tãti regis victoria, tuba insonet salutaris. Gaudeat & tellus tantis irradiata fulgoribus: & eterni regis splendore illustrata, totius orbis se sentiat amisisse caligi nem. Letetur & mater ecclesia, tanti luminis adornata fulgoribus: & magnis populorũ vocib⁹ hec au la resultet. Qua propter astantes vos fratres charissimi, ad tã miraз huius sancti luminis claritateз, vnà mecum, queso, dei omnipotẽtis misericordiam inuoca te. Ut qui me nõ meis meritis intra Leuitarum numeruз dignat⁹ est aggregare: luminis sui claritatem infundẽs,

cerei

cerei huius laudẽ implere

per ficiat. Per dominum

nostrũ Jesum Christum fi-

lium suuz: qui cum eo viuit ꝛ

regnat in vnitate spiritus san-

cti De⁹, Per omnia secula

seculorum. ℟. Amen. ℣.

Dominus vobiscum. ℟.

Et cum spiritu tuo. ℣. Sur-

sum corda. ℟. Habemus

ad dominum. ℣. Gratias

agam⁹ domino Deo nostro.

℟. Dignum ꝛ iustum est.

Verè dignum ꝛ iustum est,

inuisibilem Deum patrem

omnipotentem, filiúmque

eius vnigenitũ, dñm nostruz

Jesum Christũ, toto cordis

ac mentis affectu, ꝛ vocis mi-

nisterio psonare. Qui pro no-

bis ęterno patri Adę debituz

soluit: ꝛ veteris piaculi cautio-

nem

nem pio cruore detersit. Hęc
sũt enim festa paschalia, in q̃-
bus verus ille agnus occidit,
cuius sanguine postes fideliũ
consecrantur. Hęc nox est,
in qua primũ patres nostros,
filios Israel, eductos de Aegy-
pto mare rubrũ sicco vestigio
trãsire fecisti. Hęc igitur nox
est, quę peccatorũ tenebras.
colũnę illuminatiõe purgauit.

Hęc nox est, quę hodie p̃ v-
niuersum mundũ in Christo
credẽtes, à vitijs sęculi, & cali-
gine peccatoruz segregatos,
reddit gratię, sociat sanctita-
ti. Hęc nox est, in qua destru-
ctis vinculis mortis, Christ9
ab inferis victor ascẽdit. Ni-
hil eniz nobis nasci, pfuit, nisi
rẽdimi profuisset. O mira cir-
ca nos tuę pietatis dignatio.
O inęsti-

O inestimabilis dilectio charitatis: ut servum redimeres, filiu tradidisti. O certè necessariu Adę peccatu, quòd Christi morte deletum est. O felix culpa, quę talem ac tantu meruit habere redéptoré. O verè beata nox, quę sola meruit scire tempus & horam, in qua Chrs ab inferis resurrexit. Hęc nox est, de qua scriptu est: & nox sicut dies illuminabitur: & nox illuminatio mea in delicijs meis. Huius igitur sanctificatio noctis fugat scelera, culpas lavat: & reddit innocentiam lapsis, & męstis lętitiam. Fu gat odia, concor diam pa rat, & cur vat impe ria.

Hic diaconus infigit quinque grana incensi benedicti in cereo in modum Crucis.

In huius igitur noctis gratia, suscí-

suscipe sancte pater incensi hu-
ius sacrificium vespertinum:
quod tibi in hac cerei oblatio-
ne solenni, per ministrorum
manus, de operibus apum:
sacrosancta reddit ecclesia.
Sed iam columnę huius
pręconia nouimus, quam in
honorem Dei rútilans
ignis accendit.

Hic Diaconus accendit cereum.

Qui licet sit diuisus in partes,
mutuati tamen luminis de-
trimēta nō nouit. Alitur enim
liquātibus ceris, quos in sub-
stantiā pręciosę huius lāpadis
apis mater eduxit.

Hic accenduntur lampades.

O verè beata nox, quę ex-
poliauit Aegyptios, ditauit
Hebręos. Nox in qua terre-
nis cęlestia, humanis diuina iū-
gūtur. Oramus ergo te dn̄e:
vt cereus iste in honore tui
nominis

nominis cōsecratus, ad noctis
huius caliginem destruendā,
indeficiens perseueret. Et in
odorem suauitatis acceptus,
supernis luminaribus miscea-
tur. Flāmas eius lucifer ma-
tutinus inueniat. Ille inquam
lucifer, qui nescit occasum.
Ille qui regressus ab inferis,
humano generi se re nus
illuxit. Precamur ergo te
D. N. R.

domine: vt nos famulos
tuos, omnémque clerum, & de-
uotissimum populum: vnà
cum beatissimo Papa nostro
N. & Antistite nostro N.
quiete tēporum cōcessa, in his
paschalibus gaudijs, assidua
protectione regere, guber-
nare, & conseruare digneris.
Respice etiam ad deuotissi-
mum Imperatorem nostrum
N. & N. cuius

℟. cuius tu Deus deside-
rij vota prenoscens, ineffa-
bi li pietatis, & mi se ri-
cordie tue munere
tranquillũ perpetue pacis
accõmoda: & celestem victo-
riam cum omni populo suo.
Per eundem dominũ nostrũ
Jesum Christum filiũ tuũ,
qui tecum viuit, & regnat in
vnitate spiritus sancti deus,
per omnia secula seculorum. amē.

¶ Completa benedictionē cerei, Diaconus depositis albis, sumit violacea paramēta, & vadit ad celebrāte. Postea leguntur prophetie sine titulo: & in fine prophetiarum dicuntur orationes modo subscripto.

¶ Prophetia prima.

Gene. i.



In principio creauit deus celum, & terrā. Terra autem erat inanis, & vacua: & tenebre erant super faciē abyssi: & spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitque Deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem, quod esset bona: & diuisit lucē à tenebris. Appellauitque lucē, diem: & tenebras, noctem. Factúmque est vespere, & mane dies vnus. Dixit quoque deus. Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuisitque aquas, que erāt sub firmamēto, ab his, que erāt super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque deus firmamē tum, celum. Et factum est vespere, & mane, dies secūdus. Dixit verò deus. Cōgregentur aque que

que sub celo sunt, in locuz vnū: ⁊ appareat árida. Factúmqz est ita. Et vocauit deus áridam, terram: cógregationésqz aquaruz appellauit mária. Et vidit de⁹, quòd esset bonū: ⁊ ait. Gérminet terra herbam virentem, ⁊ facientem semen: ⁊ lignū pomiferū faciēs fructū iuxta genus suū, cuius semen in semetipso sit sup̄ terram. Et factū est ita. Et protulit terra herbam virentē, ⁊ afferentē semen iuxta genus suū, lignúmqz faciens fructum, ⁊ habens vnumquodque sementē s̄m speciem suaz. Et vidit deus q̄ esset bonū. Factūqz est vespere, ⁊ mane, dies tertius. Dixit autē de⁹. Fiāt luminaria in firmamento celi, ⁊ diuidant diē ac noctem: ⁊ sint in signa ⁊ tempora, ⁊ dies ⁊ annos: vt luceant in firmamento celi, ⁊ illuminent terraz. Et factum est ita. Fecitqz deus duo luminaria magna: luminare mai⁹, vt p̄esset diei: ⁊ luminare min⁹, vt p̄esset nocti: ⁊ stellas. Et posuit eas in firmaméto celi: vt lucérent super terrā, ⁊ preessent diei ac nocti, ⁊ diuiderēt lucē ac tenebras. Et vidit deus quòd esset bonum. Et factū est vespere, ⁊ mane, dies quartus. Dixit etiam deus. Producant aque réptile anime viuētis, ⁊ volátile super terrā, sub firmamento celi. Creauitqz deus cete grādia, ⁊ omnē animā viuētē atqz mutabilem, quaz produxerant aque in species suas: ⁊ omne volátile s̄m genus suum. Et vidit deus quòd esset bonū: benedixitqz eis, dicēs. Créscite, ⁊ multiplicamini, ⁊ replete aquas maris: auésqz multiplicētur super terram. Et factum est vespere, ⁊ mane, dies q̄ntus. Dixit quoqz deus, Producat terra aīaz viuētez in genere suo: iumenta, ⁊ reptilia, ⁊ bestias terre secūdū species suas. Factúmqz est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas: ⁊ iumēta, ⁊ omne réptile terre, in genere suo. Et vidit deus q̄ esset bonū: ⁊ ait. Faciamus hominē ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā: ⁊ presit piscibus maris, ⁊ volatilibus celi, ⁊ bestijs, vniuerseqz terre, omníqz réptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominē ad imaginē ⁊ similitudinē suā: ad imaginē dei creauit illum: masculū ⁊ feminā creauit eos. Benedixitqz illis deus: ⁊ ait. Crescite, ⁊ multiplicamini: ⁊ replete terrā, ⁊ subiicite eā: ⁊ dominámini piscibus maris, ⁊ volatilibus celi, ⁊ vniuersis animantibus, q̄ mouentur super terram. Dixitque Deus. Ecce dedi vobis omnez herbam afferentē semen super terraz: ⁊ vniuersa ligna que habēt in semetipsis semētē generis sui: vt sint vobis in escam, ⁊ cunctis animantibus terre, omníque volucri celi, ⁊ vniuersis q̄ mouentur in terra, ⁊ in quibus est

est anima viuens: vt habeant ad vescendū. Et factum est ita. Viditque deus cūcta que fecerat: ꝛ erant valde bona. Et factum est vespere, ꝛ mane dies sextus. Igitur perfecti sunt celi ꝛ terra, ꝛ omnis ornatus eoꝝ. Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat: ꝛ requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Qua completa, sacerdos dicat Oremus. ꝛ diaconus. Flectamꝰ genua. Subdiaconus. Leuate. Oratio.

Deus, qui mirabiliter creasti hominem, ꝛ mirabilius redemisti: da nobis, quesumus, contra oblectamenta peccati, mentis ratione ꝑsistere: vt mereamur ad eterna gaudia ꝑuenire. Per dominum nostrum.

Prophetia secunda.

Gene. 5. ꝛ 6. Noe vero cuꝫ quingentoꝝ esset annorum, genuit Sem, Cham, ꝛ Japheth. Cūq; cepissent homines multiplicari super terrā, ꝛ filias ꝓcreassent: videntes filij dei filias hominū ꝙ essent pulchre, acceperūt sibi vxores ex omnibus quas elegerāt. Dixitq; deus. Nō permanebit spūs meus in homine in eternum, qꝛ caro est: eruntq; dies illius centum viginti annorum. Gigantes autē erant super terraꝫ in diebus illis. Postq̄ꝫ enim ingressi sunt filij dei ad filias hominum, ille que genuerunt: isti sunt potētes a seculo viri famosi. Videns autem deus ꝙ multa malitia hoīuꝫ esset in terra: ꝛ cūcta cogitatio cordis intēta esset ad maluꝫ omni tempore: penituit eū, ꝙ hominē fecisset in terra. Et precauens in futurum, ꝛ tactus dolore cordis intrinsecꝰ, Delebo (inquit) hominē quē creaui, a facie terre, ab homine vsq; ad animantia, a reptili vsque ad volucres celi. Penitet enim me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiam corā Deo. He sunt generationes Noe. Noe vir iustus atq; perfectus fuit in generationibꝰ suis, cū deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, ꝛ Japheth. Corrupta est autē terra corā Deo, ꝛ repleta est iniquitate. Cumq; vidisset Deus terraꝫ esse corruptā, (omnis quippe caro corruperat viā suam super terraꝫ) dixit ad Noe. Finis vniuerse carnis venit corā me: repleta est terra iniquitate a facie eorū: ꝛ ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcā de lignis leuigatis. Mā siūculas in arca facies: ꝛ bitumine lineis intrinsecus, ꝛ extrinsecus. Et sic facies eaꝫ. Trecentoꝝ cubitorū erit longitudo arce: quinquaginta cubitoꝝ latitudo, ꝛ triginta cubitoꝝ altitudo illius. Fenestrā in arca facies, ꝛ in cubito cōsūmabis summitatem eius. Ostiū autē arce pones ex latere deorsuꝫ. Cenacula ꝛ tristega facies in ea. Ecce ego

ego adducā diluuij aquas super terram: vt interficiam oēm carnem, in qua spūs vitę est subter cęlū: & vniuersa quę in terra sūt, consumentur. Ponámq; fędus meū tecum: & ingredieris arcā tu & filij tui, vxor tua & vxores filiorum tuorum tecū. Et ex cunctis animantibus vniuersę carnis bina induces in arcā, vt viuant tecū, masculini sexus & fęminini. De volucrib⁹ iuxta genus suū, & de iumētis in genere suo, & ex omni réptili terrę secūdū genus suū: bina de omnib⁹ ingredientur tecū, vt possint viuere. Tolles igit̄ tecū ex omnibus escis q̄ mandi possunt, & cōportabis apud te: & erunt tā tibi quàm illis in cibum. Fecit ergo Noe omnia quę pręceperat illi Deus. Erátq; sexcentorū annorū, quādo diluuij aquę inundauerūt sup terrā. Rupti sunt aūt oēs fontes abyssi magnę, & cataractę cęli apertę sunt: & facta est pluuia super terrā quadraginta diebus & quadraginta noctib⁹. In articulo diei illius ingressus est Noe, Sem, Chā, & Japheth filij eius, vxor illius, & vxores filiorū eius cum eo in arcā: ipsi & omne animal sm genus suum, vniuersáq; iumenta in genere suo, & omne qd mouetur super terram in genere suo, cunctúq; volátile secundum genus suū. Porrò arca ferebat̄ sup aquas. Et aquę pręualuérunt nimis super terram: operti que sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cęlo. Quindecim cubitis fuit altior aqua super montes quos operúerat. Consumptáque est omnis caro, quę mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarū, omniúmque reptiliū quę reptant super terrā. Remansit autem solus, Noe, & qui cum eo erant, in arca. Obtinuerúntque aquę terram centum quinquaginta diebus. Recordatus autē dn̄s Noe, cūctorúmq; animantiū, & omniū iumentorū quę erāt cū eo in arca: adduxit spiritum super terrā, & imminutę sunt aquę. Et clausi sūt fontes abyssi, & cataractę cęli: & prohibitę sunt pluuię de cęlo. Reuersęque sunt aquę de terra euntes & redeuntes: & cępérunt minui post cētū quinquaginta dies. Cumq; transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestrā arcę quā fécerat, dimisit coruum. Qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquę super terrā. Emisit quoq; columbā post eū: vt vidéret si iā cessassent aquę super faciē terrę. Quę cū nō inueniret vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eū in arcā. Aquę enim erant super vniuersam terram. Extendítq; manum, & apprehensam intulit in arcam. Expectatis autem vltra septē diebus alijs, rursum dimisit columbā ex arca. At illa venit

venit ad eũ ad vesperã, portãs ramũ oliuę virentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe, ꝙ cessassent aquę super terram. Expectauitque nihilominus septẽ diebus alijs: ⁊ emisit columbã, q̃ nõ est vltra reuersa ad eũ. Locutus est autẽ dñs ad Noe dicens. Egredere de arca tu ⁊ vxor tua, filij tui ⁊ vxores filiorũ tuorum tecum. Cuncta animantia q̃ sunt apud te, ex omni carne tã in volatilibus q̃ in bestijs ⁊ vniuersis reptilibus quę reptãt super terram, educ tecũ, ⁊ ingredimini super terram. Crescite, ⁊ multiplicamini sup eã. Egressꝰ est ergo Noe ⁊ filij eius: vxor illius, ⁊ vxores filiorum eius cũ eo. Sed ⁊ omnia animantia, iumenta, ⁊ reptilia quę reptant super terram secundũ genus suũ, de arca egressa sunt. Aedificauit autẽ Noe altare domino: ⁊ tollens de cunctis pecoribus ⁊ volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoratusque est dominus odorẽ suauitatis. Oremus. Flectamus genua. ℟ Leuate. Oratio.

DEus incommutabilis virtus, ⁊ lumen ęternum: respice propitius ad totius ecclesię tuę mirabile sacramẽtũ, ⁊ opus salutis humanę, perpetuę dispositionis effectu tranquillius operare: totusq; mundus experiat̃, ⁊ videat: deiecta erigi, inueterata renouari, ⁊ per ipsum redire omnia in integrum, à quo sumpsere principiũ. Per dominũ.

Prophetia tertia.

IN diebus illis: Tentauit deus Abraham, ⁊ dixit ad eũ. Abrahã, Abraham. At ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filiũ tuũ vnigenitũ quẽ diligis Isaac, ⁊ vade in terrã visionis, ⁊ offeres eũ ibi in holocaustũ super vnũ montiũ, quẽ mõstrauero tibi. Igit̃ Abrahã de nocte consurgens, strauit asinũ suũ: ducẽs secũ duos iuuenes, ⁊ Isaac filiũ suũ. Cumq; cõcidisset ligna in holocaustũ: abijt ad locũ quẽ pręceperat ei deꝰ. Die autẽ tertio eleuatis oculis, vidit locũ procul: dixitq; ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego ⁊ puer illuc vsq; ꝑperãtes, postq̃ adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna holocausti, ⁊ ĩposuit sup Isaac filiũ suũ: ipse vero portabat in manibꝰ ignẽ ⁊ gladiũ. Cumq; duo pergerẽt simul, dixit Isaac patri suo. Pater mi. At ille respõdit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis ⁊ ligna: vbi est victima holocausti? Dixit Abrahã. Deus ꝓuidebit sibi victimã holocausti fili mi. Pergebãt ergo pariter: venerũtq; ad locũ, quẽ ostẽderat ei deus: in quo ędificauit altare, ⁊ desuper ligna cõposuit. Cũq; colligasset Isaac filiũ suũ, posuit eũ in altare super struẽ lignorũ. Extenditq; manum

Gene. 22.

manũ, ⁊ arripuit gladiuz, vt immolaret filiũ suũ. Et ecce angel⁹ domini de cęlo clamauit dicẽs. Abrahã, Abrahã. Qui respondit. Adsuz. Dixitqꝫ ei. Ne extẽdas manũ tuã sup puerũ: neque facies illi quicquã. Nũc cognoui ꝙ timeas deũ: ⁊ nõ pepcisti filio tuo vnigenito pp me. Leuauit Abrahã oculos: viditqꝫ post tergũ arietẽ inter vepres hęrentẽ cornibus, quẽ assumẽs obtulit holocaustũ ꝓ filio. Appellauitqꝫ nomẽ loci illius, Dñs videt. Unde vsqꝫ hodie dicit, In mõte Dñs videbit. Uocauit aũt angelus dñi Abrahaz secundò de cęlo, dicens. Per memetipsuz iuraui, dicit dñs: qꝛ fecisti rẽ hanc, ⁊ nõ pepercisti vnigenito filio tuo ꝓpter me: benedicens benedicã tibi, ⁊ multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli, ⁊ velut arenam quę est in litore maris. Possidebit semen tuuz portas inimicorum suorũ: ⁊ benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terrę, qꝛ obedisti voci meę. Reuersúsque est Abraham ad pueros suos: abierúntqꝫ Bersabée simul, ⁊ habitauit ibi:

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus fideliũ pater summe: qui in toto orbe terraruz, promissionis tuę filios diffusa adoptionis gratia multiplicas, ⁊ per paschale sacramẽtũ Abraham pueruz tuum vniuersarũ, sicut iurasti, gentium efficis patrem: da populis tuis digne ad gratiam tuę vocationis introire. Per dominum nostrum.

Prophetia quarta.

In diebus illis. Factuz est in vigilia matutina, ⁊ ecce respiciẽs dñs super castra Aegyptiorũ per columnã ignis, ⁊ nubis, interfecit exercitum eorũ: ⁊ subuertit rotas curruũ, ferebantúrqꝫ in ꝓfundũ. Dixerũt ergo Aegyptij. Fugiamus Israelez: dñs enim pugnat pro eis cõtra nos. Et ait dñs ad Moysen. Extende manũ tuaz super mare: vt reuertãtur aquę ad Aegyptios super currus ⁊ equites eorum. Cumqꝫ extẽdisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorẽ locũ: Fugiẽtibúsqꝫ Aegyptijs occurrẽrunt aquę: ⁊ inuoluit eos dñs in medijs fluctibus. Reuersęqꝫ sunt aquę, ⁊ operuérunt currus ⁊ equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerãt mare: nec vnus quidẽ supérfuit ex eis. Filij autez Israel prexérunt p mediũ sicci maris: ⁊ aquę eis erant quasi pro muro à dextris ⁊ à sinistris. Liberauitque dñs in die illo Israel de manu Aegyptiorũ. Et vidérũt Aegyptios mortuos super litus maris, ⁊ manũ magnã quã exercúerat dñs cõtra eos. Timuitqꝫ populus dñm: ⁊ crediderunt dño, ⁊ Moysi seruo eius. Tunc cécinit

Exo. 14.

cecinit Moyses, & filij Israel, carmen hoc dño, & dixerunt. Tra.

Cantemus dño: gloriose enim honorificatus est: equum & ascésorem proiecit in mare: adiutor & protector factus est mihi in salutem. ℣. Hic est deus meus, & honorificabo eum: deus patris mei, & exaltabo eum. ℣. Dominus côterens bella: dominus nomen est illi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

Deus, cuius antiqua miracula etiam nostris seculis coruscare sentimus: dum quod vni populo, à persecutione egyptiaca liberádo, dexteræ tuæ potentia côtulisti, id in salutem gentium per aquam regenerationis operaris: præsta: vt in Abrahæ filios, & in Israeliticam dignitatê, totius mundi transeat plenitudo. Per dominum nostrum.

Prophetia quinta.

Isa. 55. Haec est hereditas seruorû dñi, & iustitia eorum apud me, dicit dominus. Omnes sitiêtes venite ad aquas: & qui nô habetis argêtû, properáte, émite, & comédite. Venite, émite absq; argento, & absq; vlla cômutatione vinum & lac. Quare appéndistis argentû nô in panib⁹, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comédite bonû: & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurê vestrá, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra: & feriá vobiscum pactû sempiternû, misericordias David fideles. Ecce testê populis dedi eum, ducê ac præceptorê gentibus. Ecce, gentê quá nesciebas, vocabis: & gêtes quæ nô cognouérût te, ad te currêt pp dñm deû tuû, & sanctum Israel: qr glorificauit te. Quærite dñm dum inueniri potest: inuocate eû dum propê est. Derelinquat impius viam suá, & vir iniquus cogitationes suas: & reuertat ad dñm, & miserebit eius, & ad deum nostrû, quoniá multus est ad ignoscédû. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ meæ, viæ vestræ, dicit dñs. Quia sicut exaltant cæli à terra: sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inébriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serêti, & panem comedêti. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertet ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud: dicit dñs omnipotens. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, multiplica in honorem nominis tui quod patrû fidei spopondisti: & promissionis filios sacra adoptione dilata, vt, quod priores

priores sancti non dubitauerũt futurum, ecclesia tua iam ex parte cognoscat impletuz. Per do.

Prophetia sexta.

Baruc. ca. 3. AUdi Israel mandata vitę: auribus percipe, vt scias prudentiaz. Quid est Israel: q in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cũ mortuis: deputatus es cũ descendentibus in infernuz. Dereliquisti fontẽ sapiẽtię. Nã si in via dei ambulasses, habitasses vtiqz in pace sup terrã. Disce vbi sit sapiẽtia, vbi sit virtus, vbi sit prudentia, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit lõgiturnitas vitę & victus, vbi sit lumẽ oculorũ & pax. Quis inuenit locũ ei⁹? Et quis introiuit in thesauros eius? Ubi sunt principes gẽtiũ, & qui dominant super bestias q̃ sunt super terrã? Qui in nauib⁹ cęli ludunt: qui argentũ thesaurizant, & aurum in quo cõfidunt homines: & nõ est finis acquisitionis eorũ. Qui argẽtũ fabricant, & soliciti sunt: nec est inuentio operuz illorũ. Exterminati sunt, & ad inferos descenderũt: & alij in locum eorũ surrexerũt. Iuuenes viderunt lumen: & habitauerunt super terram. Uiaz autẽ disciplinę nescierũt, neque intellexerũt semitas ei⁹, neque susceperunt eam filij eorũ. A facie eorũ lõge facta est. Nõ est audita in Canaan: neqz visa est in Theman. Filij quoque Agar, q exquirũt prudentiã quę de terra est, negociatores terrę, & Theman: & fabulatores, & exquisitores prudentię & intelligẽtię: viã autẽ sapientię nescierũt: neque meminerũt semitarũ eius. O Israel, quaz magna est dom⁹ dei & ingẽs locus possessionis ei⁹? Magnus, & nõ habet consũmationẽ: excelsus & immensus. Ibi fuerint gigãtes nominati illi q ab initio fuerũt, statura magna, sciẽtes bellum. Non hos elegit dñs: neqz viã disciplinę dedit illis: ꝑpterea perierunt. Et quoniã nõ habuerunt sapientiã, interierunt propter suaz insipientiã. Quis ascendit in cęluz, & accepit eam, & eduxit eaz de nubibus? Quis trãsfretauit mare, & inuenit eã, & attulit eã sup auruz electuz? Non est, qui sciat viam ei⁹, neqz qui excogitet semitas eius. Sed q scit vniuersa, nouit illam: & adinuenit eã prudentia sua. Qui perfecit terraz in sempiterno tempore: & adimpleuit eã pecudibus. Uocauit qz eaz: & obaudiuit eũ in tremore. Stellę aũt dederũt lumen in custodijs suis, & lętatę sunt. Uocatę sunt, & dixerũt adsumus. Et luxerũt ei cũ iucunditate, q fecit illas. Hic est deus noster: & non ęstimabit alius ad eũ. Hic adinuenit omnem viaz disciplinę: & dedit illã Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hęc super terram visus est: & cuz hominibus conuersatus

uersatus est. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui ecclesiam tuam semper gentium vocatione multiplicas: concede propitius: vt, quos aqua baptismatis abluis, continua proctectione tuearis. Per dn̄m nostrum.

Prophetia septima.

ezec.
37.
IN diebus illis. Facta est super me manus dn̄i, ⁊ eduxit me in spiritu dn̄i: ⁊ dimisit me in medio cāpi q erat plenus ossibus: ⁊ circūduxit me p ea in gyrū. Erāt autē multa valde super faciē cāpi, siccaq̄z vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis putasne viuēt ossa ista? Et dixi. Dn̄e deus, tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis, ⁊ dices eis. Ossa arida audite verbū dn̄i. Hęc dicit dn̄s deus ossibus his. Ecce ego intromittā in vos spiritū: ⁊ viuetis: ⁊ dabo super vos neruos, ⁊ succrescere faciaz super vos carnes, ⁊ superextendā in vobis cutem: ⁊ dabo vobis spiritū, ⁊ viuetis: ⁊ scietis quia ego dn̄s. Et prophetaui sicut pręceperat mihi. Factus est aūt sonitus prophetante me, ⁊ ecce cōmotio. Et accesserūt ossa ad ossa: vnūquodq̄z ad iuncturaz suā. Et vidi: ⁊ ecce super ea nerui, ⁊ carnes ascēderūt: ⁊ extenta est i eis cutis desuper ⁊ spiritum nō habebāt. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, ⁊ dices ad spiritū. Hęc dicit dn̄s deus. A quatuor ventis veni spiritus, ⁊ insuffla sup interfectos istos, ⁊ reuiuiscant. Et prophetaui, sicut pceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, ⁊ vixerūt: ⁊ steterūt sup pedes suos exercitus grādis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis, ossa hęc vniuersa, domus Israel est. Ipsi dicūt: aruerūt ossa nr̄a, periit spes nr̄a, ⁊ abscissi sum⁹. Propterea vaticinare, ⁊ dices ad eos. Hęc dices dn̄s de⁹. Ecce ego aperiā tumulos vestros, ⁊ educaz vos de sepulcris vestris popul⁹ me⁹ ⁊ inducā vos in terrā Israel. Et scietis, quia ego dn̄s, cū aperuero sepulcra vestra, ⁊ eduxero vos de tumulis vestris popule meus: ⁊ dedero spiritū meū in vobis, ⁊ vixeritis: ⁊ requiescere vos faciā sup humū vestrā. dicit dn̄s oipoiēs. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui nos ad celebrandum paschale sacramētuz vtriusq̄z testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuā: vt ex perceptione pręsentiuz munerū, firma sit expectatio futuroruz. Per do.

Prophetia octaua.

Isa.
4.
APprehendēt septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes. Panem nostrum comedemus, vestimentis nr̄is operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos

aufer

die illa erit dñi germen in magnificentia, ⁊ in gloria: ⁊ fructus terrę sublimis: ⁊ exultatio his qui salutari fuerint de Israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, ⁊ residuus in Jerusalē: sanctus vocabitur, omnis q scriptus est in vita in Jerusalē. Si abluerit dominus sordes filiarū Sion: ⁊ sanguinem Jerusalē lauerit de medio eius in spiritu iudicij ⁊ spiritu ardoris. Et creauit dominus deus super omnē locū montis Sion, ⁊ vbi inuocatus est: nubem per diem, ⁊ fumum, ⁊ splendorem ignis flammantis in nocte. Super omnē enim gloriā protectio. Et tabernaculuz erit in vmbraculū diei ab ęstu: ⁊ in securitatē ⁊ absconsionē à turbine ⁊ à pluuia. Tractus.

J.sa. 5. Vinea facta est dilecto in cornu, in loco vberi. ℣. Et maceriā circundedit, ⁊ circūfodit: ⁊ plantauit vineaz Sorec, ⁊ ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim dñi sabaoth, domus Israel est. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui in omnibus ecclesię tuę filijs, sanctorum prophetaruz voce manifestasti, in omni loco dominationis tuę, satorem te bonorum seminum, ⁊ electorum palmituz esse cultorem: tribue, quęsumus, populis tuis: qui ⁊ vinearuz apud te nomine censentur ⁊ segetuz: vt spinarum ⁊ tribulorũz squalore resecato, digna efficiantur fruge fęcundi. Per dominū nostruz.

Prophetia nona.

IN dieb⁹ illis: Dixit dominus ad Moysen ⁊ Aaron in terra Aegypti. Mensis iste, vobis principium mensiuz: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersuz cętū filiorum Israel, ⁊ dicit eis. Decima die mēsis hui⁹, tollat vnusquisque agnuz p familias ⁊ domos suas. Sin autē minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnuz: assumet vicinū suū qui iunctus est domui suę, iuxta numerū animarū quę sufficere possunt ad esum agni. Erit autē agnus absqz macula, masculus, anniculus: iuxta quem rituz tolletis ⁊ hędū. Et seruabitis eum vsqz ad quartamdecimā diem mensis huius. Immolabitque eum vniuersa multitudo filiorū Israel ad vesperaz. Et sumēt de sanguine eius: ac ponent sup vtrunqz postem, ⁊ insuper liminaribus domorū, in qbus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni ⁊ azymos panes, cū lactucis agrestibus. Nō comedetis ex eo crudum quid, nec coctū aqua: sed assum tantū igni. Caput cum pedibus eius ⁊ intestinis vorabitis: ⁊ os eius non confringetis. Nec remanebit ex eo quicquā vsque mane. Si quid residuuz fuerit, igni com-

Exo 12.

comburetis. Sic autē comedētis illum. Renes vestros accingetis: ⁊ calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus: ⁊ comedētis festinanter. Est enim phase (id est trāsitus) domini. Oremus. Flectamus genua. Rx. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, q in oīuz operū tuorū dispēsatione mirabilis es: intelligāt redēpti tui, nō fuisse excellētius, quod initio factus est mūdus, quam quod in fine seculorū pascha nostrū immolatus est Christus. Qui tecū viuit ⁊ regnat ⁊c. Prophetia decima.

Jo. 3. In diebus illis: Factuz est verbū domini ad Jonam prophetā secūdo, dicēs. Surge ⁊ vade in Niniuē ciuitatez magnā: ⁊ p̄dica in ea predicationē quā ego loquar ad te. Et surrexit Jonas, ⁊ abijt in Niniuē iuxta verbū dñi. Et Niniue erat ciuitas magna itinere dierū triū. Et cepit Jonas introire ciuitatē itinere diei vniꝰ: ⁊ clamauit, ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies, ⁊ Niniue subuertet̄. Et crediderūt viri Niniuite in dño: ⁊ p̄dicauerūt ieiuniū, ⁊ vestiti sūt saccis a maiore vsqz ad minorē. Et puenit verbū ad regē Niniue: ⁊ surrexit de solio suo, ⁊ abiecit vestimētū suū a se, ⁊ indutꝰ est sacco, ⁊ sedit in cinere. Et clamauit, ⁊ dixit in Niniue ex ore regis ⁊ principū eiꝰ, dicēs. Homines, ⁊ iumēta, ⁊ boues, ⁊ pecora nō gustēt quicquā, nec pascant̄, ⁊ aquā nō bibant. Et operiātur saccis homines ⁊ iumenta, ⁊ clament ad dñm in fortitudine: ⁊ cōuertat̄ vir a via sua mala, ⁊ ab iniquitate que est in manibꝰ eorum. Quis scit si conuertatur, ⁊ ignoscat Deus: ⁊ reuertatur a furore ire sue, ⁊ nō peribimus? Et vidit Deꝰ opera eorū, q꜠ conuersi sunt de via sua mala: ⁊ misertus est pplo suo dñs Deus noster. Oremus. Flectamus genua. Rx. Leuate. Oratio.

Deus, q diuersitatē gentiū in cōfessione tui nominis adunasti: da nobis ⁊ velle ⁊ posse que p̄cipis: vt populo ad eternitatē vocato, vna sit fides mentiū, ⁊ pietas actionū. Per dñm.

Prophetia vndecima.

In diebus illis. Scripsit Moyses cāticū: ⁊ docuit filios Israel. Precepitqz dñs Josue filio Nun: ⁊ ait. Cōfortare, ⁊ esto robustus. Tu enim introduces filios Israel in terrā quā pollicitꝰ sum eis: ⁊ ego ero tecū. Postquā ergo scripsit Moyses verba legis huiꝰ in volumine, atqz cōpleuit: precepit leuitis q portabant arcam federis dñi dicens. Tollite libruz istū, ⁊ ponite euz in latere arce federis domini dei vestri: vt sit ibi cōtra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuaz: ⁊ ceruicem tuam durissimā. Adhuc viuente me

te me ꝛ ingrediēte vobiscū, semper cōtentiosè egistis cōtra dominum: quāto magis cuꝫ mortuus fuero? Cōgregate ad me omnes maiores natu per trib⁹ vestras atqꝫ doctores: ꝛ loquar audiētibus eis sermones istos: ꝛ inuocabo contra eos cęlum, ꝛ terram. Noui enim quò post mortem meam iniquè agetis: ꝛ declinabitis cito de via quā pręcépi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tempore: quādo fecéritis maluꝫ in conspectu domini, vt irritétis euꝫ per opera manuum vestrarū. Locutus est ergo Moyses, audiente vniuerso cętu filiorū Israel verba carminis huius: ꝛ ad fineꝫ vsqꝫ
Deute. 32 compleuit. Tractus. Attende cęlum, ꝛ loquar: ꝛ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquiū meuꝫ: ꝛ descendāt sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramen: ꝛ sicut nix super fęnum: ꝛ nomē domini iuocabo. ℣. Date magnitudinem Deo nostro: de⁹ vera opera eius, ꝛ omnes vię eius iudicia. ℣. De⁹ fidelis, in quo nō est iniquitas: iustus ꝛ sanct⁹ dominus. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus celsitudo humiliuꝫ, ꝛ fortitudo rectorum: qui per sanctū Moysen puerū tuū, ita erudire populum tuuꝫ sacri carminis tui decantatione voluisti: vt illa legis iteratio fieret etiam nostra directio: excita in omnem iustificatarum gentiuꝫ plenitudinem potentiaꝫ tuam, ꝛ da lętitiam mitigando terrorem: vt omnium peccatis tua remissione deletis: quod denūciatum est in vltionem, transeat in salutem. Per dominum no.

Prophetia duodecima.

In dieb⁹ illis. Nabuchodónosor rex fecit statuam Da. 3.
auream, altitudine cubitorū sexaginta, latitudine cubitorū sex ꝛ statuit eam in cāpo Dura prouincię Babylonis. Itaqꝫ Nabuchodónosor rex misit ad cōgregādos sátrapas, magistrat⁹, ꝛ iudices: duces ꝛ tyrānos: optimátes ꝛ pręfectos, oēsqꝫ principes regionū: vt conuenirēt ad dedicationē statuę, quā eréxerat Nabuchodónosor rex. Tūc cōgregati sūt sátrapę, magistratus ꝛ iudices, duces ꝛ tyrāni, ꝛ optimátes, qui erāt potestatib⁹ cōstituti, ꝛ vniuersi principes regionū: vt cōuenirēt ad dedicationem statuę quā eréxerat Nabuchodónosor rex. Stabāt aūt in conspectu statuę quā posuerat Nabuchodónosor rex: ꝛ pręco clamabat valenter. Vobis dicitur populis, tribubus, ꝛ linguis. In hora qua audiéritis sónitū tubę, ꝛ fistulę, ꝛ citharę, sambucę, ꝛ psalterij, ꝛ symphonię, ꝛ vniuersi generis musicorū: cadētes adorate statuā aureā quā constituit Nabuchodónosor rex.

rex. Siquis autē nō prostratus adorauerit, eadē hora mittet̄ in fornacē ignis ardētis. Post hęc igit̄ statim vt audierūt oēs populi sonituꝫ tubę, fistulę, ⁊ citharę, sambucę, ⁊ psalterij, ⁊ symphonię, ⁊ omnis generis musicorū: cadētes oēs populi, tribus, ⁊ linguę adorauerūt statuā auream quaꝫ cōstituerat Nabuchodonosor rex. Statimqꝫ in ipso tpe accedētes viri Chaldęi accusauerunt Judęos, dixerūtqꝫ Nabuchodonosor regi. Rex in ęternū viue. Tu rex posuisti decretū vt oīs homo q audierit sonituꝫ tubę, fistulę, ⁊ citharę, sābucę, ⁊ psalterij, ⁊ symphonię, ⁊ oīs generis musicorū, prosternat se, ⁊ adoret statuā aureā. Siquis autem non procidens adorauerit, mittat̄ in fornacē ignis ardētis. Sūt ergo viri Judęi, quos constituisti sup opera regionis Babylonię, Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago. Viri isti cōtempserūt rex decretū tuū: Deos tuos nō colūt, ⁊ statuā aureaꝫ, quam erexisti, nō adorāt. Tūc Nabuchodonosor rex in furore ⁊ ira pręcepit, vt adducerentur Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago: q cōfestim adducti sunt in conspectu regis. Pronūciansqꝫ Nabuchodonosor rex, ait eis. Verene Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago Deos meos nō colitis, ⁊ statuā aureā quā cōstitui, nō adoratis? Nunc ergo si estis parati, quacunqꝫ hora audieritis sonitum tubę, fistulę, cithare, sambucę, ⁊ psalterij, ⁊ Symphonię, oīsque generis musicoruꝫ, prosternite vos, ⁊ adorate statuā quā fecit. Quod si nō adoraueritis, eadē hora mittemini in fornacē ignis ardentis. Et quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? Respondētes Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago, dixerūt Nabuchodonosor regi. Nō oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster quē colim⁹, potest nos eripere de camino ignis ardētis, ⁊ de manib⁹ tuis, o rex liberare. Quod si noluerit, notuꝫ sit tibi rex: quia Deos tuos non colimus, statuam aureā, quā erexisti, nō adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: ⁊ aspectus faciei illius immutat⁹ est sup Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago. Et pręcepit vt succēderetur fornax septuplū q̄ꝫ succendi consueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit, vt ligatis pedib⁹ Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago, mitterēt eos in fornacē, ignis ardentis. Et cōfestim viri illi vincti cū brachis suis, ⁊ tiaris, ⁊ calceamētis, ⁊ vestib⁹ missi sunt in mediū fornacis ignis ardentis. Nā iussio regis vrgebat. Fornax autē succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago, iterfecit flāma ignis. Viri aūt hi tres, idest, Si-

Sidrach, Misach, & Abdenago ceciderũt i medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabãt in medio flammę laudãtes Deũ, & bñdicẽtes dño. Hic nõ dicit Flectamus genua. Orõ.

Omnipotens sempiterne Deus, spes vnica mundi, qui prophetarũ tuorũ pręconio psentiũ tẽporũ declarasti mysteria: auge populi tui vota placatus: q: i nullo fideliũ nisi ex tua inspiratione pueniũt quarũlibet incremẽta virtutũ. Per do.

His expletis, si Ecclesia habuerit fontem baptismalem, Sacerdos benedicturus fontem, accipit pluuiale violaceũ, & pcedit vsq3 ad fontẽ, pręcedentib⁹ ministris cũ cruce, & cereo bñdicto accenso. Interea, dũ descendit ad fontẽ, cãtat sequẽs Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontez aquarũ: ita desiderat anima mea ad te Deus. ℣. Sitiuit anima mea ad Deuz fontem viuũ: qñ veniã, & apparebo ante faciẽ dei? ℣. Fuerunt mihi lacrymę meę panes die ac nocte: dum dicit mihi p singulos dies, vbi est Deus tu⁹? Deinde sacerdos anteq3 intret ad benedictionẽ fontis, dicit hãc orationẽ ibi iuxta fontem, ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Orem⁹.

Omnipotens sempiterne De⁹, respice propitius ad deuotionẽ populi renascentis, qui sicut ceruus, aquarũ tuaruz expetit fontẽ: & cõcede propiti⁹: vt fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio aiam corpusq3 sanctificet. Per do. ℟. Amẽ. Postea pcedit ad benedictionẽ fontis, dicens ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Orõ.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnę pietatis tuę mysterijs, adesto sacramẽtis: & ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritũ adoptionis emitte: vt quod nostrę humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuę impleatur effectu. Per dominum nostruz Jesum Christum filium tuum: qui tecuz &c. Eleuans vocem in modũ Prefationis prosequitur.

Per omnia sęcula sęculorũ. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursuz corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣. Gratias aga-



agam⁹ domino Deo nostro.

℞. Dignum ⁊ iustum est.

Vere dignū ⁊ iustū est, ęquū ⁊ salutare: nos tibi semp̱ ⁊ vbiqꝫ gratias agere, domine sancte, pater omnipotēs, ęterne De⁹. Qui inuisibili potentia sacramētorū tuorū mirabiliter operaris effectum. Et licet nos tātis mysterijs exequēdis simus indigni: tu tamen gratię tuę dona nō deserēs etiā ad preces nostras aures tuę pietatis inclinas. De⁹, cuius spiritus super aquas, inter ipsa mūdi primordia ferebat: vt iam tūc virtutē sanctificationis, aquarū natura cōciperet. Deus, qui nocentis mūdi crimina per aquas abluens, regenerationis speciem in ipsa diluuij effusione

sione signasti: vt vnius e-
iusdémq3 elemēti misterio,
ꝛ finis esset vitijs, ꝛ origo
virtutibus. Respice domine
in faciem ecclesię tuę, ꝛ mul-
tiplica in ea regenerationes
tuas, qui gratię tuę affluen-
tis impetu lętificas ciuitatez
tuā, fontémq3 baptismatis á-
peris toto orbe terrarū gēti-
bꝰ innouādis: vt tuę maiesta-
tis imperio, sumat vnigeniti
tui gratiam de spiritu sancto.

Sacerdos diuidit aquā manu in modum crucis dicens.

Qui hác aquā re-
generādis hominibꝰ prępa-
ratā, arcana sui numinis ad-
mistione fęcūdet: vt sanctifi-
catione concepta, ab imma-
culato diuini fontis vtero, in-
nouá renata creaturam, pro-
genies cęlestis emergat. Et
quos aut sexus in corpore, aut

etas discernit in tépore, oés in vnam pariat gratia mater infantiaz. Procul ergo hinc iubente te dñe, omnis spiritus immūdꝰ abscedat, procul tota neqtia diabolicę fraudis absistat. Nihil hic loci habeat contrarię virtutis admistio: non insidiando circúnuolet: non latendo surrépat: nō inficiēdo corrumpat. Aquā manu tāgit.

Sit hęc sancta ꝛ innocens creatura, libera ab omni impugnatoris incursu: ꝛ totius nequitię purgata discessu. Sit fons viuus: aqua regénerans, vnda purificans: vt omnes, hoc lauacro salutifero diluendi, operante in eis spiritu sancto, perfectę purgationis indulgentiā cōsequant̃. Facit cruces supra fontē, dicens.

Unde

Unde bene ✠ dico te crea- tura aquę: per Deũ ✠ viuũ: per Deũ ✠ verum: per Deũ ✠ sanctum: per Deũ, qui te in principio, verbo separauit ab árida: cui⁹ spiritus super te ferebat.

Diuidit aquã ⁊ effundit in quatuor mundi ptes, dicẽs.

Qui te de paradisi fonte manare fecit, ⁊ in q̃tuor fluminib⁹ diuidẽs, totã terram rigare pręcepit. Qui te in deserto amarũ suauitate indita fecit esse potábilẽ, ⁊ sitienti pópulo de petra produxit. Bene- ✠ dico te ⁊ per Jesuz Christũ filiuz ei⁹ vnicũ dñm nostrũ: q te i Chana Galileę signo admirabili, sua potẽtia cõuertit in vinũ. Qui pedib⁹ sup te ambulauit, ⁊ à Joãne in Jordane in te baptizat⁹ est. Qui te vnà cũ sanguine de látere suo

pduxit, et discipulis suis iussit,

vt credētes baptizarent in te,

dicēs. Ite docete oēs gētes,

baptizantes eos, In nomine

patris, et filij, et spiritus sancti.

Mutat vocē, et prosequitur in modum lectionis.

Haec nobis pcepta seruantibus, tu Deus oīps, clemēs adesto: tu benignus aspira. Halat ter in aquā in modū crucis, dicēs. Tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt preter naturalē emundationē, quā lauandis possunt adhibere corporibus, sint etiā purificādis mētibus efficaces. Hic sacerdos ponit cereū parumintus in aquā: et resumens tonum prefationis dicit.

Descēdat in hāc plenitudinē

fontis virtus spiritus sancti.

Deinde extractum cereum de aqua iterum profundius mergit, aliquanto altius repetens, Descendat in hanc. Postea extractum rursus cereum de aqua tertio immergens vsque fundum, altiori adhuc voce repetit, Descendat, vt supra. Et deinde sufflans ter in aquam, prosequitur.

Totámque huius aque

substantiam regenerandi

fecundet effectu.

Hic tollit cereus de aqua, et prosequit.

Hic omniū peccatorum macu le de leantur: hic na tu ra ad imaginem tuam con di ta, et ad honorem sui re formata prin ci pij, cunctis vetustatis squa lo ri bus e munde-




In missis pro defunctis, omisso **miserere nobis,** dĩ **dona eis requiẽ.** & tertio additur **sempiternã.** Deinde iũctis manib⁹ inclinatus dicit sequẽtes orationes.

Domine Jesu Christe, qui dixisti apostolis tuis: Pacem relinquo vobis: pacez meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem ecclesie tue, eámque secunduz voluntatem tuam pacificare & coadunare digneris. Qui viuis & regnas de⁹.

Si dãda est pax, osculat altare, & dãs pacẽ dicit **Pax tecũ.** ℟. **Et cum spiritu tuo.** In missis defunctorũ non datur pax, neque dicitur precedens Oratio.

Domine Jesu Christe, fili dei viui, q ex volũtate pris, coóperãte spiritu sancto p mortẽ tuã mundũ viuificasti: libera me p hoc sacrosanctũ corpus, & sanguinẽ tuũ, ab oĩbus iniqtatib⁹ meis, & vniuersis malis: & fac me tuis inherere mandatis, & à te nũquam separari permittas. Qui cũ eodẽ Deo pře & spiritu sancto viuis & regnas deus in se.

Perceptio corporis tui domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere presumo, non mihi proueniat in iudiciuz

& con-

⁊ condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis ⁊ corporis, ⁊ ad medelam percipiendã. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre, in vnitate spiritus sancti deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen.

Genuflectit, ⁊ surgit, ⁊ dicit.

Panem cęlestem accipiam, ⁊ nomen domini inuocabo.

Accipit ambas partes hostię inter pollicem, ⁊ indicem sinistrę manus ⁊ patenam inter eundẽ indicem ⁊ medium, ⁊ dextera percutiens pectus, dicit ter.

Domine non sum dignus, vt intres sub tectũ meum: sed tantum dic verbo, ⁊ sanabitur anima mea. Postea dextera se signãs cũ hostia sup patenã, dicit.

Corpus domini nostri Jesu Christi custodiat animã meam in vitam ęternã. Amen.

Sumit ambas partes hostię, iungit man⁹, ⁊ quiescit aliquãtulũ: dein de discooperit calicẽ, genuflectit, extergit patenã sup illum ⁊ dicit.

Quid retribuã dño pro omnibus, quę retribuit mihi? Calicem salutaris accipiã, ⁊ nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, ⁊ ab inimicis meis salu⁹ ero. Accipit calicem, ⁊ eo se signans dicit.

Sanguis dñi nři Jesu Christi custodiat animã meã in vitã ęternã. Amen. Sumit totum sanguinem cũ particula. Quo sumpto, significant communicandi, eos communicet, antequam se purificet. Postea dicit.

Quod ore sumpsimus Domine, pura mente capiam⁹: ⁊ de munere temporali fiat nobis remediũ sempiternum.

Interim porrigit calicem ministro, q̃ infundit ei parũ vini, quo se purificat: deinde prosequitur.

Corp⁹ tuũ, domine, quod sumpsi, ⁊ sanguis quem potaui, adhęreat visceribus meis, ⁊ pręsta: vt in me non remaneat scelerum macula: quem pura ⁊ sancta refecerunt sacramenta. Qui viuis ⁊ regnas in sęcula sęculorum. Amen. Abluit digitos: extergit, ⁊ sumit ablutionẽ extergit calicem, ⁊ plicato corporali operit more solito. Deinde prosequitur missam. Dicto post vltimam orationem, Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. dicit Ite missa est, vel, Benedicamus domino, pro qualitate missę. ℟. Deo gratias. In missis defunctorum dicit, Requiescant in pace. ℟. Amen.

Tempore Paschali, hoc est, a Missa Sabbathi sancti vsq; ad sabbathum in Albis inclusiue.



In festis duplicibus.



Ite,




missa est.

In Missis beatę Marię.



I te




mis sa est.

In festis semidup. infra octauas ⁊ Dñicis diebus infra annum.




I te,



mi ssa est.

In festis simplicibus.




Ite, missa est.

In dominicis diebus tempore Aduentus, ⁊ Quadragesimę.



Benedicamus do-




mino.

In ferijs.

Benedicamus domino.

In missis defunctorum.



Requiescant in pace.

Dicto Ite missa est, vel Benedicamus domino. inclinat se ante medium altaris, ⁊ dicit.

Placeat tibi sancta Trinitas obsequium seruitutis meę, ⁊ pręsta: vt sacrificiū, quod oculis tuę maiestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique, ⁊ oībus pro qbus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Chr̄m dn̄m nr̄m. Amē.

Deinde benedicit populū. Benedicat vos oṗs De⁹, pa✠ter: ⁊ fi✠lius: ⁊ Spirit⁹ ✠ sanctus

In missis priuatis semel tantū bn̄dicit. Deinde in cornu euangelij dicto Dominus vobiscū, ⁊ Initium, vel Sequentia sancti Euangelij, signans vt supra in Euāgelio legit Euangeliū sc̄m Johānem. In principio erat ver. vel aliud euangeliū, vt dictū est in rubrica generalibus.

¶ In missis defunctorum non datur benedictio: sed dicto Requiescāt in pace. dicit Placeat deinde Euāgelij scti Johanis.

¶ Finito Euāgelio scti Johanis discedēs pro gratiarū actione dicit Añam: Triū puerorū. vt habet in principio missalis.

¶ Domi-

Dominica Resurrectionis Domini.

Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.

psal. 138. 
Esurrexi, & adhuc tecũ sum, haleluiah: posuisti sup me manum tuá, Haleluiah: mirabilis facta est scientia tua, Haleluiah, hal'a. ps. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. Resurrexi. Oratio.

Deus, qui hodierna die, p vnigenitũ tuũ, ęternitatis nobis aditũ deuicta morte reserasti: vota nostra, quę pueniẽdo aspiras, etiã adiuuãdo, pséquere. Per eundem dñm nostrum Jesum Chrm filium tuũ. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorũ. ℞. Amen.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

1.C.5. Fratres. Expurgate vetus fermẽtũ: vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostruz immolatus est Chrs. Itaqz epulemur, nõ in fermento veteri, neqz in fermento malitię & nequitię: sed in azymis synceritatis & veritatis.

Grad. Hęc dies, quam fecit dñs, exultem⁹ & lętemur in ea. psal. 117. ℣. Confitemini dño, quoniaz bonus: quoniaz in sęculum misericordia eius. Hal'ah, hal'ah. ℣. Pascha nostrum immolatus est Christus. Sequentia.

Victimę paschali laudes immolẽt Chriani. Agnus redemit oues: Christ⁹ innocẽs patri reconciliauit peccatores. Mors, & vita, duello cõflixére mirando: dux vitę mortuus regnat viu⁹. Dic nobis Maria, quid vidisti in via? Sepulcrũ Christi viuẽtis, & gloriã vidi resurgẽtis. Angelicos testes, sudariũ, & vestes. Surrexit Christus spes mea: pręcedet vos in Galilęã. Scimus Christũ surrexisse à mortuis verè: tu nobis victor rex miserere. Amẽ. Haleluiah. Sequentia dr vsqz ad sabbathum in albis inclusiuè.

Seq. sancti euág. fm Marcuz.


In illo tẽpore: ca.6. Maria Magdalene, & Maria Jacóbi, & Salome, emérũt arómata: vt veniẽtes vngerẽt Jesuz. Et valde mane vna sabbathorũ, veniũt ad monu-

numentum orto iam sole. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, vidérũt reuolutũ lapidẽ. Erat quippè magnus valde. Et introeuntes in monumentũ vidérũt, iuuenẽ sedẽtẽ in dextris, coopertũ stola cãdida: ꝛ obstupuérũt. Qui dixit illis. Nolite expauéscere. Jesum queritis Nazarenũ crucifixum, surrexit, non est hic: ecce locus, vbi posuérunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, ꝛ Petro: quia precedet vos in Galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo.

Offer. Terra tremuit, ꝛ quieuit, dum resurgeret in iudicio Deus, Haleluiah. Secreta.

SUscipe, q̃s dñe, preces populi tui cũ oblationibus hostiarũ: vt paschalibꝰ initiata mysterijs, ad eternitatis nobis medelã te operãte ꝑficiãt. Per do.

Pref. Te qdẽ dñe. ꝛ Cõmunicãtes. ꝛ Hãc igitur. fol. 116.

Cõio. Pascha nostruz inmmolatus est Christꝰ, haleluiah: itaque epulemur in azymis synceritatis ꝛ veritatis, Haleluiah, haleluiah, hal'ah. Postcõmu.

SPiritũ nobis dñe tue charitatis infunde: vt quos sacramẽtis paschalibꝰ satiasti, tua facias pietate cõcordes. Per do. in vnitate eiusdẽ. post Dñs vobiscũ. dicitur Ite missa est, haleluiah, hal'ah. ℟. Deo gratias, hal'ah, hal'ah. Sic dicitur vsq; ad sabbathũ in Albis inclusiue.

¶ Infra octauam pasche nõ fit de aliquo festo duplici vel semiduplici, sed post octauã celebratur. De simplici autem fit tantũ commemoratio post triduum.

¶ Feria ij. Statio ad sanctum Petrum. Introitus.



INtroduxit vos dñs in terrã fluẽtẽ lac ꝛ mel, hal'ah: ꝛ vt lex dñi semꝑ sit i ore vestro. Hal'ah, haluiah. ps. Confitemini domino, ꝛ inuocate nomen eius: annunciate inter gẽtes opera eius. psal. 104.
℣. Gloria patri ꝛc. Oratio.

DEus, qui solennitate paschali mũdo remedia contulisti: populũ tuuz, quesumus, celesti dono ꝓséquere vt ꝛ perfectam libertatem cõsequi mereatur: ꝛ ad vitam proficiat sempiternam. Per dñm nostrum.

Lectio actuum Apostolorum. c. 10.

IN diebus illis: Stans Petrꝰ in medio plebis, dixit. Viri fratres, vos scitis quod factum est verbuz ꝑ vniuersaz Judeã: incipiens enim à Galilea, post baptismũ quod predicauit Johãnes, Jesum, à Nazaret: quomodo vnxit eũ deus spiritu sancto, ꝛ virtute: qui pertransijt benefaciendo, ꝛ sanãdo omnes oppres-

oppressos à diabolo: quoniam Deus erat cũ illo. Et nos testes sumus omnium quę fecit in regione Judęorum & Jierusalẽ: quem occiderunt suspendẽtes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die: & dedit euz manifestũ fieri non omni populo: se testibus pręordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cũ illo postquam surrexit à mortuis. Et pręcepit nobis prędicare populo, & testificari: quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes prophetę testimoniuz perhibent remissionẽ peccatorũ accipere p nomẽ ei⁹ omnes qui credunt in euz. Grad.

psal. Hęc dies, quã fecit dñs: exulte

117. mus, & lętemur in ea. ℣. Dicat nũc Jsrael, quoniã bonus: quoniã in sęculũ misericordia eius.

mat. Halłah, halłah. ℣. Angelus do

28. mini descendit de cęlo: & accedens reuoluit lapidẽ, & sedebat super eũ. Sequentia. Victimę paschali: cũ Haleluiah, in fine.

Seq. sancti euãgelij sm Lucaz.

c. 24. 

In illo tempore. Duo ex discipulis Jesu ibãt ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadioruz sexaginta ab Jerusalem nomine Emaus. Et ipsi loquebantur adinuicez de his oĩbus, quę acciderant. Et factũ est: dum fabularentur & secum quęrerent, & ipse Jesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebant, ne euz agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondẽs vnus cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Jerusalem, & non cognouisti quę facta sunt in illa, his diebus? Quib⁹ ille dixit. Quę? Et dixerunt. De Jesu Nazareno, q fuit vir propheta, potens in operę & sermone corã Deo & omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in damnationẽ mortis: & crucifixerũt eum. Nos autẽ sperabamus, qa ipse esset redempturus Jsrael. Et nunc super hęc omnia, tertia dies est hodie q hęc facta sunt. Sed & mulieres quędã ex nostris, terruerũt nos: quę ante lucẽ fuerũt ad monumentũ, & nõ inuento corpore eius, venerũt, dicentes se etiã visionẽ angeloruz vidisse, qui dicũt eũ viuere. Et abierũt qdã ex nostris ad monumẽtũ: & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt: ipsuz vero nõ inuenerũt, Et ipse dixit ad eos. O stulti, & tardi corde ad credenduz in oĩbus quę locuti sunt prophetę. Nonne hęc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriã suam? Et incipiens à Moyse & oĩbus pro-

prophetis interpretabatur illis
in omnibus scripturis que de ip-
so erant. Et appropinquauerũt
castello quo ibãt: ⁊ ipse finxit se
longius ire. Et coegerunt illuz
dicentes. Mane nobiscũ, quo-
niam aduesperascit, ⁊ inclinata
est iam dies. Et intrauit cũ illis.
Et factum est: dum recumberet
cum illis, accepit panẽ, ⁊ benedi
xit, ac fregit, ⁊ porrigebat illis.
Et aperti sunt oculi eoruz, ⁊ co-
gnouerunt eũ: ⁊ ipse euanuit ex
oculis eorũ. Et dixerunt adin-
uicem. Nonne cor nostrum ar
dens erat in nobis, dum loque-
retur in via, ⁊ aperiret nobis scri
pturas? Et surgentes eãdez ho
ra regressi sunt in Jerusalem: ⁊
inuenerunt cõgregatos vnde-
cim, ⁊ eos qui cũ ipsis erant, di-
centes: quia surrexit dñs vere, ⁊
apparuit Simoni. Et ipsi narra
bãt que gesta erãt in via: ⁊ quo-
modo cognouerũt eũ i fractio-
mat. 28. ne panis. Credo. Off. Ange
lus dñi descẽdit de celo, ⁊ dixit
mulieribus: quẽ queritis, surre
xit, sicut dixit, Halah. Secreta.
SUscipe, quesumus domi-
ne, preces populi tui cum
oblationibus hostiarum: vt pa
schalibus initiata mysterijs, ad
eternitatis nobis medelã te o-
perãte pficiant. Per do. Cõio.
Lu. 24. Surrexit dominus, ⁊ appa-
ruit Petro, Haleluiah. Poste.
SPirituz nobis dñe tue cha
ritatis infunde: vt quos sa-
cramentis paschalibus satiasti,
tua facias pietate concordes.
Per dñm. in vnitate eiusdem.

¶ Feria iij. Statio ad sanctum Paulum. Introitus.



Aqua sapien tie potauit eos, halah: firmabitur i illis, ⁊ nõ flectetur, haleluiah: ⁊ exaltauit eos in eternum, haleluiah, haleluiah. Eccl. 15.
ps. Confitemini domino, ⁊ in- psal. 104.
uocate nomen eius: annuncia-
te inter gentes opera eius. ℣.
Gloria patri ⁊ filio. Oratio.
DEus, qui ecclesiam tuã no
uo semper fetu multipli-
cas: concede famulis tuis: vt sa-
cramentũ viuẽdo teneãt, quod
fide perceperũt. Per dominũ.
Lectio actuum Apostolorum.
IN diebus illis. Surgens c. 13.
Paul⁹, ⁊ manu silẽtiuz in-
dicẽs, ait. Uiri fratres, filij gene
ris Abraham, ⁊ qui in vobis ti-
ment deũ: vobis verbũ salutis
hui⁹ missuz est. Qui enim habi
tant Jerusalez, ⁊ principes eius
ignorantes Jesuz, ⁊ voces pro-
phetarum, que per omne sabba
thum legũtur, iudicãtes imple-
uerunt: ⁊ nullaz causam mortis
inueniẽtes in eo, petierũt à Pila
to, vt interficerẽt eũ. Cũq3 con-
summassent oĩa que de eo scri-
pta erãt: deponẽtes eũ de ligno
posue-

posuérunt euꝫ in monumento. Deus autem resuscitauit eum à mortuis tertia die. Qui visus est per dies multos his, qui ascénderant simul cuꝫ eo de Galileę in Jerusalem: qui vsqꝫ nūc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quę ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hāc deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Jesum Christum dominū
psal. 117. nostrum. Gradu. Hęc dies, quam fecit dominus: exultemus ꝛ lętemur in ea. ℣. Dicant nunc qui redempti sunt à domino: quos redémit de manu inimici: ꝛ de regionibus congregauit eos. Hal'lah, hal'lah. ℣. Surrexit dominus de sepulcro, qui pro nobis pependit in ligno. Sequētia. Victimę paschali. vt in Dominica Paschę. Sequē. scti euang. ſm Lucam.
c. 24. In illo tempore. Stetit Jesus in medio discipuloꝝ suoꝝ, ꝛ dixit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero ꝛ contérriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, ꝛ cogitationes ascēdunt in corda vestra? Videte manus meas, ꝛ pedes meos: quia ego ipse suꝫ. Palpate ꝛ videte: quia spiritus carnem ꝛ ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus ꝛ pedes. Adhuc autem illis non credentibus, ꝛ mirantibus prę gaudio, dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulérunt ei partem piscis assi, ꝛ fauuꝫ mellis. Et cum manducasset corā eis, sumēs reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hęc sunt verba quę locutus sum ad vos: cum adhuc essem vobiscuꝫ: quoniam necesse est impleri omnia quę scripta sunt in lege Moysi, ꝛ prophetis, ꝛ psalmis de me. Tunc apéruit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et dixit eis. Quoniam sic scriptuꝫ est, ꝛ sic oportebat Christum pati, ꝛ resurgere à mortuis die tertia, ꝛ prędicari in nomine eius pęnitentiaꝫ ꝛ remissionem peccatorum in omnes gentes. Credo. Offertorium. Intonuit de cęlo dominus: ꝛ altis- psal. 17.
simus dedit vocem suam: ꝛ apparuérunt fontes aquarum, Haleluiah. Secreta.

Suscipe domine fideliū preces cum oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęlestem gloriam transeamus. Per dn̄m. Cōio. Si consurrexistis cum Chri- col. 3.
sto, quę sursuꝫ sunt quęrite, vbi Christus est in dextera dei sedens, Hal'lah, quę sursum sunt sapite, Haleluiah. Postcōio.

Concede, q̄s, op̄s deus: vt paschalis perceptio sacramenti, continua in nostris mentibus perseuéret. Per dominū.

¶ Feria iiij. Statio ad Sanctũ Laurentiũ extra muros. Intr.



Enite benedicti patris: mei: pcipite regnũ, haleluiah: qđ vobis paratuz ẽ ab origine mũdi, Haleluiah, halaih, halaih. ps. Cãtate dño canticũ nouũ: cantate dño oĩs terra. ℣. Gloria. Oratio.

DEus q nos Resurrectionis dñicę annua solẽnitate lętificas: cõcede ꝓpiti⁹: vt p tpalia festa q̃ agimus, ꝑuenire ad gaudia ęterna mereamur. P eund.

Ab hac die vsq; ad octauã, post orationẽ diei dĩ vna ex sequentibus orationibus tm̃. Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

ECclesię tuę, q̃s dñe, preces placat⁹ admitte: vt destructis aduersitatibus, ⁊ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dñ. Uel pro papa.

DEus oĩum fideliũ pastor, ⁊ rector, famulum tuũ N. quem pastorẽ ecclesię tuę preesse voluisti, propitius respice: da ei, q̃s, verbo ⁊ exemplo quibus preest, proficere: vt ad vitã, vnã cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dñm.

Lectio actuum Apostolorum.

IN diebus illis. Aperiens Petrus os suũ, dixit. Uiri Israelitę, ⁊ qui timetis deuz, audite. Deus Abrahã, de⁹ Isaac, ⁊ deus Jacob, deus patrum nostrorum glorificauit filium suũ Jesum, quẽ vos quidẽ tradidistis ⁊ negastis ante faciẽ Pilati, iudicante illo dimitti. Uos aũt sanctũ ⁊ iustũ negastis, ⁊ petistis viruz homicidã donari vobis: auctorẽ vero vitę interfecistis, quẽ de⁹ suscitauit à mortuis cui⁹ nos testes sum⁹. Et nũc fratres scio q ꝑ ignorãtiã fecistis, sicut ⁊ principes vestri. Deus autẽ q prenũciauit ꝑ os oĩuz ꝓphetarũ pati Chrm̃ suũ, impleuit sic. Penitemini igit̃, ⁊ cõuertimini: vt deleant̃ peccata vestra. Grad.

Hęc dies quã fecit dñs: exultemus, ⁊ lętemur in ea. ℣. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutẽ. Haleluiah, halaih. ℣. Surrexit dñs verè: ⁊ apparuit Petro. Seq. Uictimę paschali. vt in Dñica paschę. fol. 132.

Seq. scti euãge. sm̃ Johãnem.



IN illo tempore: Manifestauit se iterum Jesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simõ Petrus, ⁊ Thomas qui dicitur Didimus, ⁊ Nathanael q erat à Cana Galilęę, ⁊ filij Zebedęi, ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Uado piscari. Dicunt ei. Uenimus ⁊ nos tecum.

tecũ. Et exierunt, ⁊ ascenderunt in nauim: ⁊ illa nocte nihil prendiderũt. Mane autẽ facto, stetit Jesus in litore: nõ tamẽ cognouerunt discipuli quia Jesus est. Dicit ergo eis Jesus. Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Et dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: ⁊ inuenietis. Miserunt ergo: ⁊ iam non valebãt illud trahere pre multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quẽ diligebat Jesus, Petro. Dñs est. Simon ergo Petrus cum audisset quia dñs est: tunicam succinxit se, (erat enim nudus) ⁊ misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete pisciũ. Ut ergo descenderũt in terraꝫ, viderũt prunas positas, ⁊ piscem superpositũ, ⁊ panẽ. Dicit eis Jesus. Afferte de piscibꝰ quos prendidistis nũc. Ascẽdit Simon Petrꝰ, ⁊ traxit rete in terrã plenuꝫ magnis piscibꝰ, centũ quinquaginta tribus. Et cũ tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Jesus, Uenite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eũ, Tu qs es? scientes qa dñs est. Et venit Jesus, ⁊ accepit panem, ⁊ dabat eis: ⁊ piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cum resurrexisset à mortuis.

Credo. Offert. Portas celi aperuit dñs: ⁊ pluit illis manna vt ederẽt: panem celi dedit eis: panem angelorum manducauit homo, Halleluiah. psal. 77.

Secreta.

Sacrificia domine paschalibus gaudijs immolamus: qbus ecclesia tua mirabiliter ⁊ pascitur ⁊ nutritur. Per dominum nostrum.

Alia secreta.

Protege nos dñe tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dñm nostrum.

Uel pro Papa.

Oblatis, q̃s, domine placare muneribus: ⁊ famulum tuũ N. quẽ pastorẽ ecclesie tue preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominũ.

Cõio. Christus resurgens ex mortuis iam non morit, halłah: mors illi vltra non dominabit, Haleluiah, halłah. Ro. 6.

Postcõio.

Ab omni nos, q̃s domine, vetustate purgatos, sacramenti tui veneranda perceptio in nouam transferat creaturaꝫ. Qui viuis ⁊ reg.

Alia postcõio.

Quesumus dñe deꝰ noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere humanis non sinas subiacere periculis. Per dñm no.

Uel pro Papa.

Haec nos, q̃s domine, diuini sacramenti pceptio protegat: ⁊ famulũ tuũ N. quẽ pastorẽ ecclesie tue preesse voluisti, vnà cũ commisso sibi grege, saluet

saluet semp et muniat. Per do.

¶ Feria v. Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introit.

sap. 10. 
Ictricē manum tuā domine laudauerunt pariter, halelu: qr sapientia apéruit os mutū, et linguas infantiū fecit disertas, Haleluiah, halelu. Ps. Cātate dño psal. 97. canticū nouū: quia mirabilia fecit. V. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui diuersitatez gentiū in cōfessione tui nominis adunasti: da, vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mentiū, et pietas actionuz. Per do. vel Ecclesię tuę. vel De⁹ omniū si. vt in feria pcedēti. f. 134.

Lectio actuum Apostolorum

ca. 8. In diebus illis: Angelus domini locut⁹ est ad Philippū, dicēs. Surge, et vade contra meridianum, ad viam quę descendit ab Jerusalem in Gazam: hęc est deserta. Et surgens abijt. Et ecce vir Aéthiops eunúch⁹, potēs Cándacis reginę Aethiopū, qui erat sup omnes gazas eius, vénerat adorare in Jerusalem, et reuertebat sedens super currū suū, legénsqz Isaiam prohetam. Dixit autem spiritus Philippo. Accede, et adiunge te ad currum istū. Accurrens autem Philippus, audiuit illū legentem Isaiā prophetā: et dixit. Putásne intelligis quę legis? Qui ait. Et quomodo possum, si non aliquis osténderit mihi? Rogauitqz Philippuz, vt ascénderet, et sedéret secum. Locus autē scripturę, quam legebat, hic erat. Tanquam ouis ad occisionē ductus est: et sicut agnus corā tondente se, sine voce, sic nō apéruit os suuz. In humilitate iudicium eius sublatuz est. Generationē eius qs enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autē eunúch⁹ Philippo, dixit. Obsecro te, de quo propheta dicit hoc: de se, an de alio aliquo? Apériens autē Philippus os suum, et incipiens a scriptura ista, euangelizauit illi Jesuz. Et dū irent per viá, venérunt ad quandam aquā: et ait eunúchus. Ecce aqua, qs prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde, licet. Et respondens, ait. Credo filium dei esse Jesum Christuz. Et iussit stare currum: et descendérunt vterqz in aquam, Philippus et eunúchus: et baptizauit eū. Cuz autē ascendisset de aqua, Spiritus domini rápuit Philippū, et amplius non vidit euz eunúchus. Ibat autem per viam suā gaudens. Philippus autez inuentus est in Azóto. Et pertransiēs euāgelizabat ciuitatib⁹ cunctis, donec veniret Cęsareā, no-

men

mē dñi Jesu Christi. Gradua. psal. 117. Hęc dies quā fecit dominus: exultemus & lętemur in ea. ℣. Lapidem quem reprobauērūt ędificātes, hic factus est in caput anguli: a dño factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Haleluiah, halłah: ℣. Surrexit Christus, qui creauit omnia: & misertus est humano generi. Sequentia. Victimę paschali. vt in dominica paschę. fol. 132.

Seq. S. Euang. sm Johannē. c. 20.



In illo tempore. Maria stabat ad monumētuz foris plorās. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumētū. Et vidit duos angelos in albis, sedētes, vnū ad caput & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Jesu. Dicunt ei illi. Mulier, qd ploras? Dicit eis. Quia tulērūt dominū meuz: & nescio vbi posuērūt euz. Hęc cū dixisset, cōuersa est retrorsuz, & vidit Jesum stātē: & nō sciebat qz Jesus est. Dicit ei Jesus. Mulier qd ploras? Quē queris? Illa existimās qz hortulan⁹ esset: dicit ei. Dñe, si tu sustulisti euz, dicito mihi vbi posuisti eū, & ego eū tollā. Dicit ei Jes⁹. Maria. Cōuersa illa, dicit ei. Rabbōni (qđ dicit magister.) Dicit ei Jes⁹. Noli me tāgere. Nōdū eniz ascēdi ad prēz meū. Uade aūt ad fratres meos, & dic eis. Ascēdo ad patrē meū, & patrem vestrum, deum meū, & deum vestruz. Uenit Maria Magdalenę annūciās discipulis, quia vidi dñz, & hęc dixit mihi. Credo. Offerto. In diē exo. 13. solennitatis vestrę, dicit dominus, inducaz vos in terrā fluentem lac, & mel, Haleluiah. Sec.

Suscipe, quęsum⁹ dñe, munera populorum tuorum propitius: vt confessione tui nominis, & baptismate renouati, sempiternā beatitudinez consequātur. Per do. vel Protege nos. vel Oblatis. vt i feria prę cedēti. Cōio. Populus acquisitionis annūciate virtutes ei⁹, 1. pe. 2. haleluiah: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumē suum, Haleluiah. Postcommu.

Exaudi dñe pces nostras: vt redemptionis nostrę sacrosancta commercia, & vitę nobis cnōferant pręsentis auxiliū, & gaudia sempiterna cōcilient. Per dñm nostrum. vel Quęsumus domine. vel Hęc nos quęsum⁹. vt in feria pręcedēti.

¶ Feria vj. Statio ad sanctam Mariam rotundā. Introitus.



Eduxit eos dominus in spe, psal. 77. haleluiah: & inimicos eorū operuit mare, halłah, haleluiah, haleluiah. ps.

Atten-

Attẽdite popule me⁹ legẽ meam: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. ℣. Gloria. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui paschale sacramentum in reconciliationis humanę fędere contulisti: da mentibus nostris, vt quod professione celebramus, imitemur effectu. Per dominũ. vel Ecclesię tuę. vel Deus omnium. vt in feria iiij. pręcedenti. fol. 134.

Lcõ epistole btĩ Petri apostoli.

1.c.3. Charissimi: Christ⁹ semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autẽ spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus, veniens prędicauit: qui increduli fuerãt aliquando, quando expectabãt dei patientiam in diebus Noe, cũ fabricaretur arca: in qua pauci, idest octo aĩę saluę factę sunt per aquã. Quod & vos nunc similis formę saluos facit baptisma: nõ carnis depositio sordiũ, sed cõsciẽtię bonę interrogatio in deũ, per resurrectionez Jesu Christi dñi nostri, qui est in dex

psal. tera dei. Grad. Hęc dies quã

117. fecit dñs: exultemus & lętemur in ea. ℣. Benedictus qui venit in noĩe dñi: deus dñs & illuxit nobis. Hal'ah, hal'. ℣. Dicite in gẽtibus: quia dñs regnauit a ligno. Sequẽtia. Victimę paschali: vt in dñica paschę. f. 132.

Seq. S. Euang. s̃m Mattheũ.

In illo tẽpore. Undecim discipuli abierũt in Galileam, in montem vbi constituerat illis Jesus. Et videntes eũ adorauerũt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Jesus locutus est eis, dicens. Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Euntes ergo, docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docẽtes eos seruare omnia quęcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus, vsque ad cõsummationẽ seculi. Credo. Offertoriũ.

Erit vobis hęc dies memorialis, haleluiah: & diem festũ celebrabitis solennẽ dño in progenies vr̃as, legitimũ sempiternũ diẽ, Hal'ah, hal'ah, hal'ah. Sec.

Hostias, quęsum⁹ dñe, placatus assume: quas & pro renatorũ expiatione peccati deferimus: & pro acceleratione cęlestis auxilij. Per dñm nostrũ. vel Oblatis. vel Protege nos. vt in feria iiij. pręcedenti. Cõio.

Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra, hal'ah: eũtes docete oẽs gentes baptizãtes eos, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Hal'ah. Postcõmu.

Respice, quęsumus domine, populum tuum: & quẽ ęternis dignatus es renouare mysterijs, a tẽporalibus culpis dignanter absolue. Per dñm.

vel

vel Quęsumus dñe. vel Hęc nos. vt in feria iiij. precedenti.

C Sabbato in Albis. Statio ad S. Johãnē in Laterano. Intr.

psal. 104.

Duxit dominus populū suuz in exultatione, halleluiah: ⁊ electos suos in lętitia, Hallꝫah, hallꝫah. ps. Cōfitemini dño, ⁊ inuocate nomē eiꝰ: annūciate inter gētes opera eius. ℣. Gloria pa. Orō.

COncede, quęsumus omnipotens deus: vt, qui festa paschalia venerãdo égimus, p hęc cōtingere ad gaudia ęterna mereamur. Per dñm no. vel Ecclesię tuę. vel Deꝰ oiuz fi. vt in feria iiij. pręcedēti. f. 134.

Lectio epl'ę beati Petri apost.

I.c.2. CHarissimi: Deponentes omnē malitiã, ⁊ omnē dolū, ⁊ simulationes, ⁊ inuidias, ⁊ oēs detractiones: sicut modò gēniti infãtes: rationabiles, sine dolo, lac cōcupiscite: vt in eo crescatis in salutē: si tamē gustatis, qm̃ dulcis est dñs. Ad quē accedentes, lapidē viuū, ab hominibus quidē reprobatū, à deo aūt electū, ⁊ honorificatū, ⁊ ipsi tãquaz lapides viui superędificamini, domus spiritualis, sacerdotiuz sanctū, offerētes spirituales hostias, acceptabiles deo p Jesuz Christū. Propter quod cōtinet scriptura. Ecce pònã in Sion lapidē summuz angularē, probatū, electū, preciosū. Et qui crediderit in illū, nō cōfundetur. Vobis igiť honor credētibus. Nō credētibus autē, lapis quē reprobauérunt ędificantes, hic factus est in caput anguli: ⁊ lapis offensionis, ⁊ petra scãdali, his q offēdūt verbo, nec credūt, in quo ⁊ positi sunt. Vos autē genus electū, regale sacerdotiū, gens sancta, populꝰ acquisitionis: vt virtutes eius annūcietis, q de ténebris vos vocauit in admirabile lumē suū. Qui aliquãdo nō populus: nunc autē populus Dei. Qui nō consecuti misericordiã: nūc autē misericordiã cōsecuti.

C Ab hac die vsqꝫ ad octauam Pentecostes, tã in officio de tēpore, quã de sanctis, nō dicitur Graduale: sed eius loco dicunť duo versus cū quatuor Hallꝫah, ordine infrascripto: pręter quaz in missis Rogationuz, ⁊ vigilię Pentecostes, in quibus dicitur vnū Hallꝫah, cū vno versu: similiter ⁊ post quãlibet prophetiaz in sabbato Quatuor tēporum post Pent. Alio tempore vsqꝫ ad Septuagesimam, quando dicitur Graduale, dicuntur tria Hallꝫah, post Graduale, bis ante versū, ⁊ semel post versū. Cū aūt dicitur Sequentia, Hallꝫah quod dicendum esset post versum, dicitur post Sequentiam.

Halleluiah, hallꝫah. ℣. Hęc dies

dies quaz fecit dominus: exultemus et letemur in ea. Halleluiah. ℣. Laudate pueri dñm, laudate nomen domini. Sequentia. Victime Paschali. fol. 132. et in fine Halleluiah.

Seq. sancti euág. ſm Johanné.

c. 20. 

In illo tépore. Una sabbati, Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent, ad monumétũ: et vidit lapidé sublatũ à monuméto. Cucúrrit ergo, et venit ad Simoné Petrũ, et ad aliũ discipulũ, quez diligebat Jesus: et dicit eis. Tulérunt dñm de monuméto: et nescim⁹ vbi posuérũt eũ. Exijt ergo Petrus, et ille alius discipulus: et venérũt ad monumentuz. Currebant aũt duo simul: et ille alius discipulus p̄cucúrrit citius Petro, et venit primus ad monumétũ. Et cũ se inclinasset, vidit linteámina posita: nõ tamé introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequés eũ, et introiuit in monumentũ: et vidit linteámina posita, et sudariuz qđ fuerat super caput eius: nõ cũ linteaminib⁹ positũ, sed separatim inuolútuz in vnũ locũ. Tũc ergo introiuit et ille discipulus q vénerat primus ad monumentũ: et vidit, et credidit. Nondũ enim sciebant scripturas, q: oportebat eũ à mortuis resurgere. Credo. Offer.

Benedictus q venit in nomine dñi: benediximus vobis de domo dñi: deus dñs, et illuxit nobis, Hallẽah, hallẽah. psal. 117. Secreta.

Concede, quesumus domine, semper nos per hec sacra mysteria paschalia gratulari: vt continua nostre reparationis operatio ppetue nobis fiat causa letitie. Per dominum. vel Protege. vel Oblatis. vt in feria iiij. precedenti. Cõio.

Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, Halleluiah. Gal. 3. Postcommunio.

Redemptionis nostre munere vegetati, q̃sum⁹ dñe: vt hoc perpetue salutis auxilio, fides semper vera pficiat. Per do. no. vel Quesum⁹ dñe. vel Hec nos. vt in fer. iiij. p̄cedéti.

¶ Dñica in oct. Pasche. Statio ad sanctuz Pancratiũ. Introit.

1. pe. 2. 

Quasi modo geniti infantes, halleluiah: rationabiles sine dolo, lac cócupiscite, Halleluiah, halleluiah. ps. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate deo Jacob. psal. 80. ℣. Gloria patri. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt qui paschalia festa perégimus: hec te largiente moribus et vita teneamus. Per dominum nostrum.

Lectio

Lectio ep̄le btī Johānis apl̄i.

I.c.5. Charissimi. Omne quod
natū est ex deo: vincit mū-
dum. Et hec est victoria q̄ vincit
mundū: fides nostra. Quis est
aūt, qui vincit mundū: nisi q cre
dit, qm̄ Jesus est filius Dei? Hic
est, q venit per aquā & sanguinē
Jesus Christus. Non in aqua
solū: sed in aqua & sanguine. Et
spiritus est, q testificat̄, quoniaz
Christus est veritas. Quoniam
tres sunt q testimoniū dant in ce
lo, pr̄, verbū, & spiritus sanctus: &
hi tres, vnū sunt. Et tres sunt, q
testimoniū dāt in terra: spiritus,
aqua, & sanguis: & hi tres, vnum
sunt. Si testimoniū hominū ac-
cipimus: testimoniū Dei maius
est. Quoniā hoc est testimoniū
Dei quod maius est: q2 testifica
tus est de filio suo. Qui credit in
filiū dei: habet testimoniuz dei
in se. Halleluiah, halleluiah.
mat. 28. ℣. In die resurrectionis mee, di
cit dn̄s, precedā vos in Galileā.
Jo. 20. Halleluiah. ℣. Post dies octo
ianuis clausis, stetit Jesus in me
dio discipulorum suorum, & di-
xit: pax vobis, Halleluiah.

Seq. sancti euāg. sm̄ Johannē.

c.20. In illo tempo

re. Cū esset se
ro die illa, vna sab-
bathorū, & fores es-
sent clause, vbi erāt
discipuli cōgregati
propter metuz Ju-
deorū: venit Jesus, & stetit in me
dio eorū, & dicit eis. Pax vobis.
Et cū hoc dixisset, ostēdit eis ma
nus & latus. Gauisi sunt ergo di
scipuli viso dn̄o. Dixit ergo eis
iteruz. Pax vobis. Sicut misit
me pr̄, & ego mitto vos. Hec cū
dixisset, insufflauit: & dicit eis.
Accipite spiritū sanctū: quorum
remiseritis peccata, remittuntur
eis: & quorū retinueritis: retēta
sūt. Thomas aūt vnus de duo-
decim, q dicit̄ Didymus, nō erat
cū eis, qn̄ venit Jesus. Dixerunt
ergo alij discipuli. Uidimus
dn̄m. Ille aūt dixit eis. Nisi vi-
dero in manib⁹ eius & fixurā cla
uorū, & mittā digitū meū i locuz
clauorū, & mittā manū meā in la
tus eius: nō credā. Et post dies
octo, iterū erāt discipuli eius in-
tus: & Thomas cū eis. Uenit Je
sus ianuis clausis, & stetit in me-
dio, & dixit. Pax vobis: Deinde
dicit Thome. Infer digitū tuū
huc, & vide manus meas, & affer
manū tuā, & mitte in latus meū:
& noli esse incredul⁹, sed fidelis.
Respondit Thomas, & dixit ei:
Dn̄s me⁹, & deus meus. Dicit ei
Jesus. Q2 vidisti me Thoma,
credidisti: btī q nō viderūt, & cre
diderūt. Multa qdē & alia signa
fecit Jesus in ɔspectu discipulo
rū suorū, que non sunt scripta in
libro hoc. Hec autē scripta sunt,
vt credatis q2 Jesus est fili⁹ dei:
& vt credentes, vitā habeatis in
noīe eius. Credo. Offer. An mat. 28.
gelus dn̄i descendit de celo, & di

 xit

rit mulieribus: quē q̄ritis, surrexit, sicut dicit, Halleluiah. Sec.

SVscipe munera, q̄s dn̄e, exultantis ecclesie: et cui causam tāti gaudij prestitisti, perpetue fructū cōcede letitie. Per d.

Jo. 20. Cōio. Mitte manum tuaz, et cognosce loca clauorū: hallah: et noli esse incredulus, sed fidelis, halleluiah, halleluiah. Postcō.

QVesumus dn̄e Deus nr̄: vt sacrosancta mysteria, que pro reparationis nostre munimine cōtulisti, et p̄sens nobis remediū esse facias, et futurū. P d.

¶ Feria ij. post octauam Pasche, vsq3 ad Ascensionem post orationē diei dicunt orationes sequētes, si nō est festū duplex.

¶ De beata virgine. Oratio.

COncede nos famulos tuos quesumus domine deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate Marie semper virginis intercessione, à presenti liberari tristitia, et eterna pérfrui letitia. Per.

Contra persecutores Ecclesie.

EEclesie tue, quesum⁹ dn̄e, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominuz nostrum. Vel pro Papa.

DEus omniuz fidelium pastor et rector, famulū tuum N. quē pastorē ecclesie tue preesse voluisti, ꝓpitius respice: da ei q̄sumus, verbo et exēplo, quibus preest, proficere: vt ad vitā, vnà cuz grege sibi credito, perueniat sempiternaz. Per dn̄m.

¶ De beata virgine. Secreta.

TVa domine ꝓpitiatione, et beate Marie semper virginis intercessione, ad perpetuā atque presentē hec oblatio nobis ꝓficiat, prosperitatem et pacem.

Cōtra ꝑsecutores ecclesie. Sec.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes, et corpore tibi famulemur, et mēte. Per dominuz nostrū. Vel p Papa.

OBlatis, quesumus dn̄e, placare muneribus: et famulum tuum N. quē pastorez ecclesie tue preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per.

¶ De beata virgine. Postcō.

SVmptis dn̄e salutis nostre subsidijs, da q̄sumus, beate Marie semp virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione, hec tue obtulimus maiestati. Contra persecutores Ecclesie. Postcomunio.

QVesumus domine deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere humanis non sinas subiacére periculis. Per do. Vel pro Papa.

HAec nos, q̄s dn̄e, diuini sacramenti perceptio protegat, et famuluz tuum N. quē pastorez ecclesie tue preesse voluisti, vnà cū cōmisso sibi grege, saluet semper et muniat. Per do.

¶ Domi-

¶ Dñica ij. post Pascha. Intr.

psal. 32.



Isericordia dñi plena est terra, halleluiah: verbo domini celi firmati sunt, halleluiah, hallẽah. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Glo. Oro. Deus, qui in filij tui humilitate, iacentẽ mundũ erexisti: fidelibus tuis perpetuam cõcede letitiam: vt quos perpetue mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sẽpiternis perfrui. Per eũ. Alie orationes. Concede nos famulos. ⁊ Ecclesie tue. vel Deus oĩuz fideliũ pastor. f. 138 vt sup. post dñicã in oct. pasche. Lectio eple b. Petri apostoli.

1. c. 2. Charissimi: Christ⁹ passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ: vt sequamini vestigia eius. Qui peccatuz nõ fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Cũ pateretur, non comminabatur. Tradebat autez iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui iustitie viuamus. Cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errãtes: sed conuersi estis nunc ad pastorez ⁊ episcopũ animarũ vestrarum. Halleluiah, halleluiah.

M. N. R.

℣. Cognouerũt discipuli dñm Luc. 24.
Jesum in fractione panis. Halleluiah. ℣. Ego sum pastor bonus, ⁊ cognosco oues meas, ⁊ cognoscunt me mee. Hallẽah. Seq. sancti euang. sm Johãnẽ.

c. 10. In illo tempore: Dixit Jesus phariseis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autez, ⁊ qui non est pastor, cuius nõ sunt oues proprie, videt lupũ venientẽ, ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit, ⁊ lupus rapit, ⁊ dispergit oues. Mercenarius aũt fugit, q2 mercenarius est: ⁊ non pertinet ad eũ de ouibus. Ego sũ pastor bon⁹, ⁊ cognosco oues meas, ⁊ cognoscunt me mee. Sicut nouit me pr̃, ⁊ ego agnosco patrẽ, ⁊ aĩaz meã pono ꝓ ouib⁹ meis. Et alias oues habeo, q̃ nõ sunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere ⁊ vocẽ meã audiẽt ⁊ fiet vnuz ouile ⁊ vnus pastor.

Credo. Off. Deus deus me⁹ psal 62.
ad te de luce vigilo: ⁊ ĩ noĩe tuo leuabo man⁹ meas, hallẽah. Sec. Benedictionem nobis dñe conferat salutarẽ sacra semper oblatio: vt quod agit mysterio, virtute perficiat. Per dñm. Tua dñe. Protege. vel Oblatis. vt supra post Dñicaz in oct. Pasche. Cõio. Ego sũ pastor Jo. 10.
bonus, halleluiah: ⁊ cognosco

oues meas, ⁊ cognoscũt me meę halleluiah, halleluiah. Postcõm. Presta nobis, quęsumus omnipotens deus: vt viuificationis tuę gratiam consequẽtes, in tuo semper munere gloriemur. Per dominum nostrũ. Sumptis dñe. Quęsumus. vel Hęc nos q̃sumus. vt supra post dominicam in oct. paschę.

Dñica iij. post Pascha. Intr.
psal. 65.



Iubilate deo omnis terra, halleluiah: psalmum dicite nomini eius, halleluiah: date gloriam laudi eius, halleluiah, halleluiah. Psalmus. Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tuę. mentientur tibi inimici tui. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio. Deus, qui errantibus, vt in viã possint redire iustitię, veritatis tuę lumen ostẽdis: da cunctis, q̃ christiana professione censentur, ⁊ illa respuere q̃ huic inimica sunt nomini, ⁊ ea q̃ sunt apta sectari. Per. Alię orõnes. Concede nos. ⁊ Ecclesię tuę. vel Deus oĩum fideliũ. vt sup. post Dñicã in oct. Paschę. f. 138

Lectio ep̃le beati Petri Ap̃li.
1. c. 2. Charissimi: Obsecro vos tanquam áduenas, ⁊ peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs quę militant aduersus animam, conuersationẽ vestram inter gentes habentes bonã: vt in eo quod detrectant de vobis tanquã de malefactoribus: ex bonis operibus vos cõsiderantes, glorificent deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humanę creaturę pp deum: siue regi, quasi pręcellenti: siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorũ, laudem vero bonorum: q2 sic est voluntas dei: vt benefacientes obmutéscere faciatis imprudentium hominũ ignorantiam: quasi liberi, ⁊ non quasi velamen habentes malitię libertatem, sed sicut serui dei. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deũ timete. Regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dñis, nõ tantũ bonis ⁊ modestis, sed ẽt dyscolis. Hęc est enim gratia in Christo Iesu dño nr̃o. Halleluiah, halleluiah. ℣. Redẽptionem misit dñs populo suo. Halleluiah. psal. 110.
℣. Oportebat pati Christum, ⁊ Luc. 24.
resurgere à mortuis: ⁊ ita intrare in gloriam suam, halleluiah.

Seq. san. euãg. sm̃ Ioannem.



In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. c. 16. Modicum, ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterũ, modicum, ⁊ videbitis me: quia vado

vado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex discipulis ei⁹ adinuicẽ. Quid est hoc q̄ dicit nobis: Modicũ, ꝛ nõ videbitis me: ꝛ iterũ modicũ, ꝛ videbitis me, ꝛ q̄a vado ad patrẽ? Dicebãt ergo: Quid est hoc q̄ dicit nobis, Modicum? Nescimus quid loquit̃. Cognouit autẽ Jesus q̄ volebãt eũ interrogare: ꝛ dixit eis. De hoc q̄ritis inter vos, quia dixi: Modicũ, ꝛ non videbitis me: ꝛ iterum modicũ, ꝛ videbitis me. Amen amẽ dico vobis, q̄ plorabitis ꝛ flebitis vos, mũdus autẽ gaudebit: vos vero cõtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. Mulier cũ parit, tristitiã habet, q̄ venit hora eius: cũ autez peperit puerũ, iam nõ meminit pressurę propter gaudiũ, q̄ natus est homo in mundũ. Et vos igitur nunc quidem tristitiã habetis. Iterũ autẽ videbo vos, ꝛ gaudebit cor vestrũ: ꝛ gaudiuz vestrum nemo tollet à vobis. Credo in vnum deum patrẽ.
psal. 145. Offerto. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psallã deo meo quã diu ero, halleluiah. Secreta.

HIs nobis dñe mysterijs conferatur, quo terrena desideria mitigantes, discamus amare cęlestia. Per dominum. Tua do. Protege, vel Obla.
Jo. 16. Cõm. Modicũ ꝛ nõ videbitis me, hall'ah: iterũ modicũ, ꝛ videbitis me, quia vado ad patrẽ, halleluiah, halleluiah. Postcõ.

SAcramenta q̃ sumpsimus, quęsumus dñe, ꝛ spiritualibus nos instaurent alimentis, ꝛ corporalibus tueãtur auxilijs. Per dominum nostrum Jesuz Christum. Sumptis domine. Quęsumus. vel Nec nos quę.

¶ Dñica iiij. post Pascha. Intr.



CAntate dño cãticũ nouũ, halleluiah: quia mirabilia fecit dñs, halleluiah: ante conspectum gentiũ reuelauit iustitiam suam, halleluiah, halleluiah, hall'ah. psal. 97. Ps. Saluauit sibi dextera eius, ꝛ brachium sanctum eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui. Oratio.

DEus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod pręcipis, id desiderare quod p̄mittis: vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, vbi verba sunt gaudia. Per dominum nostrum Jesum ꝛc. Alię orationes. Concede nos. Ecclesię vel Deus omniũ fi. vt supra post dominicaz in octaua paschę. f. 138. Lectio epistolę beati Jacobi apostoli.

CHarissimi. Omẽ datuz optimũ, ꝛ omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum: apud quem ca. 1. non

non est transmutatio, nec vicissi
tudinis obumbratio. Voluntari
riè enim genuit nos verbo veri
tatis: vt simus initium aliquod
creaturę eius. Scitis fratres mei
dilectissimi. Sit autē omnis ho
mo velox ad audienduz, tardus
autem ad loquendum, ⁊ tardus
ad irā. Ira enim viri, iustitiā dei
non operatur. Propter quod
abijcientes omnē immunditiā,
⁊ abundantiam malitię, in man
suetudine suscipite insitum ver-
bū, quod potest saluare animas
vestras. Halleluiah, all'ah. ℣.
psal. 117. Dextera domini fecit virtutez:
dextera dñi exaltauit me, dexte
ra dñi fecit virtutē, halleluiah.
℣. Christus resurgens ex mor-
tuis, iam nō morit̄: mors illi vl-
tra non dominabit̄, halleluiah.
Seq. sancti euang. sm Joannē.

c. 16.



In illo tēpo-
re: Dixit Je-
sus discipulis suis.
Vado ad eum, qui
misit me: ⁊ nemo
ex vobis interro-
gat me, quo vadis?
Sed, qꝛ hęc locutus sum vobis:
tristitia impleuit cor vestrum.
Sed ego veritatem dico vobis,
expedit vobis, vt ego vadam.
Si enim non abiero, paraclitus
non veniet ad vos. Si autem
abiero, mittam eum ad vos. Et
cum venerit ille, arguet mundū
de peccato, ⁊ de iustitia, ⁊ de iu-
dicio. De peccato quidem: quia
non crediderunt in me. De iusti
tia vero: quia ad patrem vado:
⁊ iaz non videbitis me. De iudi
cio autem: quia princeps huius
mundi iaz iudicatus est. Adhuc
habeo multa vobis dicere: sed
nō potestis portare modo. Cuz
autem venerit ille spiritus veri-
tatis, docebit vos omnē verita-
tez. Nō enim loquetur à semet-
ipso: sed quęcunque audiet, lo-
quet̄: ⁊ quę ventura sunt annun
ciabit vobis. Ille me clarifica-
bit: qꝛ de meo accipiet, ⁊ annun psal. 65.
ciabit vobis. Credo. Offerto.
Iubilate Deo omnis terra, iu
bilate deo vniuersa terra: psal-
mū dicite nomini eius: venite, ⁊
audite, ⁊ narrabo vobis oēs qui
timetis deum, quanta fecit dñs
animę meę, halleluiah. Secre.
Deus, qui nos per huius sa
crificij veneranda cōmer-
cia, vnius, summęqꝫ diuinitatis
participes esse fecisti: p̄sta quęsu
mus: vt sicut tuaz cognouimus
veritatem, sic eaz dignis mori-
bus assequamur. Per dominū.
Tua domine. Protege, vel
Oblatis, q̄sumus. Cōmunio.
Cum venerit paraclitus spiri- Jo. 16.
tus veritatis, ille arguet mundū
de peccato, ⁊ de iustitia, ⁊ de iu-
dicio, hall'ah, hall'ah. Post cō.
Adesto nobis dñe deus no
ster: vt p hęc, quę fideliter
sumpsim⁹, ⁊ purgemur à vitijs,
⁊ à p̄iculis omnibus eruamur.
Per do. Sumptis domine.
Quęsu-

Quesumus do: vel Hęc nos.

¶ Dominica quinta post pascha. Introitus.



Ocem iucũditatis annũciate, ⁊ audiatur halleluiah: annũciate vsque ad extremũ terrę: liberauit dñs pplm suuz, halleluiah, halleluiah: ps. Jubilate deo omnis terra, psalmũ dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.
psal. 65.
℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Deus, à quo bona cũcta procedunt: largire supplicib⁹ tuis: vt cogitemus te inspirante quę recta sunt: ⁊ te gubernante, eadez faciamus. Per dominũ. Alię orationes, Concede nos famul. ⁊ Ecclesię, vel Deus oĩum fideliũ past. vt supra post Dñicã in octaua paschę. fo. 138. Lectõ epl'e b. Jacobi Apostoli.

ca. 1.
Charissimi. Estote factores verbi, ⁊ non auditores tantũ, fallentes vosmetipsos. Quia siquis auditor est verbi, ⁊ nõ factor: hic comparabitur viro consideranti vultuz natiuitatis suę in speculo. Considerauit enim se, ⁊ abijt, ⁊ statim oblit⁹ est qualis fuerit. Qui autez perspexerit in lege perfectę libertatis, ⁊ permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Siqs autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suã, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio mũda ⁊ immaculata apud deum ⁊ patrez, hęc est. Uisitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eorũ: ⁊ immaculatũ se custodire ab hoc sęculo. Hall'ah, hall'ah. ℣. Surrexit Christus, ⁊ illuxit nobis, quos redemit sãguine suo. Halleluiah. ℣. Exiui à patre, ⁊ veni in mũdũ: iterũ relinquo mũdũ, ⁊ vado ad patrem, Halleluiah. Seq. sancti euang. sm Joannẽ.



In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis, Amen amen dico vobis: siquid petiẽritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo, Petite, ⁊ accipietis: vt gaudiuz vestruz sit plenum. Hęc in prouerbijs locutus sum vobis. Uenit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palàz de Patre annunciabo vobis. Jllo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Jpse enim pater amat vos, q2 vos me amastis, ⁊ credidistis quia à deo exiui. Exiui à patre, ⁊ veni in mundum, iterum relinquo mundũ, ⁊ vado ad patrez. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palàz loqueris, c.16.

queris, & prouerbiũ nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & nõ est opus tibi vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à deo existi. Credo. Offer.
psal. 65. Benedicite gentes dominum deuz nostrum, & obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, & nõ dedit commoueri pedes meos: benedictus dñs qui nõ amouit deprecationẽ meã, & misericordiã suã à me halleluiah. Secre.

Suscipe domine fideliũ preces cum oblationibus hostiarum: vt per hec pie deuotionis officia, ad celestem gloriam transeamus. Per dominum. Tua domine. Protege, vel Oblatis quesu. Communio.

Cantate dño, halleluiah, cantate domino, & benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diẽ salutare eius, halleluiah, halleluiah. Postcommunio.

Tribue nobis domine celestis mense virtute satiatis, & desiderare que recta sunt, & desiderata percipere. Per domi. Sumptis domine salu. Quesum⁹. vel Hec nos quesumus.

¶ In litanijs maioribus in festo S. Marci, Statio ad S. Petrũ, Et in minoribus ante Ascensionem, Feria ij. Rogationum, Statio ad sanctam Mariã Maiorem. Feria iij. Ad sanctum Joannẽ in Laterano. Feria iiij. Ad sanctum Petrum Introit.



Exaudiuit de templo sancto suo vocẽ meam, halleluiah: & clamor me⁹ in cõspectu ei⁹ introiuit in aures eius, hallẽ́iah, hallẽ́iah. psal. 17. Ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentum meum & refugium meũ & liberator meus. ℣. Gloria patri, & filio. In hac Missa non dicit̃ Gloria in excelsis: neque Credo. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt, q in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra aduersa omnia, tua semp protectione muniamur. Per d. Alie Orationes. Concede nos famu. & Ecclesie vel Deus omnium fi. vt sup. post Dñicam in oct. pasche. fol. 138.

Lectio epistole bti Jacobi apli. ca. 5.

Charissimi: Confitemini alterutrũ peccata vestra: & orate pro inuicem vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram: & non pluit annos tres: & menses sex. Et rursum orauit: & celum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Fratres mei, siquis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis euz: scire debet

bet quoniã qui conuerti fecerit peccatorez ab errore vię suę, saluabit animã eius à morte, & operiet multitudinem peccatoruz.

psal. 105. Halleluiah. ℣. Confitemini dño, quoniam bonus: quoniaz in seculum misericordia eius.

Seq. sancti euang. ſm Lucam.

c. 11. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis.



Quis vestrum habebit amicuz: & ibit ad illum media nocte, & dicit illi. Amice, accõmoda mihi tres panes: quoniã amicus meus venit de via ad me, & nõ habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respõdens dicat, Noli mihi molestus esse: iaz ostiũ clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: nõ possuz surgere & dare tibi. Et, si ille pseuerauerit pulsans, dico vobis, et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen ei⁹ surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis. Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & q quęrit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget ei scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quãto magis pater vester de cęlo dabit spiritum bonum petentibus se?

Offerto. Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multoruz laudabo eũ, qui ástitit à dextris pauperis, vt saluaz faceret à persequentibus animaz meã, halleluiah. psal. 108.

Secreta. Hęc munera, q̃sumus dñe, & vincula nostrę prauitatis absoluant, & tuę nobis misericordię dona cõcilient. Per do.

Tua domine. Protege, vel Oblatis quęsu. Communio.

Petite, & accipietis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & q q̃rit, inuenit, & pulsanti aperietur, hall'ah. Luc. 11.

Postcõmu. Vota nostra, quęsumus domine, pio fauore prosequere: vt dum dona tua in tribulatione percipimus, de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dominum no.

Sumptis dñe. Quęsumus. vel Hęc nos quęsumus domi.

¶ In Vigilia Ascensionis.

Si hodie occurrat festum simplex, fit de ipso tantum commemoratio in missa. Si occurrat festũ duplex, vel semiduplex, missa dicitur de festo cuz cõmemoratione vigilię. Sed in Ecclesijs collegiatis dñr duę missę, vna de festo, alia de vigilia. Introi.

Vocem


Ocem iucũditatis annũciate, et audiatur, hallelujah: annũciate vsque ad extremum terrę: liberauit dominus pplm suũ, hallelujah, hallelujah.
psal. 65. Ps. Jubilate Deo oĩs terra: psalmũ dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gloria pat. Et dicit Gloria in excelsis. Orõ.

Deus, à quo bona cũcta procedũt, largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante quę recta sunt, et te gubernante eadez faciamus. Per dominũ. Secunda oratio de rogationibus. Presta quęsumus. tertia de sancta Maria. Concede nos famulos tuos. Ubi autẽ in Ecclesijs collegiatis dicit alia quoque Missa de rogationibus: secunda oratio erit de sancta Maria: tertia contra persecutores ecclesię, vel pro Papa vt sup. post dñicã in octaua paschę. fo. 138.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

c. 4. Fratres. Unicuique nostrum data est gratia secundũ mensurã donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuã duxit captiuitatez: dedit dona hominibus. Quod autẽ ascendit: quid est, nisi quia et descẽdit primuz in inferiores partes terrę? Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes cęlos, vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdã quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autẽ pastores et doctores ad cõsummationem sanctoruz, in opus ministerij, in ędificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei et agnitionis filij dei: in virum perfectuz, in mensurã ętatis plenitudinis Christi.

Hallelujah, hallelujah. ℣. Surrexit Christus et illuxit nobis, quos redemit sanguine suo. Hallelujah.
℣. Exiui à patre, et veni in mundum: iterũ relinquo mundum, et vado ad patrem, halleluiah. Jo. 16.

Seq. sancti euang. scdm Joannẽ. c. 17.


In illo tempore: Subleuatis Jesus oculis in cęlum dixit. Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatez omnis carnis: vt omne quod dedisti ei, det eis vitam ęternã. Hęc est autem vita ęterna, Ut cognoscant te solum deum verum, et quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quaz habui priusquam mundus fieret, apud te.

Mani-

Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mũdo. Tui erãt: ꝛ mihi eos dedisti: ꝛ sermonem tuuz seruauérunt. Nunc cognouérunt quia omnia quę dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quę dedisti mihi, dedi eis. Et ipsa accepérunt: ꝛ cognouérũt verè quia à te exiui: ꝛ crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Nõ pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea oĩa, tua sunt: ꝛ tua, mea sũt: ꝛ clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: ꝛ hi in mundo sunt: ꝛ ego ad te venio. Dicitur Prefatio paschalis. Offert.

psal. 65. Benedicite gentes dominum deum nostrum: ꝛ obaudite vocem laudis eius, qui posuit animam meam ad vitaz: ꝛ non dedit commouéri pedes meos: benedictus dominus, qui nõ ámouit deprecationẽ meam, ꝛ misericordiã suã à me, hallĺah. Sec.

Suscipe domine fideliũ preces cum oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęlestem gloriam transeamus. Per dominum nostrum. Tua domine. Protege, vel Oblatis quęsumus.

psal. 95. Communio. Cantate domino, halleluiah: cantate domino, ꝛ benedicite nomini eius, bene nunciate de die in diem salutare eius, halleluiah, halleluiah. Postcommunio.

Tribue dñe cęlestis mensę virtute satiatis, ꝛ desiderare q̃ recta sunt, ꝛ desiderata percipere. Per do. Sumptis dñe. Quęsumus, vel Hęc nos q̃s.

¶ In die Ascensionis. Statio ad sanctũ Petrum. Introitus.



Viri galilei, quid admiramini aspicientes in cęlũ: halleluiah: quéadmodũ vidistis euz ascendentem in cęluz, ita veniet, halleluiah, halleluiah, hallĺah. act. 1. Ps. Omnes gẽtes plaudite manibus: iubilate Deo ĩ voce exultationis. ℣. Gloria pa. Oratio.

Concede quęsumus, oĩpotens deus: vt, q hodierna die vnigenituz tuũ redemptorem nostruz ad cęlos ascendisse crédimus, ipsi quoqz mẽte in cęlestibus habitemus. Per eund.

Lectio Actuum apostoloruz.

Primum quidẽ sermonez feci de omnibus, o Theóphile, quę cępit Iesus facere, ꝛ docére, vsque in diẽ qua pręcipiens apostolis per spiritũ sanctũ, quos elegit, assumptus est: quibus ꝛ prębuit seipsum viuũ post passionem suã in multis argumentis, p dies quadraginta apparẽs eis, ꝛ loquẽs de regno dei. Et conuescens, pręcepit eis, ab Ierosolymis ne discéderẽt, ca. 1.

sed

sed expectarent promissionē patris, quā audistis (inquit) per os meū: quia Johannes quidem baptizauit aqua, vos autez baptizabimini spiritu Sancto nō post multos hos dies. Igitur q cōuénerant, interrogabant euz dicētes. Domine, si in tempore hoc restitues regnū Israel? Dixit autē eis. Nō est vestrū nosse tēpora vel momenta, quę pr̄ posuit in sua potestate: sed accipiētis virtutē superuenientis Spiritus sctī in vos, ⁊ éritis mihi testes in Hierusalē, ⁊ in omni Judęa, ⁊ Samária, ⁊ vsqz ad vltimū terrę. Et cuz hoc dixisset, videntib⁹ illis eleuatus est: ⁊ nubes suscepit eū ab óculis eorū. Cūqz intuerent̄ in cęlū euntē illū, ecce duo viri astitérūt iuxta illos in vestibus albis, q ⁊ dixérūt: Uiri galilęi, qd statis aspiciētes in cęlū? Hic Jesus, q assumptus est à vobis in cęlū, sic veniet, quēadmodū vidistis eū euntē in cęlū.

psal. 46. Halleluiah, hall'ah. ℣. Ascēdit deus in iubilatione: ⁊ dñs in voce tubę, Hall'ah. ℣. Dñs i Sina, in sancto, ascēdens in altū, captiuaz duxit captiuitatem, hall'ah.

Seq. sancti euāg. ḟm Marcum.

c. 16.



In illo tempore: Recumbētibus vndecim discipulis, appáruit illis Jesus: ⁊ exprobrauit incredulitatem eorum ⁊ duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prędicate euangeliū omni creaturę. Qui credíderit, ⁊ baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero nō credíderit: condemnabit̄. Signa autem eos qui credíderint, hęc sequētur. In nomine meo dęmonia eijcient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, Et, si mortiferū quid bíberint, nō eis nocebit. Super ęgros manus impónent, ⁊ bene habebunt. Et dñs quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cęluz, ⁊ sedet à dextris dei. Illi autem profecti, prędicauérunt vbiqz: dño cooperāte, ⁊ sermonē cōfirmāte sequētibus signis.

¶ Dicto euāgelio extinguitur cereus paschalis, nec vlterius accenditur, nisi in Sabbatho Pentecostes ad bñdictionē fontium. Credo. Offer. Ascēdit deus in iubilatione, ⁊ dñs in voce tubę, halleluiah. psal. 46. Secreta.

Suscipe dñe munera, quę p filij tui gloriosa Ascensione deférimus: ⁊ cōcede propitius: vt à pręsentibus periculis liberemur, ⁊ ad vitaz perueniamns ęternā. Per eun. Prefatio. Per Christū dñm nostrū. Qui post resurrectionez. fo. 117. Et dicit vsque ad vigiliam Pētecostes exclusiue. Communicantes, ⁊ diem sacratissimuz celebrantes quo

diem sacratissimum celebrãtes quo dñs. f. 118. Et dicit̃ p octa-
psal. 67. uaz tantũ. Cõmunio. Psallite dño, q ascendit super cęlos cę-
lorũ ad oriẽtẽ, hall'ah. Postco.

PResta nobis, quęsumus omnipotens ⁊ misericors deus: vt quę visibilibus myste-
rijs sumẽda percépimus, inuisi bili consequamur effectu. Per.

¶ Infra octauam Ascensionis quotidie dicitur missa de Ascen sione, nisi festum duplex vel se-
miduplex occurrat, de quo tũc fit cũ commemoratione octauę: de simplici autem fit tantum cõ
memoratio. Post orationẽ diei dicitur secunda oratio de sancta Maria. Concede nos famu.
tertia Ecclesię. vel pro Papa. vt sup. post dñicã i oc. pas. f. 138.

¶ Dominica infra octauam Ascensionis. Introitus.

psal. 26.



Exaudi dñe vocẽ meaz, qua clama-
ui ad te, hal-
leluiah: tibi dixit cor me-
um, quęsiui vultum tuũ, vultũ tuũ dñe requirã: ne auer-
tas faciẽ tuaz à me, halleluiah, halleluiah. ps. Dominus illu-
minatio mea, ⁊ salus mea: quez timebo? ℣. Gloria pa. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, fac nos tibi semper ⁊ deuotam gerere voluntatẽ, ⁊ maiestati tuę syncéro corde ser-
uire. Per dominum nostrum.
Et fit commemoratio de Ascen sione tantum. Concede quęsu.
Lectõ epistolę beati Petri apli.

CHarissimi. Estote pruden tes: ⁊ vigilate in orationi- 1. c. 4.
bus. Ante omnia autem, mu-
tuaz in vobismetipsis charitatẽ continuam habentes: qr chari-
tas óperit multitudinem pecca torum. Hospitales inuicez sine
murmuratione. Unusquisque sicut accepit gratiam, in altéru-
truz illam administrantes: sicut boni dispẽsatores multiformis
gratię dei. Siquis loquit̃: quasi sermones dei. Siquis ministrat
tanquã ex virtute, quaz admini strat deus. Ut in omnibus ho-
norificet̃ deus p Jesuz Christũ dñm nr̃m. Alleluiah, hall'ah.
℣. Regnauit dominus super psal. 46.
omnes gentes: deus sedet su-
per sedem sanctam suã, hall'ah.
℣. Non vos relinquam orpha nos: vado, ⁊ venio ad vos ⁊ gau
debit cor vestrum, halleluiah.
Seq. sancti euãg. sm Johannẽ.



IN illo tem- c. 15. ⁊ 16.
pore: Di-
xit Jesus discipu-
lis suis. Cum ve-
nerit paráclitus, quem ego mittam vobis à patre, spi-
ritum veritatis, qui à patre pro-
cedit: ille testimonium perhi-
bebit de me. Et vos testimo-
nium

niũ perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hęc locutus sũ vobis, vt non scandalizémini. Absque synagogis faciét vos. Sed venit hora, vt omnis qui intérficit vos, arbitretur obsequiuz se prȩstare deo. Et hęc facient vobis: quia nõ nouérũt patrẽ, neque me. Sed hęc locutus sũ vobis: vt cũ vénerit hora, eoruz reminiscamini, qr ego dixi vobis.
psal. Credo. Offertoriũ. Ascẽdit
46. deus in iubilatione: & dominus in voce tubę, halleluiah. Secre.
Sacrificia nos domine immaculata purificent: & mẽtibus nostris supernę gratię dẽt vigorem. Per dominum. Pro Ascensione. Suscipe domine mune. Communio.
Io. Pater cũ essem cũ eis, ego ser-
17. uabam eos quos dedisti mihi, halleluiah: nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mũdo: sed vt serues eos à malo, halleluiah, halleluiah. Postcõ.
Repleti dñe muneribus sacris, da q̃s, vt in gratiarũ sẽper actione maneamus. Per d. Pro Ascẽsione. Prȩsta nobis.

¶ In octaua Ascẽsionis dr̃ missa sicut in die cũ vna tãtũ orõne.

¶ Feria vj. post octauã Ascensionis si festũ duplex vl' semidu. nõ fuerit, missa dr̃ de dñica prȩterita, cum orõne de S. Maria. Concede & Ecclesię. vel pro Papa. de simplici fit tantuz cõmemoratio, & nõ dicit Credo.

¶ In vigilia Pẽtecostes. Statio ad S. Joannẽ in Laterano.



Hora cõpetenti dicit Nona. Qua finita, sacerdos, & ministri idu ti vestimẽtis violaceis facta reuerentia ante altare, in locis suis sedent: postea leguntur prophetię sine titulo. In fine, pphetiarũ dicunt̃ orationes sine Flectamus genua. Prophetia prima. In diebus illis. Tentauit deus Abrahã. vt in sabbatho sancto. fol. 100. qua finita sacerdos dicit Oremus. De 32
Deus, qui in Abrahę famuli tui opere, humano generi obedientię exẽpla prębuisti: cõcede nobis, & nostrę voluntatis prauitatez frángere, & tuorũ prȩceptorum rectitudinẽ in omnibus adimplere. Per domi. Prophetia secũda. In diebus illis. Factũ est in vigilia matutina. vt in Sabbato sancto f. 101.
Trac. Cantemus dño, gloriosè Ex.
eniz honorificatus est: equũ, & a- 15.
scensorẽ proiecit in mare: adiutor & protector factus est mihi in salutẽ. ℣. Hic De⁹ me⁹, & honorificabo eũ, de⁹ patris mei, & exaltabo eũ. ℣. Dñs cõterens bella: dñs nomen est illi. Oremus.
Deus, qui in primis tẽporibus impleta miracula noui

ni testamenti luce reserasti, vt ꝛ
mare rubrũ forma sacri fõtis exi
steret, ꝛ liberata plebs ab Aegy
ptiaca seruitute, Christiani ppli
sacramẽta pferret: da, vt oẽs gẽ
tes, Israélis priuilegiũ merito fi
dei ꝯsecutę, spũs tui participatio
ne regenerent. Per do. in vnit.
eiusdẽ. Prophetia iij. In die-
bus illis. Scripsit Moyses cãti
cũ, ꝛ docuit filios Israel. vt in
Sabbatho scto. f. 103. Tra. At
tẽde cęlũ, ꝛ loquar: ꝛ audiat ter-
ra verba ex ore meo. ℣. Expe-
ctet sicut pluuia eloquiũ meũ: ꝛ
descendát sicut ros verba mea.
℣. Sicut imber sup gramẽ, ꝛ si-
cut nix sup fęnũ: q nomẽ dñi in
uocabo. ℣. Date magnitudinẽ
deo nr̃o: deꝰ verax: opera eius,
ꝛ oẽs vię eius iudicia. ℣. Deꝰ fi-
delis, in quo nõ est iniquitas: iu
stus ꝛ sanctus dñs. Oremus.
Deus glorificatio fideliũ, ꝛ
vita iustoruz, qui p Moy-
sen famulũ tuũ nos quoqz mo-
dulatione sacri carminis erudi-
sti: vniuersis gẽtibus misericor-
dię tuę munus operare, tribuẽ-
do beatitudinẽ, auferendo ter-
rorẽ: vt quod pronũciatum est
ad suppliciũ, in remediũ trãsfe-
rat ęternũ. P do. Prophetia iiij.
Apprehẽdent septẽ mulieres
virum vnũ in die illa dicentes.
vt in Sabbatho sancto. fo. 102.
Isa. 5. Tract. Vinea facta est dilecto
meo, in cornu in loco vberi. ℣.
Et macériam circundédit, ꝛ cir-
cunfódit, ꝛ plantauit vineã So-
rec, ꝛ ędificauit turrim in medio
eius. ℣. Et tórcular fodit in ea:
vinea enim domini sabaoth,
domus Israel est. Oremus.
Omnipotens sempiterne
deus, qui per vnicum filiũ
tuũ ecclesię tuę demonstrasti te
esse cultorem: omnez pálmitẽ,
fructum in eodẽ Christo tuo, q
vera vitis est, afferentẽ, clemen
ter éxcolẽs, vt fructꝰ áfferat am
pliores: fidelibus tuis, quos ve
lut vineã ex Aegypto, p fontez
baptismi trãstulisti, nullę pecca-
torũ spinę pualeant: vt spũs tui
sanctificatione muniti, ppetua
fruge ditent. Per eund. in vni.
eius. Prophetia quinta. Audi
Israel mandata vitę: áuribus
pércipe, vt scias pru. vt in Sab-
batho sancto. f. 102. Oremus.
Deus, q nobis p propheta-
rum ora pręcepisti tempo-
ralia relinquere, atqz ad ęterna
festinare: da famulis tuis, vt, q
à te iussa cognouimus, implere
cęlesti inspiratione valeamus.
Per do. Prophetia sexta. In
diebus illis. Facta est super me
manus domini. vt in Sabba-
tho sancto. fol. 102. Oremus.
Domine deus virtutum, q
collapsa réparas, ꝛ repara
ta cõseruas, áuge populos in tui
nominis sanctificatione renouã
dos: vt omnes, qui sacro baptis-
mate diluuntur, tua semper in-
spiratione dirigantur. Per do.

His expletis descédédo ad fontes cantatur Trac. Sicut ceruus desiderat ad fōtes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te de⁹. ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuū: quando veniā, ⁊ apparebo ante faciem dei mei? ℣. Fuérunt mihi lacryme meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est deus tuus? Deinde ad fontes, antequaꝫ sacerdos intret ad benedictionem fontiuꝫ, dicit Dominus vobiscum. Oremus.

psal. 41.

Concede quęsumus, omnipotens deus: vt qui solennitatem doni sancti spiritus cólimus, cęlestibus desiderijs accēsi, fonteꝫ vitę sitiamus. Per do. in vni. eius. Deinde proceditur ad benedictionē fontium, vt in Sabbatho sácto. ¶ Ubi vero non fuerint fontes, Tractus. Sicut ceruus. ⁊ oratio sequēs tractum, ⁊ fontium benedictio prętermittuntur: sed finita oratione Domine deus virtutum, sacerdos casula deposita, cū ministris ante altare procumbit: ⁊ alijs omnibus genuflexis cātātur litanię à duobus cantoribus in medio chori, vtroque choro idem simul respondente. Circa finem litaniarum sacerdos ⁊ ministri, solemniter induūtur vestimentis rubeis, ⁊ accenduntur luminaria circa altare. Peruēto autem ad Kyrie eleison Litaniarum, Kyrie eleison promissa à cantoribus solemniter incipitur. Quo incepto, sacerdos cuꝫ ministris facit cōfessionem: ⁊ ascendens ad altare, finito Kyrie elei. incipit solēniter Gloria in excelsis Deo. Et campanę pulsantur. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotens deus: vt claritatis tuę super nos splendor effulgeat: ⁊ lux tuę lucis, corda eorū qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritus illustratione cōfirmet, Per domi. in vnitate eiusdem. Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis. Factuꝫ est cum Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragrátis superioribꝰ partibus veniret Ephesum, ⁊ inueniret quosdā de discipulis, dixitque ad eos. Si spiritum sanctū accepistis credentes? At illi dixérunt ad eū. Sed neqꝫ si spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixérūt. In Joannis baptismate. Dixit autem Paulus. Joānes baptizauit baptismo pęnitētię populū, dicens, in eum qui venturus esset post ipsuꝫ vt crederét, hoc est in Jesum. His auditis baptizati sunt in nomine domini Jesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos, ⁊ loquebātur linguis, ⁊ prophetabant. Erant auteꝫ omnes viri ferè duodecim. Introgressus auteꝫ Paulus in syna-

synagogas, cũ fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadẽs de regno dei. Halleluiah.
psal. 106. ℣. Confitemini dño, quoniam bonus: quoniam in sęculũ misericordia eius. non repetit halleluiah.
psal. 116. sed immediate sequitur Trac. Laudate dñm oẽs gentes: & collaudate eũ oẽs populi. ℣. Quoniam cõfirmata est sup nos misericordia eius: & veritas domini manet in ęternum.

¶ Ad euangeliũ nõ portantur luminaria, sed incensum tantũ. Seq. sancti euãg. sm Johannẽ.

c. 14. 

In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis. Si diligitis me, mãdata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in ęternum, Spiritũ veritatis, quem mundus nõ potest accipere, q2 non videt eum, nec scit euz. Vos autem cognoscetis eũ: q2 apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicũ: & mundus me iã non videt. Vos autez videtis me: q2 ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, q2 ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mãdata mea, & seruat ea: ille est q diligit me. Qui autez diliget me, diliget a pře meo: & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsuz. Non dicit Credo. Offer.

psal. 103. Emitte spũm tuũ, & creabunt. & renouabis faciez terrę, sit gloria dñi in secula, halleluiah. Secre.

Munera, quęsumus domine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominuz: in vnitate eiusdem. Pręfatio.

Per Christũ dñm nostrũ. Qui ascẽdẽs super omnes cę. f. 118. Infra actione. Communicantes, & diem sacratissimuz Pentecostes. & Hanc igit. fol. 127. Et dicuntur vsque ad sequens sabbathũ inclusiue. Cõmunio.

Jo. 7. Ultimo festiuitatis die dicebat Jesus: qui in me credit, flumina de vẽtre eius fluent aquę viuę: hoc aũt dixit de spiritu, quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ, halleluiah, halleluiah, haleluiah. Postcom.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fęcundet. Per do. in vni. eius. spi.

¶ In missis priuatis huius vigilię, omissis prophetijs, orationibus, & litanijs vt supra, Missa absolute incipitur ab Introitu, vt inf. Intr.



Ezechie. 36. Cum sanctificatus fuero in vobis: cõgregabo vos de vniuersis terris: & effũdã super vos aquam

aquam mundam, ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: ⁊ dabo vobis spiritū
psal. 37. nouum. Ps. Benedicam dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria pa.
deinde dicitur Kyrie eleison. Gloria in excel. ⁊ alia vt supra.

¶ In die Pentecostes. Statio ad S. Petrum. Introitus.



Sapien. 1. Spiritus domini repleuit orbez terraruz, halleluiah, ⁊ hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, hal'ah, hal'ah, hal'ah. Ps. Exurgat Deus, ⁊ dissipētur inimici eius: ⁊ fugiāt q oderunt eū à facie eius. ℣. Gloria. Oro.

Deus, q hodierna die corda fideliuz sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis, in eodem spiritu recta sapere, ⁊ de eius semper cōsulatione gaudere. Per dñm. in vnitate eius.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 2. In diebus illis. Duz complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodē loco. Et factus est repente de cęlo sonus, tanquā aduenientis spiritus vehemētis, ⁊ repleuit totā domum vbi erant sedentes. Et apparuerūt illis dispertitę linguę tanquā ignis, seditque supra singulos eorū. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, ⁊ cęperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Jerusalem habitantes Judęi viri religiosi ex omni natione q̄ sub cęlo est. Facta autē hac voce conuenit multitudo: ⁊ mēte cōfusa est, quoniā audiebat vnusquisque lingua sua illos loquētes. Stupebāt aūt omnes, ⁊ mirabantur, dicētes. Nōne, ecce, omnes isti qui loquuntur Galilęi sūt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguā nostrā, in qua nati sumus? Parthi, ⁊ Medi, ⁊ Aelamitę, ⁊ q habitāt Mesopotamiā, Judeā, ⁊ Cappadociam, Pontum, ⁊ Asiam, Phrygiā, ⁊ Pamphiliā, Aegyptū, ⁊ partes Lybię quę est circa Cyrenē, ⁊ aduenę Romani: Judęi quoq̃, ⁊ Proselyti, Cretes ⁊ Arabes: audiuimus eos loquētes nr̄is linguis magnalia dei.

Hal'ah, hal'ah. ℣. Emitte spi- psal. 103
ritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę. Hal'ah. ℣. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia.

Veni sācte Spiritus, ⁊ emitte cęlitus lucis tuę radiuz.
Veni pater pauperuz, veni dator munerū, veni lumē cordiū.
Consolator optime, dulcis hospes animę, dulce refrigerium.
In labore requies, in ęstu tēperies

ries, in fletu solatiũ. O lux beatissima, reple cordis intima tuorũ fideliũ. Sine tuo lumine, nihil est in hoīe nihil est innoxiũ. Laua quod est sordiduz, riga quod est ariduz, sana qđ est saucium. Flecte qđ est rigidũ, foue quod est frigidum, rege qđ est deuiuz. Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacruz septenariũ. Da virtutis meritũ, da salutis exituz, da perenne gaudium. Amen. Halleluiah.

Et dicitur quotidie p totã octauã vsqz ad Sabbathũ inclusiue. Seq. sancti euãg. ſm Johannẽ.

c. 14. In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis. Siquis diligit me, sermonem meũ seruabit: ⁊ Pater me⁹ diliget euz, ⁊ ad eũ veniemus, ⁊ mãsionez apud eũ faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonẽ quem audistis, nõ est me⁹: sed eius q misit me, patris. Hęc locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autẽ, spũs sanctus, quem mittet pr̃ in in nomine meo: ille vos docebit oĩa, ⁊ suggeret vobis omnia quęcunque dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Non quomodo mũdus dat, ego do vobis. Non turbet cor vestrũ, neque formidet. Audistis q̃ ego dixi vobis: Uado



⁊ venio ad vos. Si diligerẽtis me, gauderẽtis vtique, q̃ vado ad patrẽ: q̃ pater maior me est. Et nũc dixi vobis priusquã fiat: vt, cũ factũ fuerit, credatis. Jaz non multa loquar vobiscũ. Uenit enim princeps mũdi huius, ⁊ in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus, q̃ diligo patrem: ⁊ sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Credo. Offerto. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis à templo tuo, quod est in Hierusalez: tibi offerent reges munera, halleluiah. Secreta. psal. 67.

Munera, q̃s dñe, oblata sanctifica: ⁊ corda nostra sancti spiritus illustratione emũda. Per do. in vni. eius. Prefatio. Qui ascẽdẽs, ⁊ Communicãtes, ⁊ Hanc igitur. folio 116. Quę dñr vsque ad sequens sabbathuz inclusiue. Communio.

Fact⁹ est repẽte de cęlo sonus tanquã aduenientis spũs vehemẽtis, vbi erãt sedẽtes, hall'ah: ⁊ repleti sunt omnes spiritu sancto, loquẽtes magnalia dei, halleluiah, hall'ah. Postcommunio. act. 2.

Sancti spũs dñe corda nr̃a mũdet infusio: ⁊ sui roris intima aspsione fęcũdet. p. i vn. ei.

¶ Jntra octauã pente: nõ fit de aliquo festo dup. vel semid. sed post octa. celebrant. De simplici fit cõmemoratio post triduum.

¶ Feria iij. Statio ad Sanctum Petrũ ad vincula. Jntroitus.

psal. 80.


Ibauit eos ex adipe frumenti, haleluiah: ꝛ de petra melle saturauit eos, hal'ah, haleluiah, haleluiah. Ps. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate deo Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, q̄ Apostolis tuis sanctū dedisti spiritum: concede plebi tuę pię petitionis effectū: vt, q̄bus dedisti fidē, largiaris ꝛ pacē. Per do. in vni. eius.

Lectio Actuum Apostolorum.

c. 10. In diebus illis: Apériens Petrus os suū, dixit. Viri fratres, ꝛ patres: nobis pręcépit dominus prędicare populo, ꝛ testificari, quia ipse est, qui cōstitutus est a deo iudex viuorū ꝛ mortuorum. Huic omnes prophetę testimoniū pérhibent: remissionem peccatorū accipere ꝑ nomē eius omnes qui credūt in eū. Adhuc loquente Petro verba hęc, cécidit Spūs sanctus sup omnes qui audiebāt verbū. Et obstupuérunt ex circuncisione fideles qui vénerant cum Petro, quia ꝛ in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebāt enim illos loquentes linguis, ꝛ magnificantes deum. Tunc respōdit Petrus. Nūquid aquā quis prohibére potest, vt nō baptizentur hi, qui spiritū sanctū accepérūt, sicut ꝛ nos? Et iussit eos baptizari in nomine dn̄i Iesu Christi. Hal'ah, hal'ah. ℣.

act. 2. Loquebant̄ varijs linguis apostoli magnalia dei. Hal'ah. ℣. Veni sancte spiritus: reple tuorum corda fideliū: ꝛ tui amoris in eis ignē accēde. Seq. Veni sancte spūs. ꝛ in fine, Hal'ah, vt su. i dn̄ica Pētecostes. f. 146.

Seq. sancti euāg. scḋm Iohannē.



ca. 3. In illo tēpore: dixit Iesus Nicodemo. Sic deus dilexit mundum, vt filium suū vnigenitū daret: vt omnis qui credit in ipsum, nō péreat: sed habeat vitā ęternā. Nō enim misit de⁹ filiū suū in mūdū, vt iudicet mūdū: sed vt saluet̄ mūdus per ipsū. Qui credit in eū nō iudicat̄: Qui autē nō credit, iā iudicatus est: q꞉ non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autē iudicium: quia lux venit in mundū: ꝛ dilexérunt homines magis tenebras, quam lucē. Erant enim eorū mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, ꝛ non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta. Credo. Off.

psal. 17. Intónuit de cęlo dn̄s ꝛ altissimus dedit vocē suā: ꝛ apparuérūt fontes aquarū, hal'ah. Sec.

Pro-

Propitius, dñe quęsumus, hęc dona sanctifica: ꝛ hostię spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi pérfice munus ęternũ. Per dominum no.
Jo. 14. Cõio. Spirit⁹ sanctus docebit vos, hallłah, quęcunque dixero vobis, hallłah, hallłah. Postcõ.
Adesto, q̃s dñe, pplo tuo, ꝛ quẽ mysterijs cęlestib⁹ imbuisti, ab hostiũ furore dẽfẽde. p.

¶ Feria iij. Statio ad sanctam Anastasiam. Introitus.



Jo. 2. Accipite iucũditatez glię, vřę, hallłah: gratias agẽtes deo, halleluiah: qui vos ad cęlesti regna vocauit, hallłah, hallłah, hallłah. ps.
psal. 77. Attẽdite pple meus legẽ meã: inclinate aurem vestrã in verba oris mei. ℣. Gloria pa. Orõ.
Absit nobis, quęsum⁹ dñe, virtus Spiritus sancti, quę ꝛ corda nostra clementer expurget, ꝛ ab omnib⁹ tueatur aduersis. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem spiritus sancti.

Lectio actuum apostolorum.

ca. 8. In diebus illis. Cum audissent apłi q̃ erant Jerosolymis, q̃ recepisset Samária verbũ dei: misérũt ad eos Petrũ ꝛ Johannẽ. Qui cũ venissẽt, orauérũt, p ipsis, vt acciperẽt spiritũ sanctũ. Nondũ enim in quẽquã illorũ vénerat, sed baptizati tantuz erant in noie dñi Jesu. Tũc imponebãt man⁹ sup illos, ꝛ accipiebant spirituz sanctum.
Hallłah, hallłah. ℣. Spũs sanctus docebit vos, quęcunq; dixero vobis, Hallłah. ℣. Ueni sancte spiritus, reple tuorũ corda fidelium: ꝛ tui amoris in eis ignẽ accẽde. Seq. Ueni sancte Spũs. vt supra in dñica. f. 146. Jo. 4.

Seq. sancti euãg. sm Johãnnẽ.



In illo tempore: Dixit Jesus Phariseis. Amẽ amen dico vobis: qui non intrat per ostiũ in ouile ouiũ sed ascẽdit aliũde: ille fur est ꝛ latro. Qui autez intrat per ostiuz: pastor est óuiuz. Huic ostiarius áperit: ꝛ oues vocem eius áudiũt: ꝛ proprias oues vocat nominatim, ꝛ edúcit eas. Et cũ proprias oues emiserit, ante eas vadit: ꝛ oues illũ sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: q̃ non nouérunt vocez alienorũ. Hoc prouerbium dixit eis Jesus. Illi autem nõ cognouérũt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Jesus. Amen amen dico vobis, quia ego sum ostiuz óuium. Omnes quotquot venérunt, fures sunt ꝛ latrones: sed non audiérunt eos oues. Ego sum ostiuz. Per me siquis introierit, c. 10

introierit, saluabitur: & ingredié
tur & egredietur, & pascua inue-
niet. Fur non venit, nisi vt fure
tur, & mactet, & perdat. Ego ve-
ni, vt vitam habeát: & abundan-
tius habeát. Credo. Offerto.
psal. Portas cęli apéruit dñs: & pluit
77. illis manna, vt éderent: panẽ ce
li dedit eis: panẽ angelorũ mã-
ducauit homo, hallelujah. Secre.
Purificet nos, quęsumus do
mine, muneris pręsentis
oblatio: & dignos sacra partici-
patione efficiat. Per dominum.
Jo. Cõio. Spiritus q à pře pcedit,
15. & hallelujah, ille me clarificabit,
16. hallelujah, hallelujah. Postcõmu.
Mentes nostras, quęsumus
domine, Spiritus sanctus
diuinis réparet sacramentis: qr
ipse est remissio omnium pecca
torum. Per do. in vnitate eius.
¶ Feria iiij. Quatuor tẽporum
Pentecostes. Statio ad sanctam
Mariá Maiorem. Introitus.
psal. 67.

Deus dñ egre
deréris corã
populo tuo,
hallelujah, iter
faciẽs eis, ha
bitás in illis,
hallelujah: terra
mota est, cęli
distillauérunt, hallelujah, hallelujah:
Ps. Exurgat deus, & dissipétur
inimici eius: & fugiant qui odé-
runt eũ à facie eius. ℣. Gloria
pa. dicto Kyrie eleison. dicitur
Oremus. Et nõ dr Flecta. ge.

Mentes nostras, quęsumus
dñe, paraclitus, qui à te p
cedit, illuminet: & inducat in om
nem, sicut tuus pmisit filius, ve
ritatem. Qui tecum. in vni. ei.
Lectio actuum Apostolorum.
In diebus illis. Stans Pe ca. 2.
trus cum vndecim, leuauit
vocem suá, & locutus est eis. Ui
ri Judęi, & qui habitatis Jerusa
lem vniuersi: hoc vobis notum
sit, & áuribus pcipite verba mea.
Nõ enim, sicut vos existimatis,
hi ebrij sunt, cum sit hora diei ter
tia: sed hoc est quod dictum est
per prophetam Joel. Et erit, in
nouissimis diebus, dicit dñs, ef
fundá de spiritu meo super om
nẽ carnem, & prophetabunt filij
vestri & filię vestrę: iuuenes ve-
stri visiones videbũt, & seniores
vestri somnia somniabunt. Et
qdẽ super seruos meos, & super
ancillas meas in dieb⁹ illis effun
dam de spiritu meo, & propheta-
bunt. Et dabo prodigia in cęlo
sursum, & signa in terra deorsũ,
sanguinem, & ignem, & vapórem
fumi. Sol conuertetur in téne-
bras, & luna in sanguinem, ante-
quam veniat dies domini ma-
gnus & manifest⁹. Et erit: Om-
nis quicunque inuocáuerit no-
men dñi, saluus erit. Hallelu- psal. 32.
iah. ℣. Uerbo dñi cęli firmati
sunt: & spiritu oris eius omnis
virtus eorũ. Hic dicitur Glo-
ria in excelsis. Postea dicitur
Dominus vobiscum. Oratio.
Pręsta

PResta, quesumus, omnipotens & misericors deus: vt Spiritus sanctus adueniens, templum nos glorie tue dignanter inhabitando perficiat. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

¶ Ab hac die vsque ad dominicam sequentem, post orationem diei dicitur Ecclesie vel Deus omnium fidelium. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis. fol. 134.

Lectio actuum Apostolorum.

ca. 5. IN diebus illis. Per manus autem apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in pórticu Salomónis. Ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in domino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in platéis eijcerent infirmos: & pónerent in léctulis & grabátis: vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum, Hierusalem, afferentes egros, & vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes. Halleluiah, halleluiah, ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. Seq. Veni sancte spiritus. vt supra in dominica. folio. 146.

Seq. sancti euang. secundum Johannem. ca. 6.



IN illo tempore. Dixit Jesus turbis Judeorum. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit à patre, & didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Deo: hic vidit patrem. Amen, amen dico vobis: qui credit in me habet vitam eternam. Ego sum panis vite. Patres vestri manducauérunt manna in deserto: & mortui sunt. Hic est panis qui de celo descendens: vt siquis ex ipso manducáuerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Siquis manducáuerit ex hoc pane, viuet in eternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Credo. Offertorium. Meditabor in mandatis tuis: que dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi, halleluiah. psal. 118. Secreta.

ACcipe, quesumus domine, munus oblatum: & dignanter operare, vt quod misterijs ágimus, pijs effectibus celebremus. Per dominum nostrum. vel Protege nos. vel Oblatis. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis. Communio.

Pacem

Jo. 14. Pacem relinquo vobis, halleluiah: pacem meam do vobis, halleluiah, halleluiah. Postcō. Sumentes domine cęlestia sacramenta, quęsumus clementiaz tuam: vt, quod temporaliter gérim⁹, ęternis gaudijs consequamur. Per dominū nostrū. vel Quęsumus domine. vel Hęc nos q̄sumus. vt in feria iiij. Dñicę resurrectionis.

¶ Feria v. Statio ad sāctū Laurentiuz foris murū. Introitus.



Sapien. 1. Spiritus dñi repleuit orbez terrarū, halleluiah: & hoc qđ continet omnia, scientiaz habet vocis, halleluiah, hall'ah, hall'ah. ps.
psal. 103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrę. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sápere, & de eius semper cōsolatione gaudere. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem. vel Ecclesię. vel Deus oīuz fideliū. vt in feria iiij. Dñicę resurrectionis.

Lectio Actuum apostolorum.

ca. 8. In diebus illis. Philippus descēdens in ciuitatē Samarię, prędicabat illis Christū. Intendebant autem turbę his quę dicebant à Philippo: vnanimiter audientes & videntes signa quę faciebat. Multi enim eorū qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna exibant. Multi autez paralytici & claudi curati sunt. Factū est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Halleluiah, halleluiah. ℣. Emitte spūm tuum, & creabuntur: & renouabis faciez terrę, Halleluiah. ℣. Ueni sancte spiritus, reple tuorū corda fideliuz, & tui amoris in eis ignē accende. Seq. Ueni sancte spiritus. vt supra in dñica. fo. 146. psal. 103.

Seq. sancti euang. sm Lucam.



ca. 9. In illo tpe. Conuocatis Jesus duodecim apl'is, dedit illis virtutē & potestatem sup omnia demonia: & vt languores curarent. Et misit illos prędicare regnū dei: & sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuléritis in via, neq; virgam, neque peraz, neque panē, neque pecuniā, ne que duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domuz intraueritis, ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicunque non recéperint vos: exeūtes de ciuitate illa, etiam púluerez pedū vestrorum excútite in testimoniū supra illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes, vbique. Credo

Credo in vnum deum. Offertorium. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: à templo tuo, quod est in Hierusalem, tibi offerent reges munera, haleluiah. Secreta.
psal. 67.

MUnera, quesumus domine, oblata sanctifica: ꝛ corda nostra sancti spiritus illustratione emūda. Per dñm nostrū. in vnitate eiusdem. vel Protege. vel Oblatis. vt in feria iiij. Dñice resurrectionis. Fólio.

act. 2. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementes, vbi erant sedentes, haleluiah: ꝛ repleti sunt oēs spiritu sancto, loquentes magnalia dei, halłah, halłah. Postcómunio.

SAncti spiritus domine corda nostra mundet infusio: ꝛ sui roris intima aspersione fecundet. Per dominū nostrum. in vnitate eiusdem. vel Quesumus. vel Hec nos. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis.

¶ Feria vj. Quatuor tēporuz Pētecostes. Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introit.

psal. 70.



Repleatur os meuz laude tua, haleluiah: vt possim cantare, haleluiah: gaudebūt labia mea duz cantauero tibi, haleluiah, haleluiah. ps. In te domine speraui, non confundar in eternum: in iustitia tua libera me, ꝛ éripe me. ℣. Gloria patri. Oratio.

DA, quesumus, ecclesie tue misericors deus: vt spiritu sancto cógregata hostili nullátenus incursione turbetur. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem spiritus. vel Ecclesie. vel Deus omnium fidelium. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis. folio 134.

Lectio Joelis prophete.

HEc dicit dominus deus. Exultate filie Sió, ꝛ letamini in domino deo vestro: qꝛ dedit vobis doctorem iustitie, ꝛ descendere faciet ad vos imbrem matutinum ꝛ serótinum sicut in principio. Et implebuntur aree frumento, ꝛ redūdábunt torcularia vino ꝛ oleo. Et comedétis vescentes, ꝛ saturabimini: ꝛ laudabitis nomen dñi dei vestri, q fecit vobiscum mirabilia: ꝛ non confundetur populus meus in sempiternum. Et scietis, quia in medio Israel ego suz: ꝛ ego dominus deus vester, ꝛ nō est amplius: ꝛ non confundetur populus meus in eternum. Ait dñs omnipotens. Haleluiah, haleluiah. ℣. O quàz bonus ꝛ suauis est, dñe, spiritus tuus in nobis. Haleluiah. ℣. Ueni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium, ꝛ tui amoris in eis ignē accēde. Seq. Ueni sancte spūs. vt supra in dominica. fol. 146.
ca. 2.
Sapien. 12.

Seq.

Seq. sancti euang. secundum Lucam.

ca. 5.



In illo tempore. Factum est vna dierũ, et Jesus sedebat docẽs. Et erant pharisei sedẽtes et legis doctores, q venerant ex omni castello Galilee, et Judee et Hierusalem: et virtus dñi erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: et querebãt eũ inferre, et ponere ante illum. Et non inuenientes qua parte illũ inferrent pre turba, ascenderũt supra tectũ, et per tegulas submiserunt illum cũ lecto in mediũ, ante Jesum. Quorum fidem vt vidit, dixit. Homo, remittũtur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribe et pharisei, dicẽtes. Quis est hic, q loquitur blasphemias? Quis põt dimittere peccata, nisi solus deus? Ut cognouit aũt Jesus cogitationes eorũ, respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge, et ambula? Ut autẽ sciatis qr filius hominis habet potestatẽ in terra dimittẽdi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge, tolle lectũ tuum, et vade in domũ tuã. Et cõfestim surgens corã illis, tulit lectũ in quo iacebat, et abijt in domum suã, magnificans deũ. Et stupor apprehẽdit oẽs: et magnificabãt deũ. Et repleti sunt timore, dicentes: quia vidimus mirabilia hodie.

Credo. Offerto. Lauda anima mea dñm: laudabo dñm in vita mea: psallam deo meo quãdiu ero, halleluiah. psal. 145.

Secreta.

Sacrificia dñe tuis oblata cõspectibus, ignis ille diuinus assumat, q discipulorum Christi succendit. Per eun. in vni. eius.

vel Protege nos domine. vel Oblatis quesumus. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis.

Cõio. Nõ vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum, halleluiah, et gaudebit cor vestrum, halleluiah. Jo. 14.

Postcommunio.

Sumpsimus dñe sacri dona mysterij humiliter deprecantes: vt, q̃ in tui cõmemoratione nos facere precepisti, in nostre proficiant infirmitatis auxiliũ. Qui viuis et regnas etc.

vel Quesumus domine. vel Hec nos quesumus. vt in feria iiij. Dñice resurrectionis.

¶ Sabb. Quatuor tẽporũ Pẽteco. Statio ad S. Petrũ. Intr.



Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, halleluiah, per inhabitantem spiritum eius in nobis, halleluiah, halleluiah. ps. Benedic anima mea domino: et omnia que psal. 102.

que intra me sunt nomini sácto
eius. ℣. Gloria patri. Orationes sequentes dicūtur sine flectamus genua. Oremus.
MEntibus nostris, quesumus domine, Spiritum
sanctum benignus infunde: cuius ⁊ sapientia conditi sumus, ⁊
providétia gubernamur. Per
do. in vnitate eiusdem spiritus.

Lectio Joelis prophete.

ca. 2. HAec dicit dominus deus.
Effundam spiritum meuz
super omnem carnem: ⁊ prophetabunt filij vestri, ⁊ filie vestre. Senes vestri somnia somniabunt: ⁊ iuuenes vestri visiones videbunt. Sed ⁊ super seruos meos ⁊ ancillas meas, in diebus illis effundam spiritum meum. Et dabo prodigia in celo sursum, ⁊ signa in terra deorsum, sanguinem, ⁊ ignem, ⁊ vaporē fumi. Sol conuertetur in ténebras, ⁊ Luna in sanguinez: antequam veniat dies domini magnus, ⁊ horribilis. Et erit. Omnis, quicunque inuocáuerit nomen domini, saluus erit.
Jo. 16. Haleluiah. ℣. Spiritus est, qui viuificat: caro autem non prodest quicquam. Oratio.
c. 23. IL lo nos igne, quesumus domine, Spiritus sanctus inflammet, quem dominus noster Jesus Christus misit in terram: ⁊ voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis. Locutus ca. 2.
est dominus ad Moysen: dicens. Lóquere filijs Israel: ⁊ dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram quaz ego dabo vobis, ⁊ messuéritis ségetem: ferétis manipulos spicarum primitias messis vestre ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculū corá domino, vt acceptabile sit pro vobis altero die sabbathi: ⁊ sáctificabit illuz. Numerabitis ergo ab ipso die sabbathi, in quo obtulistis manipulos primitiarū, septē hebdomadas plenas vsqz ad alterá diē expletionis hebdomade septime. Et sic offeretis sacrificiū nouū dño ex oibus habitáculis vestris: panes primitiarū duos de duabus decimis simile, quos eleuabit sacerdos coram dño. Cumqz eleuáuerit eos sacerdos cū panibus primitiaruz corá dño, cedét in vsuz eius. Et vocabitis hunc diez celebérrimū, atqz sanctissimum. Omne opus seruile non faciétis in eo. Legitimuz sempiternuz erit in cūctis habitaculis, ⁊ generationibus vestris, dicit dñs omnipotens. Haleluiah. ℣. Spiritus eius ornauit celos. Oratio.
DEus, qui ad animarū medelá ieiunij deuotione castigari corpora precepisti: cócede nobis propitius: ⁊ mente ⁊ corpore tibi semper esse deuotos. Per dominum nostrum.

Lectio libri Deuteronomij.

c.26. In dieb⁹ illis. Dixit Moyses filijs Israel. Audi Israel q̃ ego prȩcipio tibi hodie. Cum intraueris terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi possidendam, & obtinueris eam, atq; habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo: pergésque ad locū, qué dominus deus tuus elégerit, vt ibi inuocétur nomē eius. Accedésq; ad sacerdotē, qui fúerit in diebus illis, & dices ad eū. Profiteor hodie corā domino deo tuo, qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostrā, & laborem atq; angustias: & eduxit nos de Aegypto in manu forti, & brachio extēto, in ingenti pauore, & in signis atque portentis: & introduxit ad locum istū, & tradidit nobis terrā lacte, & melle manātē. Et idcirco nūc offero primitias frugum terrȩ, quam dn̄s dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu domini dei tui. Et adorato domino deo tuo, epuláberis in omnibus bonis, quȩ dominus deus tuus déderit tibi. Halle-

act.2. luiah. ℣. Dum complerentur dies Pentécostes, erant omnes pariter sedentes. Oratio.

Prȩsta, quȩsumus, omnipotens deus: vt salutaribus ieiunijs eruditi, ab omnibus ēt vitijs abstinētes, propitiationē tuā facilius impetremus. Per.

Lectio libri Leuitici.

In diebus illis. Dixit dn̄s ad Moysen. Loquere filijs Israel, & dices ad eos. Si in prȩceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & fecéritis ea, dabo vobis pluuiā temporibus suis, & terra gignet germen suum: & pomis arbores replebūtur. Apprehendet messium tritura vindémiam, & vindémia occupabit sementem: & comedétis panem vestrū in saturitate, & absque pauóre habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormiétis, & non erit qui extérreat. Auferam malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros. Persequémini inimicos vestros: & córruent coram vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos, & c... ...um de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciam vos, & créscere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Comedétis vetustissima veterum, & vétera nouis superuenientibus proijcietis. Ponā tabernaculum meum in medio vestri, & non abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos, & ero vester deus, vósque éritis populus meus: dicit dominus omnipotens. Halleluiah. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: & c.26.

tui

tui amoris in eis ignem accende. Oremus. Oratio.

PResta, quesumus omnipotens deus, sic nos ab épulis carnalibus abstinere: vt à vitijs irruentibus páriter ieiunemus. Per dominum nostrum Jesum Christum &c.

Lectio Danielis prophete.

ca.3. IN diebus illis. Angelus dñi descendit cum Azaria & socijs eius in fornacez: & excussit flammã ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flantem. Flãma autez diffusa est super fornacem, cúbitis quadragintanouem: & incendit quos répperit iuxta fornacez de Chaldeis ministros regis q eã incẽdebãt: illos aũt omnino nõ tétigit ignis: neque cõtristauit: nec quicquam molestie intulit. Tũc hi tres quasi ex vno ore laudabãt, & glorificabãt, & benedicebant deuz in fornace, dicentes. Halłah. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabilis in secula. Finito versu, dicitur Gloria in excelsis Deo. Sequitur Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiri. Oratio.

DEus, q tribus púeris mitigasti flãmas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exúrat flamma vitioruz. Per do. Pro Papa. Oõ. Deus omniũ fideliũ: vel Ecclesie tue q̃su. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis. fol. 153.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

FRatres. Justificati igitur ca.5. ex fide, pacẽ habeamus ad deum per Jesuz Christũ dñm nostrũ: per quem & accessuz habemus per fidẽ in gratiam istã, in qua stamus, & gloriamur in spe glorie filiorũ dei. Non solũ autẽ: sed & gloriamur in tribulationibus scientes quòd tribulatio patientiã operatur: patiẽtia autẽ probatione: ꝓbatio vero spem. Spes autez nõ cõfundit: qr charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctuz, qui datus est nobis. Trac.

Laudate dñm oẽs gẽtes: & col psal. 116. laudate eũ oẽs populi. ℣. Quoniã cõfirmata est super nos misericordia eius: & veritas dñi manet in eternum. Sequen. Veni sancte spiritus. vt sup. in dñica. fol. 146. fine Halłah. in fine. Seq. sancti euang. ſm Lucam.

IN illo tẽpore: Surgens ca.4. Jesus de synagoga, introiuit in domuz Simónis. Socrus autem Simónis tenebatur magnis fébribus: & rogauérunt illum pro ea. Et stans super illam: imperauit febri: & dimisit illaz. Et continuò surgens, ministrabat illis. Cum sol autem occidisset, oẽs qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Jesum.



Jesum. At ille singulis manus imponēs, curabat eos. Exibant autē demonia à multis, clamantia ꝛ dicentia: qꝛ tu es filius dei. Et increpans, nō sinebat ea loq, qꝛ sciebant ipsum esse Christuz. Facta autē die, egressus ibat in desertum locū, ꝛ turbę requirebant eū, ꝛ venérunt vsque ad ipsum: ꝛ detinebant illū, ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ꝛ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo missus sum. Et erat prędicās in synagogis Galilęę. Credo in vnū. Offertorium.
psal. 87. Domine deus salutis meę, in die clamaui ꝛ nocte coraz te: intret oratio mea in cōspectu tuo. domine, haleluiah. Secreta.
Et accepta tibi sint domine nostra ieiunia, p̄sta nobis quęsumus, huius múnere sacramenti, purificatū tibi pectus offerre. Per do. Altera secreta, vel Oblatis q̄sumus dn̄e, vel Protege. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis. Cōmunio.
Jo. 3. Spiritus, vbi vult, spirat: ꝛ vocē eius audis, hal'ah, sed nescis. vnde veniat, aut quo vadat, haleluiah, hal'ah, hal'ah. Postcō.
Prębeant nobis dn̄e diuinum tua sancta feruorem, quo eorum páriter ꝛ actu delectemur ꝛ gustu. Per dominuz. Altera postc. vel Hęc nos q̄s. vel Quęsumus dn̄e. vt in feria iiij. Dn̄icę resurrectionis.

In festo S. Trinitatis. Intr.



Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas, confitebimur ei, qꝛ fecit nobiscū misericordiaz suā. ps. Dn̄e dn̄s noster, quam admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. ℣. Gloria. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis in ꝯfessione verę fidei ęternę Trinitatis gloriā agnóscere, ꝛ in potētia maiestatis adorare vnitatē: q̄s, vt eiusdē fidei firmitate ab oībus semp̄ muniamur aduersis. Per d. Deinde fit cōmemo. de dn̄ica j. post Pentec. Orō. Deus in te sperantium. vt infra habetur in eius missa.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos. c. 11.

Fratres. O altitudo diuitiarum sapientię ꝛ scientię dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, ꝛ in inuestigabiles vię eius. Quis enim cognouit sensum dn̄i? Aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, ꝛ retribuet ei? Quoniaz ex ipso, ꝛ per ipsum, ꝛ in ipso sūt oīa. Ipsi honor, ꝛ gloria, in sęcula sęculorum. Amen. Gradua. Benedictus es dn̄e, qui intuéris abyssos, ꝛ sedes super cherubim. ℣. Benedictus es

es domine in firmamento celi, et laudabilis in secula. Haleluiah, haleluiah. ℣. Benedictus es dñe deus patrũ nostrorũ: et laudabilis in secula, haleluiah. Seq. scti euang. secundum Matthe.

c.28. In illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos, in nomine patris, et filij, et spũs sancti: docẽtes eos seruare oia que cunque mãdaui vobis. Et ecce, ego vobiscum sum vsqz ad cõsummationem seculi. Credo.



Offerto. Benedictus sit deus pr̃, vnigenitusqz dei filius, sanctus quoqz spũs: qr fecit nobiscũ misericordiã suaz. Secreta.

Sanctifica, q̃s dñe deus nr̃, per tui sancti nominis inuocationẽ, huius oblationis hostiã: et per eã nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Per dñm. Prefa. Qui cũ vnigenito. f. 119.

Cõio. Benedicimus deũ celi, et corã omnibus viuentibus cõfitebimur ei: qr fecit nobiscũ misericordiam suam. Postcõmu.

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime, domine deus noster, huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte Trinitatis, eiusdẽmque indiuidue vnitatis confessio. Per do.

Dominica prima post Pentecosten. Introitus.



Domine i tua misricordia speraui: exultauit cor meum in salutari tuo: cantabo domino, qui bona tribuit mihi. Ps. Usquequo dñe obliuisceris me in finez? vsquequo auertis faciem tuam à me? ℣. Gloria patri. Oratio. Psal. 12.

Deus in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: et quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, presta auxiliũ gratie tue: vt in exequẽdis mandatis tuis, et volũtate tibi, et actione placeamus. Per dominum nostrum.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quesumus domine, mentis et corporis defende periculis: et intercedente gloriosa virgine dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro, et Paulo, atque beato N. et omnibus sanctis: salutẽ nobis tribue benignus et pacez: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem dominum nostrũ Ie.

Et dr̃ in missa tã de tempore, quàm de sancto vsque ad Aduentuz, nisi sit duplex, vel infra octauam.

octauam. Tertia vero oratio dicatur ad libitum sacerdotis.

Lectio ep̃le btĩ Joannis Apl̃i.

1.C.4. Charissimi. Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniam filiũ suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuamus per euz. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus deũ: sed quoniam ipse prior dilexit nos, ⁊ misit filiuz suum propitiatorẽ pro peccatis nostris. Charissimi, si deus dilexit nos, ⁊ nos debemꝰ alterutrũ diligere. Deuz nemo vidit vnquã. Si diligimus inuicẽ, deus in nobis manet, ⁊ charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemꝰ, ⁊ ipse in nobis: qm̃ de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimꝰ, ⁊ testificamur: quoniã pater misit filiũ suuz saluatorem mundi. Quisquis cõfessus fuerit, quoniam Jesus est filius dei, deus in eo manet, ⁊ ipse in deo. Et nos cognouimus, ⁊ credidimus charitati, quam habet deus in nobis. Deus charitas est: ⁊ qui manet in charitate, in deo manet, ⁊ deꝰ in eo. In hoc ꝑfecta est charitas dei nobiscũ, vt fiduciã habeamus in die iudicij: qꝛ sicut ille est, ⁊ nos sumus in hoc mũdo. Timor nõ est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorẽ: quoniã timor pęnã habet. Qui autez timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum: quoniã deus prior dilexit nos. Siquis dixerit, quoniã diligo deum: ⁊ fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrẽ suũ, quem videt: deũ, quem nõ videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatũ habemus à deo: vt, qui diligit deum, diligat ⁊ fratrem suum.

Graduale.

Ego dixi dñe, miserere mei: psal. 40.
sana animã meaz, quia peccaui
tibi. ℣. Beatus vir, qui intelli-
git super egenum, ⁊ pauperem:
in die mala liberabit eum dñs.
Hal'ah, hal'ah. ℣. Verba mea psal. 5.
auribus percipe domine: intel-
lige clamorem meum, hal'ah.

Seq. sancti euang. ſm Lucam. ca. 6.



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut ⁊ pater vester misericors est. Nolite iudicare, ⁊ non iudicabimini. Nolite cõdemnare, ⁊ non condemnabimini. Dimittite, ⁊ dimittemini. Date, ⁊ dabitur vobis. Mensuram bonam, ⁊ confertã, ⁊ coagitatam, ⁊ supereffluentẽ dabũt in sinum vestruz. Eadẽ quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis ⁊ similitudinez. Nunquid potest cęcus cęcũ ducere? Nonne ambo in foueam cadũt? Nõ est discipulis super magistrum. Perfe-

Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucã in oculo fratris tui: trabem autem, quę in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, sine eijciã festúcam de oculo tuo: ipse trabẽ in oculo tuo non vides? Hypocrita, éijce primùm trabẽ de oculo tuo: & tunc perspicies vt edúcas festúcam de oculo fratris tui. Offertorium. Intende voci orationis meę, rex meus, & deus meus: quoniam ad te orabo domine. Secreta.
psal. 5.

Hostias nostras, q̃s dñe, tibi dicatas placat⁹ assúme: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrum Jesum &c.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutẽ, à cunctis nos mẽtis & corporis hostibus tuearis: gratiã tribuẽs in p̃senti & gloriã in futuro. Per do. Cõmunio.

psal. 9. Narrabo oĩa mirabilia tua: & lętabor, & exultabo in te: psallã nomini tuo altissime. Postcõ.

Tantis dñe repleti munéribus, pręsta, q̃sumus: vt & salutaria dona capiamus, & à tua laude nũquã cessem⁹. Per do.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Postcommunio.

Mundet & múniat nos, quę sumus domine, diuini sacramẽti munus oblatũ: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: à cũctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per eundem dominum.

¶ In solennitate sacratissimi Corporis Christi. Introitus.



Cibauit eos ex ádipe frumenti, halleluiah, & de petra melle saturauit eos, halleluiah, halleluiah, halleluiah. ps. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate deo Jacob. psal. 80.

℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuę memoriã reliquisti: tribue, q̃sumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuę fructũ in nobis iúgiter sentiam⁹. Qui viuis & regnas cum deo patre.

Lectio epistolę b̃ti Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres. Ego enim accépi à domino quod & tradidi vobis: quoniam dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accépit panem, & gratias agẽs, fregit, & dixit. Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum, quod 1. ca. 11.

quod pro vobis tradet. Hoc fa
cite in meã cõmemorationem.
Similiter & calicem postquam
cenauit, dicens: Hic calix nouũ
testamentum est in meo sangui
ne. Hoc facite quotiescunq; bi-
betis, in meã commemoratio-
nẽ. Quotiescunq; enim man-
ducabitis panẽ hũc & calicẽ bibe
tis: mortẽ domini annunciabi
tis donec veniat. Itaq; quicun
que manducauerit panẽ, & bibe
rit calicẽ domini indignè: reus
erit corporis & sanguinis domi
ni. Probet autem seipsum ho-
mo: & sic de pane illo edat, & de
calice bibat. Qui enim mandu-
cat & bibit indignè: iudicium si-
bi manducat & bibit, non dijudi
cans corpus domini. Gradu.
psal. 144 Oculi omniũ in te sperant do
mine: & tu das illis escam in tem
pore opportuno. ℣. Aperis tu
manũ tuã: & imples omne ani-
mal benedictione. Haleluiah,
ca.6. halah. ℣. Caro mea verè est ci-
bus: & sanguis meus verè est po
tus: qui manducat meã carnẽ,
& bibit meum sanguinem, in me
manet, & ego in eo. Sequentia.
Lauda Sion Saluatorem,
lauda ducẽ & pastorẽ, in
hymnis, & canticis. Quantum
potes, tantum aude: quia maior
omni laude, nec laudare suffi-
cis. Laudis thema specialis,
panis viuus & vitalis hodie pro
ponitur. Quẽ in sacrę mensa
cęnę, turbę fratrũ duodenę, da
tum non ambigitur. Sit laus
plena, sit sonora, sit iucunda, sit
decora mentis iubilatio. Dies
enim solemnis agitur, in qua
mẽsę prima recolitur huius insti
tutio. In hac mẽsa noui regis,
nouum pascha nouę legis, pha-
se vetus terminat. Vetustatẽ
nouitas, vmbram fugat veritas,
noctem lux eliminat. Quod in
cęna Christus gessit, faciendũ
hoc expressit in sui memoriam.
Docti sacris institutis, panem
vinũ in salutis consecramus ho
stiã. Dogma datur christianis,
quòd in carnem transit panis, &
vinũ in sanguinem. Quod nõ
capis, quod nõ vides, animosa
firmat fides, pręter rerum ordi-
nem. Sub diuersis speciebus,
signis tantum, & non rebus, la-
tent res eximię. Caro cibus,
sanguis potus: manet Christus
tamẽ totus sub vtráque specie.
A sumente non concisus, non
confractus, non diuisus: inte-
ger accipitur. Sumit vnus, su-
munt mille: quantum isti, tan-
tum ille: nec sumptus consumi-
tur. Sumunt boni, sumunt
mali: sorte tamen inęquali, vitę
vel interitus. Mors est malis,
vita bonis: vide paris sumptio-
nis quã sit dispar exitus. Fra-
cto demum sacramento, ne va-
cilles: sed memento, tantũ esse
sub fragmento, quantum toto
tegitur. Nulla rei fit scissura: si-
gni tantum fit fractura: qua nec
status,

status, nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum factus cibus viatorũ: verè panis filiorũ, non mittendus canibus. In figuris pręsignatur, cum Isaac immolatur: agnus paschę deputatur, datur manna patribus. Bone pastor: panis vere, Jesu nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre in terra viuentiũ. Tu q cuncta scis ⁊ vales: q nos pascis hic mortales: tuos ibi cõmensales, cohęredes ⁊ sodales fac sanctorũ ciuiũ. Amẽ. Halleluiah.

Seq. sancti euang. ẜm Johãnẽ.

ca. 9. 

In illo tẽpore: Dixit Jesus turbis Judęorum. Caro mea, verè est cibus: ⁊ sãguis meus verè est potus. Qui manducat meã carnẽ, ⁊ bibit meũ sanguinem, in me manet, ⁊ ego in illo. Sicut misit me viuẽs pater, ⁊ ego viuo propter patrẽ, ⁊ qui mãducat me, ⁊ ipse viuet ꝑꝑ me. Hic est panis q̃ de cęlo descẽdit. Nõ sicut manducauerũt patres vestri mãna, ⁊ mortui sũt. Qui manducat hunc panez, viuet in ęternum. Credo. Offertoriũ.

Leui. 21. Sacerdotes domini incensuz ⁊ panes offerũt deo: ⁊ ideo sancti erunt deo suo, ⁊ nõ polluent nomen eius, halaꝗh. Secreta.

Ecclesię tuę, q̃s dñe, vnitatis ⁊ pacis propitius dona concede: quę sub oblatis muneribus mysticè designãtur. Per dominũ. Pręfatio. Quia per incarnati. Et dicitur per totam octauã fo. 114. Cõio. Quoties 1. co. 11. cunq; manducabitis panẽ hũc, ⁊ calicẽ bibetis, mortez domini annunciabitis, donec veniat: itaq; quicũq; mãducauerit panem, ⁊ biberit calicẽ domini indignè, reus erit corporis, ⁊ sanguinis dñi, halaꝗh. Postcõio.

Fac nos, quęsumus dñe, diuinitatis tuę sempiterna fruitione repleri: quam ꝓciosi corporis ⁊ sanguinis tui temporalis perceptio pręfigurat. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre.

¶ Infra octauaz non fit de aliquo sancto, nisi fuerit duplex: in die octauę nõ fit nisi de festo S. Johannis Baptistę, ⁊ sanctorũ apostolorum Petri ⁊ Pauli, si occurrat: ⁊ tunc fit de festo cum commemoratione octauę. Secunda oratio infra octauam, de sancta Maria. Concede. tertia Ecclesię. vel pro Papa.

¶ Dñica ij. post Pẽtec. q̃ est infra octauã Corporis Chri. Intr.



Factus est dominus protector me⁹: psal. 17. ⁊ eduxit me in latitudinẽ: saluum me fecit: quoniaz voluit me. ps. Diligã te dñe fortitudo

tudo mea: dñs firmamētū meū, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus. ℣. Gloria pa. Oratio.

SAncti nominis tui domine timorē pariter ⁊ amorē fac nos habere perpetuū: quia nūquā tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuę dilectionis instituis. Per do. Deinde fit cōmemoratio de octaua corporis Christi tantū. Deus qui nobis. vt supra. folio 154.

Lectō epistolę beati Joānis apli.

I.c.3. CHarissimi: nolite mirari, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniā translati sumus de morte ad vitā: qm̄ diligimus fratres. Qui nō diligit: manet ī morte. Oīs q odit fratrē suū: homicida est. Et scitis, qm̄ oīs homicida nō habet vitā ęternā ī se manentē. In hoc cognouimus charitatē dei, qm̄ ille pro nobis animā suā posuit: ⁊ nos debem⁹ p fratrib⁹ animas pónere. Qui habuerit substātiā huius mūdi, ⁊ viderit fratrē suū necessitatem habere, ⁊ cláuserit víscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, nō diligamus verbo, neq₃ lingua: sed

psal. opere ⁊ veritate. Grad. Ad

119. dñm cum tribularer, clamaui, ⁊ exaudiuit me. ℣. Dñe, libera animā meā à labijs iniquis, ⁊ à lingua dolosa. Halelu͡iah, halelu͡iah. ℣. Dñe deus in te speraui, saluū me fac ex omnibus persequentibus me, ⁊ libera me, haleluiah.

Seq. sancti euang. ſm Lucam.



IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parábolam hanc. c.14.

Homo quidā fecit cęnam magnā: ⁊ vocauit multos. Et misit seruū suū hora cęnę dicere inuitatis vt venirēt: q₂ iam parata sunt oīa. Et cępérūt oēs simul excusare. Prim⁹ dixit ei. Villā emi: ⁊ necesse habeo exire, ⁊ videre illā. Rogo te, habe me excusatū. Et alter dixit. Juga boum emi quinq₃: ⁊ eo pbare illa. Rogo te, habe me excusatū. Et alius dixit. Uxorē duxi: ⁊ ideo nō possum venire. Et reuersus seruus nūciauit hęc dño suo. Tūc iratus pater familias, dixit seruo suo. Exi cito in platéas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac debiles, ⁊ cęcos ⁊ claudos introduc huc. Et ait seru⁹. Dñe factū est vt imperasti: ⁊ adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias ⁊ sepes: ⁊ cōpelle intrare, vt impleat̄ domus mea. Dico aūt vobis, quòd nemo virorū illorū qui vocati sunt, gustabit cęnā meā. Credo. Offert. Domine conuértere, ⁊ éripe animā meā: saluū me fac propter misericordiam tuam. Secreta. psal. 9.

OBlatio nos, quęsumus domine, tuo nomini dicāda purificet: ⁊ de die in diem ad cęlestis vitę transferat actionem. Per

Per dominum no. Cōmunio.

psal. 12. Cantabo domino, q bona tribuit mihi: ⁊ psallam nomini domini altissimi. Postcōmunio.

Sumptis muneribꝰ sacris, quęsumus domine, vt cuz frequētatione mysterij, crescat nostrę salutis effectus. Per do.

¶ Dominica iij. post Pentecosten. Introitus.



psal. 24. Respice in me, ⁊ miserere mei dn̄e: qm̄ vnicꝰ, ⁊ pauper suz ego: vide humilitatem meaz ⁊ laborē meum: ⁊ dimitte oīa peccata mea deus meus. ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Protector in te sperantiuz deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctū: multiplica super nos misericordiaz tuam: vt te rectore, te duce, sic trāseamus per bona tēporalia, vt nō amittamus ęterna. Per dominum.

A cūctis nos. vt in dominica j. post Pentecosten. folio 153.

Lctō eplę beati Petri apostoli.

1. c. 5. Charissimi: Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem solicitudinem vestram proijcientes in euz: quoniaz ipsi est cura de vobis. Sobrij estote, ⁊ vigilate: qꝛ aduersarius vester diabolus, tanquā leo rugiens, circuit quęrēs quē deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionez ei quę i mūdo est, vestrę fraternitati fieri. Deus autem omnis gratię, qui vocauit nos in ęternam suam gloriā in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, ⁊ imperium in sęcula sęculorum. Amen. Gradua.

Iacta cogitatuz tuum in dn̄o: ⁊ ipse te enútriet. ℣. Vuz clamarem ad dominū, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi. Haleluiah, haleluiah. ℣. Deus iustus, fortis, ⁊ patiens, nūquid irascetur per singulos dies? haleluiah. psal. 54. psal. 7.

Seq. sancti euang. s̄m Lucam.



c. 15. In illo tēpore: Erant appropinquantes ad Jesum publicani ⁊ peccatores, vt audirent illuz. Et murmurabant pharisęi ⁊ scribę, dicentes. Quia hic peccatores rēcipit, ⁊ manducat cuz illis. Et ait ad illos parábolam istam, dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: ⁊, si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonaginta nouez in deserto, ⁊ vadit ad illam quę perierat, donec inueniat illam? Et cū inuénerit eā, impónit in humeros

ros suos gaudens: ⁊ veniẽs do
mum, cónuocat amicos, ⁊ vici-
nos, dicens illis. Cõgratulami
ni mihi, q̄ꝛ inuéni ouem meam
quę perierat. Dico vobis, quòd
ita gaudiũ erit in cęlo super vno
peccatore pęnitentiam agente,
quàm supra nonagintanouẽ iu
stis, qui non indigent pęnitẽtia.
Aut quę mulier habẽs drach-
mas decẽ: si perdiderit drach-
mã vnã: nónne accendit lucer
nam, ⁊ euértit domum, ⁊ quęrit
diligenter, donec inueniat eã?
Et cum inuénerit, cónuocat ami
cas ⁊ vicinas, dicens. Cõgratu-
lamini mihi: q̄ꝛ inueni drach-
mã quàm perdiderã. Ita, dico
vobis, gaudiũ erit corã angelis
dei super vno peccatore pęnitẽ
tiam agente. Credo. Offerto.
psal. 9. Sperẽt in te omnes, qui nouẽ
runt nomen tuũ domine: quo-
niam nõ derelinquis quęrẽtes
te: psállite domino, qui habitat
in Sion: quoniã non est oblitus
orationẽ páuperum. Secreta.
REspice, q̄sumus dn̄e, mu-
nera supplicantis ecclesię:
⁊ saluti credentiũ perpetua san
ctificatione sumenda concede.
Per dominũ no. Exaudi nos
deus. vt in j. dn̄ica. Cõmunio.
Luc. 15. Dico vobis, gaudiũ est ange
lis dei super vno peccatore pęni
tentiam agẽte. Postcõmunio.
SAncta tua dn̄e nos sumpta
viuificent: ⁊ misericordię
sempiternę pręparẽt expiatos.

Per dominum no. Mundet,
⁊ muniat. vt in dominica j.
Dn̄ica iiij. post Pẽtec. Intr.



Domin⁹ illu- psal. 26.
miatio mea,
⁊ salus mea:
quem time-
bo? dn̄s de-
fensor vitę
meę: à quo
trepidabo?
qui tribulant me inimici mei, ip
si infirmati sunt, ⁊ cecidérunt.
ps. Si consistant aduersum me
castra, non timebit cor meum.
℣. Gloria patri. Oratio.
DA nobis, q̄s dn̄e, vt ⁊ mũdi
cursus pacificè nobis tuo
ordine dirigatur: ⁊ ecclesia tua
tranquilla deuotione lętetur.
Per do. A cunctis. vt in domi
nica j. post Pentecosten. f. 153.
Lectio epistolę bti Pauli apo-
stoli ad Romanos.
FRatres: Existimo, quòd ca. 8.
non sunt condignę passio-
nes huius temporis, ad futurã
gloriam, quę reuelabitur in no-
bis. Nam expectatio creaturę,
reuelationem filiorũ dei expe
ctat. Vanitati enĩ creatura sub-
iecta est, nõ volens, sed propter
eum qui subiecit eã in spe: q̄ꝛ ⁊
ipsa creatura liberabitur à serui
tute corruptionis, in libertatem
glorię filiorũ dei. Scim⁹ enim,
q̄ꝛ omnis creatura ingemiscit ⁊
párturit vsque adhuc. Non so-
lũ autẽ illa, sed ⁊ nosipsi primi-
tias

tias spiritus habentes, ⁊ ipsi intra nos gemimus, adoptionez filiorũ dei expectantes, redemptionẽ corporis nostri: In Christo Jesu dño nostro. Gradual.
psal. 78. Propitius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̃, ⁊ pp honorem nominis tui dñe libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus, q sedes sup thronũ, ⁊ iudicas equitatẽ, esto refugiũ pauperũ in tribulatione, haleluiah.
Seq. sancti euang. sm Lucam.

ca. 5. 
In illo tempore. Cuz turbe irruerent in Jesuz, vt audirẽt verbum dei: ⁊ ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stãtes secus stagnũ. Piscatores autez descẽderãt, ⁊ lauabãt retia. Ascendens autẽ in vnam nauim que erat Simõnis, rogauit eũ, à terra reducere pusillum. Et sedẽs, docebat de nauicula turbas. Ut autez cessauit loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum, ⁊ laxate retia vestra in capturam. Et respondẽs Simõ, dixit illi. Preceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo aũt tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, cõcluserunt piscium multitudinez copiosam. Rumpebatur autez rete eorum. Et annuerũt socijs, qui erãt in alia naui: vt venirẽt, ⁊ adiuuarent eos. Et venerunt, ⁊ impleuerunt ambas nauiculas: ita vt penè mergerentur. Quod cũ videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens. Exi à me, q: homo peccator sum dñe. Stupor enim circũdederat eũ, ⁊ oẽs q cũ illo erat, in captura sciũ quã ceperant. Similiter aũt ⁊ Jacobũ ⁊ Joannẽ filios Zebedei, qui erãt socij Simonis. Et ait ad Simonem Jesus. Noli timere: ex hoc iam eris homines capiẽs. Et subductis ad terrã nauib⁹, relictis oib⁹ secuti sunt eũ. Credo. Offert.
Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiaz in morte: nequando dicat inimicus meus, preualui aduersus eũ. Secreta. psal. 12.
Oblationibus nr̃is, q̃s dñe, placare susceptis: ⁊ ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per do.
Exaudi n. vt in j. dñica. Cõio.
Dñs firmamentũ meũ, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus, adiutor meus. Postcõmunio.
Mysteria nos dñe, q̃s, sumpta purificẽt: ⁊ suo munere tueant. Per do. Mundet ⁊ muniat. vt in prima dominica.
¶ Dñica v. post Pẽtec. Intro.


Exaudi dñe vocem meam, qua clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me psal. 26.

me deus salutaris meus. Psalmus. Dominus illuminatio mea, & salus mea: quez timebo? ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui diligentibus te bona inuisibilia pparasti, infunde cordibus nris tui amoris effectum: vt te in omnibus & super omnia diligētes: promissiones tuas, quę oē desiderium superant, ꝯsequamur. Per do. A cūctis nos. vt in dominica prima post Pentecosten. f. 153.

Lctō epistolę beati Petri apl'i.

1. c. 3. CHarissimi: Omnes vnanimes in oratione estote, compatiētes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Nō reddentes malū pro malo, nec maledictuz pro maledicto, sed ècontrario, benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hęreditate possideatis. Qui enim vult vitā diligere, & dies videre bonos, coérceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolū. Declinet à malo, & faciat bonuz, inquirat pacem, & sequatur eaz. Quia óculi dñi super iustos: & aures eius in preces eorū. Vultus autem domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni ęmulatores fuéritis? Sed & siquid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timuéritis, vt non conturbémini. Dominum autem Jesum Christū sanctificate in cordibus vestris. Grad. Protector noster aspice deus, & respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces seruorū tuorum. Haleluiah, haleluiah. ℣. Domine in virtute tua lętabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer, halah. psal. 83. psal. 28.

Seq. sancti euāg. sm Matthęū.



IN illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abūdauerit iustitia vestra plusq̄z scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnū cęlorum. Audistis, quia dictum est antiquis. Non occides: qui aūt occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: q? omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit cōcilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennę ignis. Si ergo óffers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris q? frater tuus habet aliqd aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens ófferes munus tuum. Credo. Offerto. ca. 5. psal. 15.

BEnedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum, prouidebam deuz in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Secreta.

Propi-

PRopitiare domine suppli cationibus nostris: ⁊ has oblationes famulorū, famula rúmque tuarū benignus assú me: vt, quod singuli obtulérūt ad honorem nominis tui, cun ctis proficiat ad salutē. Per do. Exaudi nos. vt in j. dominica.

psal. 26. Communio. Unam petij à do mino, hanc requiram: vt inhabi tem in domo domini omnibus diebus vitę meę. Postcōio.

QUos domine cęlesti dono satiasti: pręsta q̄s: vt à no stris mūdemur occultis: ⁊ ab ho stiū liberemur insidijs. Per do. Mundet ⁊ mun. vt in v. dñica.

¶ Dominica sexta post Pen tecosten. Introitus.



psal. 27. DOmin⁹ for titudo ple bis suę: ⁊ p tector saluta riū Christi sui est: saluū fac populū tuum dñe, ⁊ bñdic hęreditati tuę, ⁊ rege eos vsque in sęculū. ps. Ad te dñe clamabo: deus meus ne sileas à me: nequando taceas à me: ⁊ assimilabor descendentibus in lacum. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus virtutum, cuius est totum, quod est optimū, insere pectoribus nostris amo rem tui nominis: ⁊ pręsta in no bis religionis augmentum: vt quę sunt bona nutrias: ac pie tatis studio, quę sunt nutrita, cu stodias. Per dominū nostrū. A cunctis. vt in dominica j. post Pentecosten. folio 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

FRatres. Quicūque bapti zati sumus in Christo Je su, in morte ipsius baptizati su mus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mor te: vt quomodo surrexit Chri stus à mortuis per gloriam pa tris, ita ⁊ nos in nouitate vitę ambulemus. Si enim cōplātati facti sumus similitudini mortis eius: simul ⁊ resurrectionis éri mus. Hoc sciētes: q̄r vetus ho mo noster simul crucifixus est: vt destruat̄ corpus peccati, vt vl tra nō seruiamus peccato. Qui enim mortuus est iustificatus est à peccato. Si autem mortui su mus cum Christo: crédimus q̄r simul ét viuemus cū illo. Scien tes, q̄r Chr̄s resurgens ex mor tuis, iā nō morit̄. mors illi vltra nō dominabit̄. Quod enim mor tuus est, pctō mortuus est semel: quod aūt viuit, viuit deo. Ita ⁊ vos existimate, vos mortuos q dē esse peccato: viuētes aūt deo in Chr̄o Jesu dño nr̄o. Grad. ca. 6.

Conuertere dñe aliquantulū: ⁊ deprecare super seruos tuos. psal. 89.

℣. Dñe refugium factus es no bis, à generatione in generatio nē. Alleluia, alleluia. ℣. In te dñe speraui, non confundar in ęter num. psal. 30.

num: in iustitia tua libera me, et éripe me: iclina ad me aurē tuā: accélera: vt eripias me, halah. Seq. sancti euāg. s̄m Marcum.

ca.8. 

In illo tēpore. Cum turba multa esset cum Jesu, nec haberent quod mādu carēt: conuocatis discipulis suis, ait illis. Miséreor sup turbā: qr ecce iam triduo sústinent me, nec habent q̄ mādu cent. Et, si dimisero eos ieiunos in domū suam, deficient in via. Quidā enim ex eis de lōge venérunt. Et respondérunt ei discipuli sui. Unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et iterrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixérunt. Septez. Et pręcepit turbę discúmbere super terraz. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, et dabat discipulis suis, vt apponerent: et apposuérunt turbę. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit et iussit apponi. Et manducauérunt, et saturati sunt. Et sustulérunt quod superáuerat de fragmentis, septem sportas. Erant aūt q̄ mādu cáuerāt, quasi quatuor millia: et dimisit eos. Credo. Offertor.

psal. 16. Pérfice gressus meos in sémitis tuis, vt nō moueant̄ vestigia mea: iclina aurē tuā, et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, q̄ saluos facis sperantes in te dn̄e. Secre.

Propitiare domine supplicationibus nostris: et has populi tui oblationes benign⁹ assúme: et vt nullius sit irritum votū, nullius vacua postulatio, pręsta quęsumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominū nostrū.

Exaudi nos deus salutaris. vt in prima Dominica. Cōmunio.

Circuibo, et immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis: cantabo, et psalmum dicam domino. Postcōmunio. psal. 26.

Repleti sumus dn̄e munéribus tuis: tribue quęsumus: vt eorū mundemur effectu, et muniamur auxilio. Per dn̄m nostruz. Mundet et muniat nos. vt in prima Dn̄ica.

¶ Dominica septima post Pentecosten. Introitus.



Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Psalmus. Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. psal. 46.

℣. Gloria patri, etc. Oratio.

Deus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallit: te supplices exoramus: vt noxia cuncta submóueas, et omnia nobis profutura cōcedas. Per dominum.

Acun-

Auribus percipe, &c. vt in j. dominica post Pentecosten. fol. 153. Oratio.

A cunctis nos. vt in j. dominica post Pentecosten. fol. 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca.6. FRatres: Humanum dico propter infirmitatē carnis vestrę. Sicut enim exhibuistis mēbra vestra seruire immunditię ꝛ iniquitati ad iniquitatē: ita ꝛ nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitię, in sanctificationez. Cū enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitię. Quem ergo fructū habuistis tunc in illis, in quibus nūc erubescitis? Nā finis illorū, mors est. Nūc vero liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrū in sanctificationem, finem vero vitam eternaz. Stipendia enim peccati mors. Gratia autez dei, vita ęterna: in Christo Jesu do-

psal. 33. mino nostro. Grad. Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eū, ꝛ illuminamini: ꝛ facies vestrę nō cōfundenẗ. Haleluiah, haleluiah. ℣. Omnes gentes

psal. 49. plàudite manibus, iubilate deo in voce exultationis, haleluiah.

Seq. sancti euang. sm Matth.

ca.7. 

IN illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum, cognoscetis eos. Nunquid cólligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic, omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor, quę non facit fructuz bonum, excidétur, ꝛ in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine, domine intrabit in regnuz cęlorū: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cęlis est, ipse intrabit in regnum cęlorum. Credo.

Offertoriū. Sicut in holocaustis arietum ꝛ taurorum, ꝛ sicut in millibus agnorū pinguium: sic fiat sacrificium nostrū in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi, quia non est confusio confidentibus in te domine. Secreta. dan. 3.

DEus, qui legaliū differentiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium à deuotis tuis famulis: ꝛ pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: vt, qđ singuli obtulérūt ad maiestatis tuę honorē, cunctis proficiat ad salutē. Per do. Exaudi nos deus. vt in j. Dñica. Cōmunio.

Inclina aurem tuaz, accélera, vt éruas me. Postcommunio. psal. 30.

TUa nos dñe medicinalis operatio, ꝛ à nostris perversi-

uersitatibus clemēter expediat, & ad ea quę sunt recta perducat. Per dominū. Mundet & muniat. vt in prima Dominica.

¶ Dominica octaua post Pentecosten. Introitus.



psal. 47. Uscépimus deus misericordiam tuā in medio tēpli tui: secundum nomē tuum deus, ita & laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua. ps. Magnus dn̄s, & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Largire nobis, quęsumus domine, semper spiritū cogitādi quę recta sunt, propitius & agendi: vt, qui sine te esse non possumus, ſm te viuere valeamus. Per do. A cunctis. vt in dn̄ica j. post Pentecostē. f. 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 8. FRatres. Debitores sum⁹: nō carni, vt secundum carnez viuamus. Si enim secundū carnez vixéritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificauéritis: viuetis. Quicunqz enim spiritu dei aguntur: hi filij dei sunt. Nō enim accepistis spiritum seruitutis iteruz in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Ipse eniz spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij dei. Si autem filij: & hęredes. Hęredes quidem dei: cohęredes autez Christi. Gradua. Esto mi psal. 30. hi in deū protectorem, & in locū refugij, vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui: domine non confundar in ęternum. Haleluiah, haleluiah. ℣. Ma psal. 47. gnus dominus, & laudabilis valde, in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, haleluiah.

Seq. sancti euang. ſm Lucam.



c. 16. IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā erat diues, qui habebat villicuz: & hic diffamatus est apud illuz, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuę: iam enim non póteris villicare. Ait autem villicus infra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fódere non valeo: médicare erubesco. Scio quid faciam: vt cum amótus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei.

Dixitque

Dixitque illi. Accipe cautionez tuam: & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantuz debes? Qui ait. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius sęculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis. Fácite vobis amicos de mamóna iniquitatis: vt cum defecéritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. Credo. Offertorium. Populum
psal. 17. humilem saluum facies domine, & óculos superborum humiliabis: quoniam quis deus pręter te domine? Secreta

Suscipe, quęsumus domine, munera: quę tibi de tua largitate deférimus: vt hęc sacrosancta mysteria, gratię tuę operante virtute, & pręsentis vitę nos cóuersatione sanctificét, & ad gaudia sempiterna perducant. Per dominum nostrum. Exaudi nos deus. vt in Do-
psal. 33. minica j. Communio. Gustate, & videte, quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo. Postcommunio.

Sit nobis domine reparatio mentis & corporis cęleste mysterium: vt, cuius exéquimur cultum, sentiamus effectũ. Per dominuz nostrum. Mundet & muniat. vt in Dominica j.

Dominica nona post Pentecosten. Introitus.



Ecce de⁹ ádiuuat me: & dominus susceptor est animę meę: auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos protector meus dñe. Ps. De⁹ in noíe tuo saluũ me fac: & in virtute tua libera me. ℣. Gloria pa. Oratio. psal. 53.

Pateant aures misericordię tuę domine precibus supplicantium: &, vt petentibus desiderata concedas, fac eos quę tibi sunt placita postulare. Per dominum no. A cunctis nos. vt in dñica j. post Pentec. f. 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Non sumus cócupiscétes malorũ, sicut & illi 1. ca 10.
cócupiérũt. Neqz idololátrę efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodũ scriptuz est. Sedit populus mãducare & bibere, & surrexérunt lúdere. Neqz fornicemur: sicut quidã ex ipsis fornicati sunt, & cecidérunt vna die vigintitria millia. Neqz tentemus Christũ: sicut quidã eoruz tentauérunt, & à serpentibus periérunt. Neque murmurauéritis: sicut quidam eoruz murmurauérunt, & periérũt ab exterminatore. Hęc aũt omnia in figura

ra contingebãt illis: scripta sunt autem ad correptionez nostrã, in quos fines seculorũ deuenérunt. Itaqz q se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehẽdat nisi humana. Fidelis autẽ deus est, q nõ patietur vos tẽtari supra id quod potestis: sed faciet cũ tentatione ẽt prouentuz, vt possitis sustinere.
psal. 8. Gradua. Domine dñs noster quã admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. ℣. Qm̃ eleuata est magnificentia tua super cęlos.
psal. 58. Halah. ℣. Eripe me de inimicis meis de⁹ me⁹, ⁊ ab insurgẽtib⁹ in me libera me, halah.
Seq. sancti euang. ßm Lucam.

c. 19. 

In illo tempore. Cuz appropinquaret Jesus Jerusalem, videns ciuitatez, fleuit super illaz, dicens. Quia si cognouisses, ⁊ tu: ⁊ quidem in hac die tua, quę ad pacẽ tibi. Nunc aũt abscondita sunt ab óculis tuis. Quia veniẽt dies in te: ⁊ circundabunt te inimici tui vallo: ⁊ circundabũt te, ⁊ coangustabunt te úndique: ⁊ ad terraz prosternent te, ⁊ filios tuos qui in te sunt: ⁊ non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd non cognóueris tempus visitationis tuę. Et ingressus in templuz cepit eijcere vendentes in illo ⁊ ementes, dicens illis. Scriptũ est: qr domus mea domus orationis est. Vos autez fecistis illam speluncã latronũ. Et erat docens quotidie in tẽplo. Credo. Offertoriuz.
Iustitię domini rectę, lętificantes corda, ⁊ iudicia eius dulciora super mel ⁊ fauum: nam ⁊ seruus tuus custodit ea. psal. 18. Secreta.
Concede nobis, quęsumus domine, hęc dignè frequẽtare mysteria: qr quoties huius hostię cõmemoratio celebrat̃, opus nostrę redemptionis exercetur. Per domi. Exaudi nos deus salutaris. vt in prima Dominica. Cõmunio. Qui mãducat meã carnez, ⁊ bibit meũ sanguinẽ in me manet, ⁊ ego in eo, dicit dominus. Jo. 6. Postcõmunio.
Tui nobis, quęsumus dñe, communio sacramẽti, ⁊ purificationem cónferat, ⁊ tribuat vnitatem. Per do. Mundet ⁊ muniat. vt in prima dominica.

¶ Dominica decima post Pentecosten. Introitus.



Dum clamarez ad dominum, exaudiuit vocẽ meã ab his q appropinquãt mihi: ⁊ humiliauit eos qui est ante secula: ⁊ manet in ęternum: iacta cogitatum tuum in domino, ⁊ ipse te enutriet. psal. 54. Psalmus. Exaudi deus orationem meam: ⁊ ne despéxeris deprecatio-

precationem meam: intende mihi, & exaudi me. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

Deus, qui omnipotentiam tuam parcẽdo maxime & miserãdo manifestas: multiplica super nos gratiam tuam: vt, ad tua promissa currentes, cęlestium bonorum facias esse consortes. Per dominum nostrũ. A cunctis nos. vt in dominica. j. post Pentecosten. fo. 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. C. 1. Fratres: Scitis quoniam cum gẽtes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio, quòd nemo in spiritu dei loquens: dicit anathẽma Jesu. Et nemo potest dicere, dñs Jesus, nisi in Spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarũ sunt, idẽ autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem vero deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuiqz autem datur manifestatio spiritus, ad vtilitatẽ. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientię: alij autẽ sermo scientię: secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatum in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij pphetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarũ: alij interpretatio sermónum. Hęc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis put vult. Grad. Custodi me domine vt pupilla oculi: psal. 16. sub vmbra alarũ tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudiciũ meum pródeat: oculi tui videãt equitatem. Haleluiah, haleluiah. ℣. Te decet hymnus deus in Sion: & tibi reddetur votum in Jerusalem, haleluiah:

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tpe: Dixit Jesus ad quosdã qui in se cõfidebant tanquã iusti, & aspernabantur cęteros, parábolam istam. Duo homines ascendérũt in tẽplum vt orarent: vnus Pharisęus, & alter Publicanus. Pharisęus stans, hęc apud se orabat. Deus, tibi gratias ago, quia non sum sicut cęteri hominũ: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Jeiunio bis in sabbatho: decimas do omniũ quę possideo. Et Publicanus à longe stans nolebat nec oculos ad cęlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis q se exaltat, humiliabit: & q se humiliat, exaltabitur. Credo. Offerto. Ad te psal. 24. 2

domine leuaui animam meaz deus meus in te confido nō erubescam: neqꝫ irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi q te expectāt nō confundent. Secre.

Tibi domine sacrificia dicata reddātur: quę sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti: vt eadez remedia fieri nostra pręstares. Per dominū. Exaudi nos deus salutaris. vt in Dominica j. Communio.

psal. 50. Acceptabis sacrificiuz iustitię, oblationes, ꝛ holocausta, super altare tuū, domine. Postcōio.

Quęsumus domine deus noster: vt quos diuinis reparare non desinis sacramētis, tuis non destituas benign⁹ auxilijs. Per dominum. Mundet ꝛ muniat. vt in Dominica j.

¶ Dominica xj. post Pentecosten. Introitus.

psal. 67. 
Deus in loco sancto suo: deus, q inhabitare facit vnanimes i domo: ipse dabit virtutē ꝛ fortitudinē plebi suę. Ps. Exurgat deus, ꝛ dissipentur inimici eius: ꝛ fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto ꝛc. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: qui abundātia pietatis tuę, ꝛ merita supplicuz excedis, ꝛ vota: effunde super nos misericordiam tuam: vt dimittas quę conscientia metuit: ꝛ adijcias quod oratio nō pręsumit. Per dominum nostrum ꝛc. A cunctis nos. vt in dominica prima post Pentecosten. f. 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Notum vobis facio euāgelium, quod prę- .ca. 15.
dicaui vobis, quod ꝛ accepistis, in quo ꝛ statis, per quod ꝛ saluamini: qua ratione pdicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod ꝛ accepi: quoniaz Christus mortu⁹ est pro peccatis nostris secundū scripturas: ꝛ quia sepultus est: ꝛ quia resurrexit tertia die, secundū scripturas: ꝛ quia visus est Cephę: ꝛ post hoc, vndeciz. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidā autez dormierūt. Deinde visus est Jacobo: deinde Apostolis omnibus. Nouissime autem omniū, tanquā abortiuo, visus est ꝛ mihi. Ego enim sum minim⁹ apostolorum: qui nō sum dign⁹ vocari Apostolus, quoniam persecutus suz ecclesiam dei. Gratia autē dei, sum id quod sum: ꝛ grā eius in me vacua nō fuit. Gra.

In deo sperauit cor meum, ꝛ psal.
adiut⁹ suz: ꝛ refloruit caro mea: 27.
ꝛ ex voluntate mea cōfitebor illi.

li. ℣. Ad te domine clamaui: deus meus ne sileas: ne discedas à me. Halaluiah, halaluiah. ℣. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Jacob: sumite psalmum iucundum cum cithara, haleluiah.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.

ca. 7. 

In illo tempore: Exiés Jesus de finibus Tyri venit per Sidoné ad mare Galilee, iter medios fines Decapoleos. Et addúcunt ei surdū et mutū: et deprecabantur eū, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: et éxpuēs tétigit linguam eius. Et suspiciens in celuz, ingémuit: et ait illi. Epphetha, quod est, adaperire. Et statim aperte sunt aures eius: et solutū est vinculū lingue eius, et loquebatur recte. Et precepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis precipiebat, tanto magis plus predicabant: et eò amplius admirabantur, dicentes. Bene omnia fecit, et surdos fecit audire, et mutos loqui. Credo in vnum deum. Offerto.

psal. 29. Exultabo te domine, quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me: dñe clamaui ad te, et sanasti me. Secre.

Respice, domine, q̄s, ad nostram propitius seruitutem: vt, quod offerimus, sit tibi munus acceptum: et sit nostre fragilitatis subsidium. Per dominum nostrum Jesum Christum etc. Exaudi nos deus. vt in Dominica j. Communio.

Honora dominū de tua substantia, et de primitijs frugum tuaruz: et implebuntur aree tue saturitate, et vino torcularia redundabunt. prouer. 3. Postcommunio.

Sentiamus, quesumus domine, tui pceptione sacramenti subsidium mētis et corporis: vt in vtroqz saluati, celestis remedij plenitudine gloriemur. Per do. Mundet et muniat. vt in prima Dominica.

¶ Dominica xiij. post Pentecosten. Introitus.



Deus i adiutoriū meuz intéde: dñe ad adiuuádum me festina, cōfundátur et reuereátur inimici mei qui querūt animam meam. psal. 69. ps. Auertátur retrorsum et erubescant, qui volunt mihi mihi mala. ℣. Gloria patri. Oro.

Omnipotens et misericors deus: de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue nobis quesumus: vt ad promissiones tuas, sine offensione curramus. Per dominz nostrum.

A cunctis. vt in dominica prima post Pentecosten. fol. 153.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

2.c.3. Fratres: Fiduciam talem habemus per Christũ ad deum: nõ quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo é. Qui & idóneos nos fecit ministros noui testaméti: nõ litera, sed spiritu. Litera enim occidit: spirit⁹ auté viuificat. Quòd si ministratio mortis literis deformata ĩ lapidib⁹, fuit in gloria, ita vt non possent inténdere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vult⁹ eius, quę euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nã si ministratio dãnationis in gloria est, multo magis abundat ministeriuz iu-
psal. stitię in gloria. Grad. Benedi
33. cã dñm in omni tépore: semper la⁹ eius in ore meo. ℣. In dño laudabit̃ aĩa mea: audiat mansueti, & lętétur. Halłah, halłah.
psal: ℣. Dñe de⁹ salutis meę, in die
87. clamaui & nocte corã te, halłah.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

c.10. 

In illo tépore. Dixit Jesus discipulis suis. Beati oculi, qui vident quę vos videtis. Dico enim vobis, ꝙ multi ꝓphetę & reges voluérunt vidére quę vos videtis, & non vidérunt, & audire quę auditis, & nõ audiérunt. Et ecce, qdã legisperitus surrexit tentans illũ, & dicens. Magister, quid faciendo vitaz ętérnã possidebo? At ille dixit ad euz. In lege quid scriptũ est? Quo modo legis? Ille respondens, dixit. Diliges dominum deuz tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni méte tua: & proximum tuum sicut te ipsuz. Dixitqz illi. Rectè respõdisti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Jesum. Et quis est meus proximus? Suscipiens auté Jesus, dixit. Homo quidam descédebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones, qui etiã despoliauérunt eũ, & plagis impositis abiérunt semiuiuo relicto. Accidit auté: vt sacerdos quidã descénderet eadé via: & viso illo pręterijt. Similiter & leuita, cuz esset secus locum, & videret eũ, pertransijt. Samaritanus auté quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eũ, misericordia motus est. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinũ: & imponens illũ in iumentuz suũ, duxit in stabulum, & curã eius egit. Et altera die prótulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait. Curã illius habe: & quodcũqz super erogáueris,

ueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus. Vade, et tu fac similiter. Credo. Offertorium.
Ex. 32. Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, et dixit: quare domine irasceris in populo tuo? parce irę animę tuę: memento Abrahā, Isaac, et Jacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel: et placatus est dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. Secreta.

Hostias, q̄s dn̄e, propitius intende, quas sacris altaribus exhibemus: ut nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per dominum nostrum. Exaudi nos
psal. 103. deus. ut in Dominica j. Communio. De fructu operum tuorum domine satiabitur terra, ut educas panem de terra, et vinum lętificet cor hominis: ut exhilaret faciem in oleo, et panis cor hominis confirmet. Postcommunio.

Vivificet nos, q̄s dn̄e, huius participatio sancta mysterij: et pariter nobis expiationem tribuat, et munimen. Per dominum nostrum. Mundet, et muniat. ut in prima Dominica.

¶ Dominica xiij. post Pentecosten. Introitus.



Respice domine in testamentum tuum, et animas pauperum tuorum ne derelinquas in finē: exurge domine, et iudica causam tuam: et ne obliuiscaris voces quęrentium te. Ps. Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuę tuę? V. Gloria patri, et filio, et spiritui etc. Oratio. psal. 73.

Omnipotēs sempiterne deus: da nobis fidei, spei, et charitatis augmētū: et, ut mereamur assequi qđ pmittis, fac nos amare quod pręcipis. Per d. A cūctis nos quęsumus. ut in prima Dominica post penteco. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galatas.

Fratres: Abrahę dictę sunt pmissiones: et semini ei⁹. ca. 3.
Nō dicit, Et seminib⁹, quasi in multis: sed quasi i uno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autē dico, testamētum confirmatū a deo: quę post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuādam promissionē. Nam si ex lege hęreditas, iam nō ex promissionē. Abrahę autem per repromissionē donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec ueniret se-

men cui pmiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem, vnius nō est: deꝰ autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex q̄ posset viuificare: verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Jesu Christi daretur credētibus. Grad. Respice domi-
psal. 73. ne in testamentū tuū: ꝛ animas pauperum tuoꝛuz ne obliuiscaris in finē. ℣. Exurge domine, ꝛ iudica causaz tuā: memor esto opprobrij seruorū tuorū. Halelah, halelah. ℣. Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem, halelah. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

c.17. In illo tēpore: Dū iret Jesus in Jerusalem, trāsibat per mediā Samariaz, ꝛ Galileā. Et cum ingrederetur quoddam castellū, occurrerūt ei decem viri leprosi. Qui steterūt à lōge: ꝛ leuauerunt vocez dicentes. Jesu pceptor, misereꝛ nostri. Quos vt vidit, dixit. Ite, ostēdite vos sacerdotibus. Et factum est: dū irent, mundati sunt. Unus autē ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cū magna voce magnificans deum: ꝛ cecidit in faciem ante pedes eius, gratias



agens. Et hic erat Samaritanꝰ. Respondens autem Jesus, dixit. Nonne decez mūdati sunt? ꝛ nouē vbi sunt? Non est inuētus qui rediret, ꝛ daret gloriā deo, nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge, vade: qa fides tua te saluuz fecit. Credo. Offertorium. In te speraui domine, dixi, tu es deus meus, in manibꝰ tuis tempora mea. psal. 30. Secreta.

Propitiare, quęsumus domine, populo tuo, ppitiare muneribꝰ: vt hac oblatione placatꝰ, ꝛ indulgentiā nobis tribuas, ꝛ postulata cōcedas. Per dominum no. Exaudi nos. Cōmunio. Panē de cęlo dedisti nobis dn̄e habentem omne delectamentum, ꝛ omnē saporem suauitatis. Sa. 16. Postcommu.

Sumptis dn̄e cęlestibꝰ sacramentis, ad redēptionis ęterne, quęsumus, proficiamus augmentū. Per d. Mūdet ꝛ.

¶ Dominica xiiij. post Pentecosten. Introitus.



psal. 83. Protector noster aspice deus, ꝛ respice in faciē Christi tui: qa melior ē dies vna i atrijs tuis sup millia. ps. Quāz dilecta tabernacula tua dn̄e virtutum: concupiscit, ꝛ deficit anima mea in atria dn̄i. ℣. Gloria pa. Oro. Custo-

Custodi, quesumus domine, ecclesiam tuam propitiatione perpetua: ꝛ quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semp auxilijs ꝛ abstrahatur à noxijs, ꝛ ad salutaria dirigatur. Per dominũ. A cunctis nos. vt in prima Dñica post pẽteco.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galatas.

ca.5. Fratres: Spiritu ambulate, ꝛ desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicez aduersantur: vt nõ quęcunque vultis, illa faciatis. Q̃d si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta autez sunt opera carnis, q̃ sunt, fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, idolorum séruitus, veneficia, inimicitię, cõtẽtiones, ęmulationes, irę, rixę, dissensiones, sectę, inuidię, homicidia, ebrietates, comessationes, ꝛ his similia. Quę prędico vobis, sicut prędixi: quoniam qui talia agũt: regnũ dei non cõsequentur. Fructus autez spiritus est, charitas, gaudiuz, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mãsuetudo, fides, modestia, continẽtia, castitas. Aduersus huiusmodi nõ est lex. Qui autẽ sunt Christi, carnem suam crucifixérunt cũ vitijs, ꝛ concupiscentijs.

psal. 117. Grad. Bonum est confidere in domino, quàm ɔfidere in homine. ℣. Bonũ est sperare ĩ domino, quàm sperare in principibus. Hal'ah, hal'ah. ℣. Venite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro, haleluiah. psal. 94.

Seq. S. euãg. ſm Mattheum.



In illo tẽpore ca.6. Dixit Jesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, ꝛ alterum diliget: aut vnum sustinebit, alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, ꝛ mammonę. Ideo dico vobis: ne soliciti sitis animę vestrę quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nónne anima plus est, quàm esca? ꝛ corpus plus, quàm vestimentũ? Respicite volatilia cęli, quoniam non serunt, neque metũt, neque cóngregant in hórrea: ꝛ pater vester cęlestis pascit illa. Nóne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cógitans, potẽs adijcere ad staturã suam cubitum vnum? Et de vestimento quid soliciti estis? Cõsiderate lilia agri quómodo crescunt: non laborant, neqꝫ nent. Dico autem vobis, quoniã nec Salomõ ĩ omni gloria sua coopertus est sicut vnuz ex istis. Si autem fęnum agri, quod hodie est, ꝛ cras in clibanum mittitur, deus sic vestit: quãto magis vos módicę

modicę fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicētes. Quid māducabim⁹? aut qd bibem⁹? aut quo operiemur? Hęc eniz oīa gētes inquirūt. Scit eniz pater vester cęlestis, qr his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnū dei ꝛ iustitiā eius: ꝛ hęc oīa adijciētur vobis. Credo. Ofserto.
psal. 33. Immittit angel⁹ domini in circuitu timentiū euz, ꝛ eripiet eos: gustate, ꝛ videte, quoniā suauis est dominus. Secr.

Concede nobis, q̄s domine, vt hęc hostia salutaris, ꝛ nostrorū fiat purgatio delictorum, ꝛ tuę ꝓpitiatio potestatis. Per do. Exaudi nos. Cōmu.
mat. 6. Primùm quęrite regnū dei: ꝛ omnia adijcientur vobis, dicit dominus. Postcommu.

Purificent semper, ꝛ muniant tua sacramenta nos deus: ꝛ ad perpetuę ducant saluationis effectum. Per dominum. Mundet ꝛ muniat nos.

¶ Dominica xv. post Pētecosten. Introitus.

psal.



Inclina dn̄e aurē tuā ad me, ꝛ exaudi me: saluū fac seruū tuū de⁹ meus sperantē i te miserere mihi Dn̄e, quoniā ad te clamaui tota die. ps. Lętifica animā serui tui: quia ad te domine animā meā leuaui. ℣. Gloria pa. Oratio.

Ecclesiam tuā domine miseratio cōtinuata mundet ꝛ muniat: ꝛ, quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per do.

A cunctis nos quęsumus. vt in dn̄ica j. post Pēteco. fo. 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galatas.

Fratres: Si spiritu viuim⁹ spiritu ꝛ ambulemus. Nō efficiamur inanis glorię cupidi inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, ꝛ si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans teipsum, ne ꝛ tu tenteris. Alter alterius onera portate: ꝛ sic adimplebitis legem Christi. Nā si quis existimat se aliquid esse, cū nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque: ꝛ sic, in semetipso tantuz gloria habebit, ꝛ non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur: Quę enim seminauerit homo: hęc ꝛ metet. Quoniaz qui seminat i carne sua: de carne ꝛ metet corruptionem. Qui autē seminat in spiritu: de spiritu metet vitam ęternam. Bonum autē facientes, non deficiamus: tēpore enim ca. 5 ꝛ 6.

re enim suo metemus, non defi
cientes. Ergo, dum tempus ha
bemus, operemur bonũ ad om
nes: maximè autẽ ad domesti-
psal. cos fidei. Gradua. Bonũ est
91. cõfiteri dño: & psállere nomini
tuo, altissime. ℣. Ad annunciã
dum mane misericordiã tuam,
& veritatem tuam per noctem.
Halãh, halãh. ℣. Quoniam
deus magn⁹, dñs, & rex magn⁹
super omnem terram, halãh,
Sequen. S. euange. sm Lucã.
ca. 7.



In illo tempo
re: Ibat Ie-
sus in ciuitatez quę
vocatur Naim: &
ibant cum illo di-
scipuli eius, & tur-
ba copiosa. Cum
autem appropinquaret portę
ciuitatis: ecce defunctus eflere-
batur, filiũs vnicus matri suę: &
hęc vidua erat: & turba ciuitatis
multa cum illa: Quam cum vi-
disset dominus, misericordia
motus super eam, dixit illi. No
li flere. Et accessit, & tétigit ló-
culum. Hi autẽ qui portabant,
steterunt. Et ait. Adolescens, ti-
bi dico, surge. Et resédit q erat
c. 20 mortu⁹, & cępit loqui. Et dedit
illum matri suę. Accepit autem
omnes timor: & magnificabant
deũ, dicẽtes. Qr propheta ma-
gnus surrexit in nobis: & qr de⁹
visitauit plebẽ suam. Credo.
psal. Offert. Expectans expectaui
39. dominuz, & respexit me: & exau
diuit deprecationez meã, & im-
misit in os meum canticuz no-
uum, hymnũ deo nostro. Sec.
Tua nos dñe sacramẽta cu
stodiát: & cõtra diabolicos
semper tueant incursus. Per d.
Exaudi nos deus. Commu. Io.
Panis, quẽ ego dédero, caro 6.
mea est pro sęculi vita. Postcõ.
Mentes nostras & corpora
possideat, quęsumus do-
mine, doni cęlestis operatio: vt
non noster sensus in nobis, sed
iugiter ei⁹ pueniat effect⁹. Per
do. Mundet, & muniat nos.
¶ Dominica xvj. post Péteco
sten. Introitus.



Miserere mei psal.
dñe, quo- 85.
niã ad te cla-
maui tota
die: qr tu do
mine suauis
ac mitis es,
& copiosus i
misericordia omnibus inuocã-
tib⁹ te. ps. Inclina domine au-
rẽ tuaz mihi, & exaudi me: quo-
niam inops & páuper sum ego.
℣. Gloria patri, & fi. Oratio.
Tua nos, q̃s domine, gra-
tia semper preueniat, & se
quatur: ac bonis operib⁹ iugiter
prestet esse intẽtos. Per. Acũ-
ctis. vt in j. Dñica post penteco.
fol. 153. Lectio epistolę beati
Pauli Apostoli ad Ephesios. ca. 3.
Fratres: Obsecro vos, ne
deficiatis in tribulationib⁹
meis

meis p vobis, que est gloria ve
stra. Hui9 rei gratia, flecto gé-
nua mea ad patré dñi nostri Je
su Christi, ex quo oís paternitas
in celis & i terra nominat: vt det
vobis sm diuitias glorie sue, vir
tuté, corroborari p spiritũ ei9 in
iteriori homine: habitare Chri
stũ per fidé in cordib9 vestris: in
charitate radicati & fundati, vt
possitis cõprehédere cũ oíbus
sanctis, que sit latitudo, longitu
do, sublimitas, & profundũ: sci-
re etiã superminentem scientie
charitaté Christi, vt impleami-
ni in omnem plenitudiné Dei.
Ei aũt, qui potens est omnia fa
cere superabũdáter quã pétim9
aut intelligimus, secundũ vir-
tutem que operatur in nobis:
ipsi gloria in ecclesia, & in Chri-
sto Jesu in oés generationes se
culi seculorum. Amen. Grad.
psal. 101. Timebunt gentes nomé tuũ
domine: & omnes reges terre
gloriam tuam. ℣. Quoniã edi
ficauit Dominus Sion: & vide-
bitur in maiestate sua. Ale-
luiah, haľah. ℣. Cãtate Domi-
psal. 97. no cãticum nouum: quia mira-
bilia fecit Dominus, haleluiah.
Sequen. S. euang. sm Lucaz.

c. 14.



In illo tẽpore.
Cũ itraret Je
sus in domũ cuius-
dam principis pha-
riseorum sabbatho
manducare panez:
& ipsi obscurabant
eum. Et ecce homo quidam
hydrópicus erat ante illum. Et
respondens Jesus dixit ad le-
gisperitos & phariseos dicens.
Si licet sabbatho curare? At illi
tacuérunt. Ipse vero apprehé-
sum sanauit eum: ac dimisit. Et
respondens ad illos, dixit. Cu-
ius vestrũ asinus aut bos in pu-
teum cadet: & non continuo éx-
trahet illũ die sabbathi? Et non
poterant ad hec respondére illi.
Dicebat auté & ad inuitatos pa
rabolã, intendés quomodo pri
mos accúbitus eligerent, dicés
ad illos. Cum inuitatus fueris
ad nuptias, nõ discumbas in pri
mo loco, ne forte honoratior te
sit inuitatus ab illo: & veniés is
qui te & illum vocauit, dicat tibi:
Da huic locum: & tũc incipias cũ
rubóre nouissimum locũ tené-
re. Sed cum vocatus fueris, va
de, & recũbe in nouissimo loco:
vt cum vénerit qui te inuitauit,
dicat tibi. Amice, ascende supé-
rius. Tunc erit tibi gloria coraz
simul discumbentibus. Quia
omnis qui se exaltat, humiliabi
tur: & qui se humiliat, exaltabi-
tur. Credo. Offertorium.
Domine in auxilium meũ re- psal. 39.
spice: confundantur, & reuereã-
tur qui querunt animam meã,
vt auferat eam: domine in auxi
lium meum respice. Secreta.
Munda nos, quesumus do-
mine, sacrificij presentis ef
fectu: & pérfice miseratus in no-
bis,

bis, vt eius mereamur esse participes. Per dominum nostrũ.
psal. 70. Exaudi nos. Commu. Domine memorabor iustitię tuę solius: deus docuisti me à iuuentute mea: ꝛ vsque in senectam ꝛ senium, deus ne derelinquas me. Postcommu.
Vrifica, quęsum⁹ dñe, mẽtes nostras benignius, ꝛ rénoua cęlestibus sacramentis: vt consequẽter ꝛ corporũ pręsens pariter ꝛ futurum capiamus auxilium. Per dominũ nostrum.
Mũdet ꝛ muniat nos quęsum.

¶ Dominica xvij. post Pentecosten. Introitus.

psal. 118. 
Ustus es domine, ꝛ rectũ iudiciuz tuuz: fac cuz seruo tuo secundum misericordiam tuã. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui. Oratio.
Da, quęsumus domine, populo tuo diabolica vitare contagia: ꝛ te solum deũ pura mẽte sectari. Per. A cũctis. vt i dñica prima post Pẽte. f. 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca. 4. Fratres: Obsecro vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cũ omni humilitate, ꝛ mansuetudine, cum patiẽtia, supportantes inuicez in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, Unũ corpus, ꝛ vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Unus dominus, vna fides, vnum baptisma. Unus de⁹ ꝛ pater omniũ, qui est super omnes, ꝛ ꝑ omnia, ꝛ in omnib⁹ nobis. Qui est benedictus in sęcula sęculorum. Amen. Gradua. psal. 32.
Beata gens, cuius est domin⁹ deus eorũ: populus, quẽ elegit dñs in hereditatez sibi. ℣. Uerbo domini cęli firmati sunt, ꝛ spiritu oris eius omnis virt⁹ eorũ.
Halah, halah. ℣. Dñe exaudi orationẽ meaz: ꝛ clamor meus ad te perueniat, haleluiah. psal. 101.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.


In illo tẽpore: Accesserũt ad Jesum pharisęi: ꝛ interrogauit eũ vnus ex eis legis doctor, tentãs eũ. Magister, qd est mandatũ magnũ in lege? Ait illi Jesus. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, ꝛ ex tota aĩa tua, ꝛ ex tota mẽte tua. Hoc est maximũ, ꝛ primũ mãdatũ. Secũdũ autẽ simile est huic. Diliges ꝓximum tuum sicut teipsum. In his duobus mãdatis vniuersa lex pendet, ꝛ prophetę. Cõgregatis autem pharisęis interrogauit c. 22.

gauit eos Jesus, dicens, Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei. David. Ait illis. Quomodo ergo David in spiritu vocat eum dominum? dicẽs, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Si ergo David vocat eũ dominũ: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondére ei verbum: neque ausus fuit quisquã ex illa die eũ amplius interrogare. Credo. Offertoriuz. Orauí Dani.9. dominum deum meũ ego Daniel, dicẽs: exaudi domine preces servi tui: illúmina faciez tuã super sanctuarium tuuz: & propitius intende populuz istũ, super quem invocatum est nomẽ tuum deus. Secreta.

Maiestatẽ tuã domine suppliciter deprecamur: vt hęc sancta quę gérimus, & à pręteritis delictis nos exuãt, & futuris. Per dñm. Exaudi nos.

psal. 75. Communio. Vouete, & réddite dño deo vestro omnes, qui in circuitu ei⁹ affertis múnera: terribili, & ei qui aufert spirituz principũ, terribili apud omnes reges terrę. Postcommunio.

Sanctificationib⁹ tuis omnipotens deus, & vitia nostra curentur, & remedia nobis ęterna proveniat. Per dominum nostrum Jesum Christũ.

Mundet & muniat nos quęsu.

¶ Feria iiij. Quatuor tẽporuz Septembris. Statio ad sanctaz Mariã Maiorem. Introitus.



Exultate deo adiutori nostro, iubilate Deo Jacob: sumite psalmũ iucũduz cuz cithara: canite initiũ mensis tuba, quia preceptuz in Israel est, & iudiciũ deo Jacob. psal. 80.

Ps. Testimonium in Joseph pósuit illud, cum exiret de terra Aegypti: lingua quam non nóverat, audiuit. ℣. Gloria patri, & filio. Dicto Kyrie eleison. Dicitur Oremus. Flectamus genua. Responsoriũ. Levate.

Misericordię tuę remediis, quęsumus domine fragilitas nostra subsistat: vt, quę sua cõditione attéritur, tua clementia reparetur. Per dominum nostrũ Jesum Christũ &c.

Lectio Amos prophetę. ca.9.

Haec dicit dñs deus. Ecce dies veniũt: & comprehẽdet arator messorem, & calcator vuę mittentem semen: & stillabunt montes dulcedinẽ, & omnes colles culti erũt. Et convertam captivitatem populi mei Israel: & ędificabunt civitates desertas, & inhabitabunt: & plãtabunt vineas, & bibent vinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eas

bo eos super humū suam: ꝛ nō euéllam eos vltra de terra sua, quam dedi eis, dicit dominus omnipotens. Graduale.
psal. 112. Quis sicut dñs deus nr̄, qui in altis habitat: ꝛ humilia respicit i celo ꝛ in terra? ℣. Suscitās à terra inopem: ꝛ de stércore érigēs páuperem. Hic dicitur Dñs vobiscū. sine Flectamus. Oratio.

PResta, quesum⁹ domine, familię tuę supplicanti: vt dum à cibis corporalibus se abstinet, à vitijs quoqꝫ mente ieiunet. Per dominum. A cūctis: vt i dñica j. post Pēt. f. 153. Tertia ad libitū. Lectio libri Esdrę.

Nehe. vel 2 esd. ca. 8. IN diebus illis: Cōgregatus est omnis popul⁹ quasi vir vn⁹ ad plateaz que est ante portam aquarum: ꝛ dixérūt Esdrę scribę, vt afferret librum legis Moysi, quā pręcéperat dominus Israéli. Attulit ergo Esdras sacerdos legē corā multitudine viroꝝ ac mulierū, cūctisque q poterāt intelligere, in die prima mēsis septimi. Et legit in eo apertè i platéa que erat ante portam aquarū, de mane vsqꝫ ad mediam diē in conspectu virorum ac mulierum, ꝛ sapiētiū. Et aures omnis populi erāt erectę ad librum. Stetit autē Esdras scriba super gradū ligneum, quem fécerat ad loquēdū: ꝛ stetérunt leuitę iuxta eum. Et apéruit Esdras libruz corā omni populo. Et benedixit Esdras domino Deo voce magna. Et respōdit omnis populus, Amē, amen: éleuans manus suas. Et incuruati sunt: ꝛ adorauérūt deum proni in terrā. Porrò leuitę silentiuz faciebant in populo ad audiendam legem: popul⁹ aūt stabat i gradu suo. Et legérunt in libro legis dei distinctè: ꝛ appositè ad intelligendū. Dixit aūt Nehemias, ꝛ Esdras sacerdos ꝛ scriba, ꝛ leuitę interpretātes vniuerso populo. Dies sanctificat⁹ est dño deo nostro: nolite lugére, ꝛ nolite flere. Et dixit eis. Ite, ꝛ comédite pinguia, ꝛ bibite mulsum, ꝛ mittite partes eis qui nō pręparauérūt sibi: qr sctūs dies dñi est, ꝛ nolite contristari. Gaudium étenim domini ē fortitudo nr̄a. Gra. Beata gēs, cuius est dñs, deus eorū: populus, quem elegit dñs in hereditatem sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt: ꝛ spiritu oris eius omnis virtus eorum. psal. 32

Sequen. S. euāg. sm Marcū.



IN illo tépore: Respondēs vnus de turba, dixit ad Jesuz. Magister attuli filiū meuz ad te habētē spiritū mutū: q vbicūque eū apprehēderit, allidit eū, ꝛ spumat, ꝛ stridet dētib⁹, ꝛ arescit: ꝛ dixi discipulis tuis vt eijcerēt illū, ꝛ nō potuérūt. Qui respōdēs eis, dixit. O generatio incré- ca. 9.

incredula, quãdiu apud vos ero? quãdiu vos patiar? afferte illũ ad me. Et attulerũt euz. Et cũ vidisset illũ, statiz spirit⁹ conturbauit eũ: ⁊ elisus i terrã, volutabat spumãs. Et interrogauit patrẽ ei⁹. Quãtũ tẽporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab ĩfantia: ⁊ freqũter eum in ignez ⁊ in aquã misit, vt eũ perderet. Sed siqd potes, adiuua nos misert⁹ nostri. Jesus autez ait illi. Si potes credere, oĩa possibilia sunt credenti. Et cõtinuo exclamãs pater pueri, cuz lacrymis aiebat. Credo dñe: adiuua incredulitatem meam. Et cũ videret Jesus concurrentem turbam, cõminatus est spiritui immundo, dicẽs illi. Surde ⁊ mute spiritus, ego pręcipio tibi, exi ab eo: ⁊ amplius ne introeas in eum. Et exclamãs, ⁊ multũ discerpens eum: exijt ab eo: ⁊ fact⁹ est sicut mortu⁹, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Jesus autem tenẽs manum eius, eleuauit eum: ⁊ surrexit. Et cuz introisset in domuz, discipuli ei⁹ secreto interrogabant eũ. Quare nos non potuimus eijcere illũ? Et dixit illis. Hoc genus in nullo põt exire, nisi in oratione ⁊ ieiunio. Offert. Meditabor in mandatis tuis quę dilexi valde: ⁊ leuabo man⁹ meas ad mãdata tua quę dilexi. Secreta. Haec hostia, quęsumus domine, emũdet nostra delicta: ⁊ ad sacrificiuz celebrandũ, subditorũ tibi corpora, mentesque sanctificet. Per dominuz. Exaudi. Cõmunio. Comedite pinguia, ⁊ bibite mulsuz: ⁊ mittite partes eis qui nõ pręparauerunt sibi: sanct⁹ enim dies domini ẽ, nolite cõtristari: gaudium etenim domini est fortitudo nostra. Postcõmunio. Sumentes domine dona cęlestia, suppliciter deprecamur: vt quę sedula seruitute donante te gerimus, dignis sensibus tuo munere capiam⁹. Per dominum nostrum. Jesum ⁊c. Mundet ⁊ muniat.

¶ Feria vj. Quatuor tẽporũ Septembris. Statio ad sanctos Duodecim Apostolos. Intro.



Laetetur cor quęrentiuz dominũ: quęrite dñm, ⁊ cõfirmamini: quęrite faciem eius semper. ps. Confitemini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annunciate inter gẽtes opera eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiri. Oratio. PRęsta, quęsumus, omnipotens deus: vt, obseruationes sacras annua deuotione recolentes, ⁊ corpore tibi placeamus, ⁊ mente. Per dominum nostrum. A cunctis. vt in Dñica j. post Pent. f. 153.

Lectio

Lectio Osee prophete.

ca.4. Hec dicit dominus deus: Conuertere Israel ad dominum deum tuũ: quoniá corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscũ verba: & conuertimini ad dominuz, & dicite ei. Omnẽ aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddem⁹ vitulos labiorum nostroruz. Assur nõ saluabit nos, super equos nos ascendemus: nec dicemus vltra, dij nostri opera manuuz nostrarũ: quia eius qui in te est, miserebeRis pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spõtaneè: qr auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Israel, germinabit quasi lilium: & erumpet radix eius, vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius, vt Libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinũ Libani. Ephraim, qd mihi vltra idola? Ego exaudiá, & dirigam eum, ego vt abietez virentẽ: ex me fruct⁹ tu⁹ inuẽtus est. Quis sapiens? & intelliget ista? intelligens, & sciet hec? quia recte vie dñi, & iusti ambulabunt in eis: preuaricatores vero corruent in eis. Gradua. Conuertere

Psal. 89. dñe aliquantulum, & deprecare super seruos tuos. ℣. Dñe refugium factus es nobis, à generatione in generationem.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tempore: Rogabat Iesum quidaz phariseus, vt manducaret cuz illo. Et ingressus domum pharisei, discubuit. ca.7. Et ecce mulier, q̃ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quòd Iesus accúbuit in domo pharisei, áttulit alabastrum vnguẽti: & stans retro secus pedes eius, lacrymis cepit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. Videns autem phariseus qui vocáuerat eum, ait intra se, dicẽs. Hic, si esset propheta, sciret vtique, que, & qualis esset mulier que tangit eum, quia peccatrix est. Et respõdens Iesus, dixit ad illũ. Simõ, habeo tibi aliqd dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erant cuidã feneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius qnquaginta. Nõ habentibus illis vnde rédderent, donauit vtrisqz. Quis ergo eũ plus diligit? Respõdẽs Simon, dixit. Aestimo qr is cui pl⁹ donauit. At ille dixit ei. Rectè iudicasti. Et cõuersus ad mulierez, dixit Simóni. Vides hanc mulierem? intraui in domum tuam. Aquam pedibus meis non dedisti: hec autẽ

lacrymis

lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hęc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hęc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittũtur tibi peccata tua. Et cęperunt qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Offertorium. Benedic anima mea domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius: & renouabitur sicut aquilę iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi sint, dñe, quęsumus, nostri dona ieiunij: quę & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad sempiterna promissa perducant. Per d.

Exaudi nos quęsumus dñe. Communio. Aufer à me op-
psal. 118. probrium & contemptum: quia mandata tua exquisiui domine: nam testimonia tua, meditatio mea est. Postcommu.

Quęsumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibẽtes, beneficia potiora sumamus. Per dominum no. Mũdet & muniat.

Sabbatho Quatuor tẽpor. Septẽ. Sta. ad S. Petrũ. Intr.



Venite adoremus deũ, & procidamus ante dñm: ploremus ante eum, qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster. ps. Venite exultemus domino, iubilemus deo salutari nr̃o. ℣. Gloria patri, & fi. dicto Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. psal. 94.

Omnipotẽs sempiterne deus: qui per continentiã salutarem & corporibus medẽris & mentibus: maiestatem tuã supplices exoramus: vt pia ieiunãtiũ deprecatione placatus, & pręsentia nobis subsidia tribuas, & futura. Per dominum nostrũ.

Lectio libri Leuitici.

In diebus illis: Locutus est dominus ad Moysen dicens. Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisque animas vestras in eo: & offeretis holocaustum domino. Omne opus seruile non facietis in tẽpore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis dñs deus vester. Omnis anima quę afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: & c.

quę

quę operis quippiã fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternũ erit vobis in cunctis generationibus ⁊ habitationibus vestris: sabbathũ requietionis est: affligetisq; animas vestras die nono mensis: a vespera vsq; ad vesperũ celebrabitis sabbatha vestra: Dicit dominus omnipotens. Grad.

psal. 78. Propitius esto domine peccatis nostris: ne quando dicãt gẽtes, Ubi est de⁹ eorũ? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Flectam⁹ gen. ℟. Le. Oratio.

Da nobis, quęsumus omnipotens de⁹: vt ieiunando tua gratia satiemur, ⁊ abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per dominum nost.

Lectio libri Leuitici.

c.23. In dieb⁹ illis: Locut⁹ est dñs ad Moysen, dicẽs. A qntodecimo die mẽsis septimi qñ congregaueritis oẽs fruct⁹ terrę vestrę, celebrabitis ferias dñi septẽ diebus. Die primo, ⁊ die octauo erit sabbathũ, idest, requies. Sumetis q̃ vobis die primo fructus arboris pulcherrimę, spatulasque palmarum, ⁊ ramos ligni densarum frõdiũ, ⁊ salices de torrente, ⁊ lętabimini corã domino deo vestro: celebrabitisq; solennitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternũ erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, ⁊ habitabitis in vmbraculis septẽ diebus. Omnis qui de genere Israel est, manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerẽ eos de terra Aegypti, Ego dñs de⁹ vester. Gradua.

psal. 83. Protector noster aspice deus: ⁊ respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutũ exaudi preces seruorũ tuorum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Tuere, q̃s dñe, familiã tuã: vt salutis ęternę remedia, quę te inspirante requirimus, te largiente cõsequamur. Per d.

Lectio Michęę prophetę.

ca.7. Domine de⁹ noster, pasce populũ tuũ in virga tua, gregẽ hęreditatis tuę, habitantes solos in saltu, iuxta dies antiquos. Uidebunt gentes, ⁊ confundẽtur sup omni fortitudine sua. Quis deus similis tui, q auferes iniquitatem, ⁊ transfers peccatum reliquiarum hęreditatis tuę? Non immittet vltra furorẽ suum, qm̃ volens misericordiã est. Reuertetur, ⁊ miserebitur nostri. Deponet iniqtates nr̃as: ⁊ proijciet in profundum maris oĩa peccata nostra. Dabis veritatem Jacob, misericordiã Abraham, quę iurasti patrib⁹ nostris ã diebus antiquis: dñe de⁹ noster.

psal. 89. ster. Grad. Conuerte domine aliquãtulũ: & deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis, à generatione in generationẽ. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Orõ.

Presta, quesumus domine: sic nos ab epulis carnalib⁹ abstinere: vt à vitijs irruentib⁹ pariter ieiunemus. Per domi.

Lectio Zacharie prophete.

ca. 8. In diebus illis: Factũ est verbum domini ad me, dicens. Hec dicit dñs deus exercituum. Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracundiaz me prouocassent patres vestri, & nõ sum misertus: sic cõuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciã domui Juda & Jerusalẽ: nolite timere. Hec sunt ergo verba q̃ facietis. Loquimini veritatem vnusquisqz cũ proximo suo. Veritatẽ, & iudiciũ pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisque, malũ contra amicũ suuz ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentũ mẽdax ne diligatis. Omnia enim hec sunt: que odi, dicit dñs. Et factũ est verbũ domini exercituũ ad me, dicẽs. Hec dicit dominus exercituũ. Jeiuniũ quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiuniuz septimi, & ieiuniũ decimi, erit domui Jude in gaudiuz & letitiaz, & in solennitates preclaras. Veritatem tãtum & pacem diligite: dicit dominus exercituũ.

psal. 140. Graduale. Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in cõspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuũ mearuz sacrificium vespertinum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Ut nobis, domine, tribuis solenne tibi deferre ieiuniũ: sic nobis, quesumus, indulgentie presta subsidium. Per d.

Lectio Danielis prophete.

In diebus illis: Angel⁹ domini descendit cũ Azaria & socijs eius in fornacem. Et excussit flammã ignis de fornace: & fecit mẽdiuz fornacis quasi vẽtum roris flantem. Flamma autez diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: & incẽdit quos repperit iuxta fornacẽ de Caldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino nõ tetigit ignis, neque contristauit, nec quicquam molestie intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore, laudabãt & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes. ca. 3. Hymnus.

Benedictus es domine de⁹ patrum nostrorũ. Et laudabilis, & gloriosus i secula. Et benedictum nomen glorie tue quod est sanctum. Et laudabile & gloriosum in secula. Benedictus es in templo sancto glorie tue. Et laudabilis & gloriosus in secula. Benedictus es sup thronum sanctum regni tui. Et laudabilis & gloriosus i secula. Benedictus es super sceptruz diuinitatis

nitatis tuę. Et laudabilis, ⁊ gloriosus ī sęcula. Benedict⁹ es q sedes sup cherubim, intuēs abyssos. Et laudabilis, ⁊ gloriosus ī sęcula. Benedictus es, q ambulas super pennas ventorū, ⁊ sup vndas maris. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in sęcula. Benedicát te oēs angeli, ⁊ sancti tui. Et laudent te, ⁊ glorificent in sęcula. Benedicát te cęli, terra, mare, ⁊ oīa, quę in eis sunt. Et laudēt te, ⁊ glorificēt ī sęcula. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Et laudabili, ⁊ glorioso ī sęcula. Sicut erat in principio ⁊ nūc, ⁊ semper: ⁊ in sęcula sęculorū. Amen. Et laudabilis ⁊ gloriosus in sęcula. Benedict⁹ es dñe deus patrū nostro℞. Et laudabilis ⁊ gloriosus in sęcula, Hic dicitur ℣. Dominus vobiscū. sine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas igniū cōcede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorū. Per do. A cūctis nos q̄s. vt in j. dñica post Pente. f. 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebreos.

ca. 9. Fratres: Tabernaculum factum est primuz: in quo erant candélabra, ⁊ mēsa, ⁊ propositio panum: quę dicitur Sācta. Post velamentum autē secundum tabernaculum, quod dicitur Sācta sanctorum, aureum habens thuribulum: ⁊ arcā testamenti circumtectam ex omni parte auro, ī qua, vrna áurea habens manna, ⁊ virga Aaron quę frōduerat, ⁊ tabulę testamēti: supérq3 eam erant cherubim glorię obumbrātia propitiatoriuz: de quibus nō est modò dicendum per singula. His verò ita compositis, in priori quidez tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consumantes: in secundo veró semel in anno solus pōtifex: nō sine sanguine, quē offerret pro sua ⁊ populi ignorantia: hoc significāte Spiritu sancto, nōduz propalatā esse sanctorum viaz, adhuc priore tabernaculo habēte statum: quę parabola est temporis instantis: iuxta quam munera ⁊ hostię offeruntur, quę nō possunt iuxta cōscientiam perfectum facere seruientez, solum modo in cibis, ⁊ in potibus, ⁊ in varijs baptismatibus, ⁊ iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis. Christus aūt assistens pontifex futurorūz bonoruz, per amplius ⁊ perfectius tabernaculū non manu factum idest, nō huius creationis: neq3 per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per propiū sanguinem introiuit semel in Sācta, ęterna redēptione inuēta. Trac.

Laudate dominū omnes gētes: ⁊ collaudate euz omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: psal. 116.

M. N. R.

& veritas dñi manet in eternuz.

Sequen. S. evange. sm Lucã.



c. 13. In illo tẽpore: Dicebat Jesus turbis similitudinem hanc. Arborez fici habebat quidaz plantatam in vinea sua, & venit querẽs fructum in illa, & nõ inuénit. Dixit aũt ad cultorem vinee. Ecce, anni tres sunt, ex quo venio querens fructum in ficulnea hac: & non inuénio. Succide ergo illam: vt quid etiam terram óccupat? At ille respondens, dixit illi. Dñe dimitte illam, & hoc anno, vsque dum fódiam circa illam, & mittam stércora. Et siquidem fécerit fructum: sin aũt, in futurũ succides eaz. Erat autez docẽs in synagoga eorũ, sabbathis. Et ecce mulier, que habebat spiritum infirmitatis annis decẽ & octo: & erat inclinata, nec omnino póterat sursuz respicere. Quã cũ vidéret Jesus, vocauit eã ad se, & ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & cõfestim erecta est, & glorificabat deũ. Respõdẽs aũt archisynagogus indignãs qr sabbatho curasset Jesus, dicebat turbe. Sex dies sũt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini: & nõ in die sabbathi. Respõdẽs autẽ ad illum dominus, dixit. Hypocrite, vnusquisque vestruz sabbatho nõ soluit bouem suũ, aut asinum à presepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiã Abrahe, quã allegauit sátanas, ecce, decẽ & octo annis, nõ oportuit solui à vinculo isto die sabbathi? Et cuz hec diceret, erubescebãt oẽs aduersarij eius: & oĩs populus gaudebat in vniuersis q̃ gloriose fiebãt ab eo.

Offert. Domine, de⁹ salutis mee, i die cla- psal. 97.
maui, & nocte corã te: intret orõ mea i cõspectu tuo dñe.

Secre. Concede, q̃sum⁹, omnipotens de⁹: vt óculis tue maiestatis mun⁹ oblatũ, & gratiam nobis deuotib⁹ obtineat, & effectũ beate perẽnitatis acq̃rat. P.

Exaudi nos.

Cõio. Mense septimo festa celebrabitis, cũ in leu. 23.
tabernaculis habitare fécerim filios Israel, cum edúcerem eos de terra Aegypti, ego domin⁹ deus vester.

Postcommunio. Perficiãt i nobis, dñe, q̃sum⁹, tua sacramẽta qđ cõtinent: vt, que nũc spe gerim⁹, rerũ veritate capiamus. Per do.

Mundet, & muniat nos quesu.

¶ Dominica xviij. post Pentecosten. Introitus.



Da pacẽ dñe eccl.
sustinẽtibus 29.
te, vt pphete tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, & plebis tue Israel.

Israel. Ps. Letatus sũ in his q̃ dicta sunt mihi: in domũ dñi ibimus. ℣. Gloria patri. Oratio.

Dirigat corda nostra, quęsum⁹ domine, tuę miserationis operatio: q᷑ tibi sine te placere nõ póssumus. Per dominum. A cunctis nos. vt in prima Dominica post pẽtecosten. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1.c.1. Fratres: Gratias ago deo meo semper pro vobis, in gratia dei, quę data est vobis in Christo Jesu. Quia in omnib⁹ diuites facti estis in illo, in omni verbo, ⁊ in omni sciẽtia, sicut testimonium Christi confirmatũ est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationẽ domini nostri Jesu Christi, qui ⁊ cõfirmabit vos vsque in finẽ sine crimine, in die aduentus domini nostri Jesu Christi. Gradua. Letatus sũ

psal. 121. in his quę dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua, ⁊ abũdãtia in turribus tuis. Alleluia, alleluia. ℣. Timebunt gentes nomẽ tu-

psal. 101. um dñe, ⁊ oẽs reges terrę gloriam tuam, alleluia. Sequentia sancti euange. scdm Matthęũ.

ca. 9. 

In illo tenpore Ascendens Jesus in nauiculã: transfretauit, ⁊ venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Uidens autem Jesus fidez illorum, dixit paralytico. Confide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidam de scribis dixérunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorũ, dixit. Ut qd cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere. Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge ⁊ ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuũ, ⁊ vade in domum tuam. Et surrexit, ⁊ abijt in domum suam. Uidentes autem turbę timuérunt: ⁊ glorificauérunt deum, q dedit potestatẽ talem hominibus. Credo. Offerto. Sanctificauit Moyses altare domino, ófferens super illud holocausta: ⁊ immolamus victimas, fecit sacrificiũ vespertinum in odorem suauitatis domino deo, in cõspectu filiorũ Jsrael. Sec.

Deus, q nos per huius sacrificij veneranda cómercia, vnius summęq; diuinitatis participes éfficis: pręsta, quęsum⁹: vt sicut tuam cognóscimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per dominũ nostrũ. Exaudi nos. Commu-

nio. Tollite hostias, ⁊ introite psal. 95.
in atria ei⁹: adorate dominũ in aula sancta eius. Postcommun. Gratias

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati, tuã misericordiam deprecãtes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per dominũ nostrum. Mundet ꝛ muniat.

¶ Dominica xix. post Pẽtecosten. Introitus.

psal. 77. 
Salus populi ego sum, dicit dominus: de quacunq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: ꝛ ero illorum dominus in perpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. Oratio.

Omnipotens ꝛ misericors deus, vniuersa nobis aduersantia propitiatꝰ exclude: vt mente ꝛ corpore pariter expediti, quę tua sunt, liberis mentibꝰ exequamur. Per dominuz nostrum Jesum. A cunctis nos. vt in prima Dñica post pẽteco.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca. 4. Fratres. Renouámini spiritu mẽtis vestrę: ꝛ induite nouũ hominẽ, qui secundũ deuz creatus est in iustitia, ꝛ sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendaciuz, loquimini veritatem vnusquisque cuz proximo suo: quoniã sumus inuicez membra. Irascimini ꝛ nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestrã. Nolite locũ dare diabolo. Qui furabaẗ iã nõ furetur, magis aũt laboret, operãdo manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patienti. Graduale.

Dirigaẗ oratio mea, sicut incẽsum in conspectu tuo dñe. ℣. psal. 140. Eleuatio manuũ mearum, sacrificiuz vespertinũ. Halłah, halłah. ℣. Cõfitemini dño, ꝛ inuocate nomen eius: annũciate inter gentes opera eius, halłah. psal. 104.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.



In illo tempore. Loquebatur Jesus principibꝰ sacerdotũ, ꝛ pharisęis in parabolis, dicens. Simile factum est regnum cęlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ꝛ nolebant venire. Iteruz misit alios seruos, dicens. Dicite inuitatis: ecce prandiuz meum paraui: tauri mei, ꝛ altilia occisa sunt ꝛ omnia parata: venite ad nuptias. Illi autez neglexerunt: ꝛ abiérunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam: reliqui vero tenuérunt seruos eius, ꝛ cõtumelijs affectos, occidérunt. Rex autem c. 22.

aūt cum audisset, irat⁹ est: ⁊ missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, ⁊ ciuitatē illoꝝ succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptię quidez paratę sunt: sed qui inuitati erant, nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viaruz: ⁊ quoscūqz inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerūt omnes quos inuenerunt, malos ⁊ bonos: ⁊ implete sunt nuptię discūbentium. Intrauit autez Rex, vt videre discumbētes: ⁊ vidit ibi hominem non vestitū veste nuptiali. Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialē? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris. Ligatis manibus ⁊ pedibus eius, mittite euz in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiuz. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Credo.

Offer. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me dn̄e: ⁊ super irā inimicoꝝ meorū extendes manū tuā: ⁊ saluū me fecit dextera tua. Secreta.

Haec munera, q̄s dn̄e, quę oculis tuę maiestatis offerimus, salutaria nobis esse cōcede. Per do. Exaudi nos de⁹. vt i dn̄ica prima. Communio.

Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigātur vię meę, ad custodiendas iustificationes tuas. Postcōio.

Tua nos domine medicinalis operatio, ⁊ a nostris peruersitatibus clemēter expediat, ⁊ tuis semp faciat inhęrere mandatis. Per dominū. Mūdet, ⁊ muniat. vt i dominica prima.

¶ Dominica xx. post Pentecosten. Introitus.



Omnia quę fecisti nobis domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, ⁊ mandatis tuis nō obediuimus: sed da gloriā nomini tuo, ⁊ fac nobiscū secundū multitudinez misericordię tuę. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. V. Glo͞ia patri, ⁊ filio. Oratio.

Largire, quęsumus domine, fidelibus tuis indulgētiā placatus ⁊ pacem: vt pariter ab omnibus mūdētur offensis, ⁊ secura tibi mente deseruiant. Per dominuz no. A cunctis. vt i dn̄ica j. post Pētec. fol. 153

Lectio epistolę btī Pauli apostoli ad Ephesios.

Fratres: Uidete itaqz quomodo cautē ambuletis: nō quasi insipiētes, sed vt sapiētes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes, quę sit volūtas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed iplemini spiritusan

cto, loquētes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & cāticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordib⁹ vestris dño: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine dñi nostri Jesu Christi Deo, & Patri. Subiecti inuicē: in timore Christi. Graduale.
psal. O culi omnium in te
144. sperant domine: & tu das illis escam in tempore opportuno: ℣. Aperis tu manum tuā, & imples omne animal benedictione. Haleluiah, haleluiah. ℣. Pa-
psal. ratum cor meum Deus, para-
107. tū cor meum, cantabo & psallam tibi, gloria mea, haleluiah.

Seq. sancti euāg. scdm Joannē.

ca. 4. 

In illo tēpore: Erat quidā regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Jesus veniret a Judęa in Galilęam, abijt ad eum, & rogabat eum vt descēderet & sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum. Nisi signa & prodigia vidéritis, nō créditis. Dicit ad eum regulus. Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus. Uade, filius tuus viuit. Crédidit homo sermoni quem dixit ei Jesus, & ibat. Jam autem eo descendente, serui occurrérunt ei: & nunciauérunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixérunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Jesus: filius tuus viuit. Et credidit ipse, & domus eius tota. Credo. Offertorium.
Super flumina Babylonis illic sédim⁹, & fléuimus dū, recordaremur tui Sion. Secreta. psal. 136.

Celestem nobis prębeāt hęc mysteria, quęsum⁹ domine, medicinam: & vitia nostri cordis expurgēt. Per dominū nostrum Jesuz. Exaudi nos, vt in dñica prima. Communio.

Memento verbi tui seruo tuo dñe, in quo mihi spem dedisti: psal. 118.
hęc me consolata est in humilitate mea. Postcommunio.

Ut sacris Domine reddamur digni muneribus: fac nos, quęsumus, tuis semper obedire mandatis. Per dominuz. Mundet & mun. vt in dñica j.

¶ Dominica xxj. post Pentecosten. Introitus.



In voluntate tua domine vniuersa sunt posita: & nō est, qui possit resistere voluntati tuę: tu enim fecisti omnia, cęlum, & terram, & vniuersa quę cęli ámbitu continen- hest. 13.

nentur: ⁊ dominus: vniuerso-
rum tu es. Ps. Beati immacu-
psal. 118. lati in via, qui ambulant in lege
domini. ℣. Gloria. Oratio.
Familiam tuam, quęsumus
domine, continua pieta-
te custodi: vt à cũcta aduersita-
tibus, te protegente, sit libera:
⁊ in bonis actibus tuo nomini
sit deuota. Per dñm nostrum.
A cũctis. vt i dñica j. fol. 153.
Lectio epistolę b. Pauli apo-
stoli ad Ephesios.
ca. 6. Fratres: Confortamini in
dño, ⁊ in potentia virtutis
eius. Induite vos armaturam
dei: vt possitis stare aduersus in
sidias diaboli. Quoniã nõ est
nobis colluctatio aduersus car
nem ⁊ sanguinẽ: sed aduersus
principes ⁊ potestates, aduer-
sus mundi rectores tenebraruꝫ
harum, cõtra spiritualia nequi-
tię, in cęlestibus. Propterea ac
cipite armaturam dei: vt possi-
tis resistere in die malo, ⁊ i om-
nibus perfecti stare. State ergo
succincti lumbos vestros in ve-
ritate, ⁊ iduti loricam iustitię, ⁊
calciati pedes in pręparationeꝫ
euangelij pacis. In omnibus
sumentes scutum fidei, in quo
possitis omnia tela nequissimi
ignea extinguere. Et galeam sa
lutis assumite: ⁊ gladium spiri-
tus, quod est verbũ dei. Grad.
psal. 89. Dñe refugiũ factus es nobis à
generatione i generationẽ. ℣.
Priusquam mõtes fierent, aut
formaretur terra ⁊ orbis: à secu-
lo ⁊ vsqꝫ in sęculum tu es Deus.
Haleluiah, halah. ℣. In exitu psal.
Israel de Aegypto, domus Ja
cob de populo barbaro, halah.
Sequentia sancti euangelij se-
cundum Matthęum.



In illo tẽpo- c. 18.
re: Dixit Je-
sus discipulis suis
parabolã hanc. Si-
mile est regnuꝫ cę-
loruꝫ homini regi,
qui voluit rationẽ
ponere cum seruis suis. Et cuꝫ
cępisset rationem ponere, obla
tus est ei vnus, q debebat ei de-
cem millia talenta. Cuꝫ autem
non haberet vnde redderet, ius
sit euꝫ dominus eius vęnunda
ri, ⁊ vxorem eius: ⁊ filios, ⁊ om-
nia quę habebat, ⁊ reddi. Pro-
cidens autẽ seruus ille, rogabat
eum, dicens. Patientiã habe in
me, ⁊ omnia reddam tibi. Mi-
sertus autem dominus serui il-
lius, dimisit eum, ⁊ debitum di
misit ei. Egressus auteꝫ seruus
ille, inuenit vnum de conseruis
suis, qui debebat ei centũ dena
rios: ⁊ tenens suffocabat eũ, di-
cens. Redde quod debes. Et
procidens conseruus eius roga
bat eum dicens. Patientiã ha-
be in me, ⁊ omnia reddã tibi. Il
le auteꝫ noluit: sed abijt: ⁊ misit
euꝫ in carcerẽ, donec redderet
debitum. Uidẽtes autem con-
serui eius, quę fiebãt, contrista-
ti sunt

ti sunt valde: ⁊ venerũt, ⁊ narrauerunt domino suo omnia quę facta fuerant. Tunc vocauit illũ dominus suus: ⁊ ait illi. Serue nequã, omne debitũ dimisi tibi, qm̃ rogasti me: nonne ergo oportuit ⁊ te misereri conserui tui, sicut ⁊ ego tui misertus sũ? Et iratus dñs eius, tradidit eũ tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic ⁊ pater meus cęlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Credo. Offerto. Vir erat in terra Hus nomine Job, simplex ⁊ rectus, ac timens Deum: quem Satan petijt vt tẽtaret: ⁊ data est ei potestas à dño in facultate ⁊ in carne eius: perdiditque omnem substantiã ipsius, ⁊ filios: carnem quoq; eius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

iob. 1.

Suscipe dñe propitius hostias, qbus ⁊ te placari voluisti, ⁊ nobis salutem potẽti pietatę restitui. Per do. Exaudi nos. vt in Dominica j. Cõio.

psal. 118. In salutari tuo anima mea, ⁊ in verbum tuum speraui: quando facies de persequẽtibus me iudicium: iniqui persecuti sunt me, adiuua me domine Deus meus. Postcommunio.

Immortalitatis alimoniã consecuti, q̃s dñe, vt quod ore percẽpimus, pura mente sectemur. Per dom. Mundet ⁊ muniat. vt in dominica prima.

Dñica xxij. post Pentec. Intr.



Si iniqtates obseruaueris domine: dñe quis sustinebit? qa apud te propitiatio est, Deus Israel. ps. De ꝓfundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam. ℣. Gloria pa. Oratio. psal. 129.

Deus refugium nostrũ, ⁊ virtus: adesto pijs ecclesię tuę precibus, auctor ipse pietatis, ⁊ pręsta: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum nostrum Jesum Christũ ⁊c. A cunctis. vt in dñica j. post Pēte. fo. 151.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

Fratres: Confidimus in domino Jesu: quia, qui cępit in vobis opus bonũ, ꝑficiet vsq; in diẽ Christi Jesu. Sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis: eo q̀ habeam vos in corde, ⁊ in vinculis meis, ⁊ in defensione ⁊ cõfirmatione euãgelij, socios gaudij mei oẽs vos esse. Testis enim mihi est De⁹, quomodo cupiã oẽs vos in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in sciẽtia ⁊ in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis synceri ⁊ sine offensa in diẽ Christi, repleti fructu iusti- ca 1.

iustitię per Jesum Christum, in gloriam & laudez dei. Gradu. Ecce, quàm bonū & quàm iucundū, habitare fratres in vnū. psal. 132. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbā Aaron. Halleluiah, halleluiah. ℣. Qui timent dñm, sperēt in eo, adiutor & protector eorū est: hale. psal. 113.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



C. 22. In illo tempore: Abeuntes pharisei, consilium inierūt vt caperent Jesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cū Herodianis, dicentes. Magister, scimus, qr verax es, & viam dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominuz. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet censum dari Cęsari, an nō? Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis hypocritę? Ostēdite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jesus. Cuius est imago hęc, & superscriptio? Dicunt ei, Cęsaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quę sunt Cęsaris, Cęsari: & quę sunt Dei, Deo. Credo.

Off. Recordare mei domine omni potentatui dominans: & da sermonem rectum in os meum, vt placeāt verba mea in cōspectu principis. hest. 14.

Secreta. Da misericors deus: vt hęc salutaris oblatio, & a proprijs nos reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per d. Exaudi nos. vt in Dominica j. Communio. Ego clamaui, quoniā exaudisti me deus: inclina aurē tuā, & exaudi verba mea. psal. 16. Postcōio. Sumpsimus Domine sacri dona mysterij, humiliter deprecantes: vt, quę in tui commemoratione nos facere pcepisti, in nostrę proficiant infirmitatis auxiliū. Qui viuis & regnas. Mūdet & muniat. vt in dnica j.

¶ Dominica xxiiij. post Pentecosten. Introitus.



Dicit dñs, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiā vos: & reducam captiuitatem vestram de cūctis locis. hie. 29. ps. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Jacob. psal. 84. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio. Absolue, quęsum⁹ domine tuoruz delicta populorū: vt à peccatorum nostrorū nexibus, quę pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per do. A cunctis nos quęsumus. vt in dominica

prima

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca. 3. FRatres: Imitatores mei estote: ⁊ obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sępe dicebam vobis (nunc autē ⁊ flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum deus, vēter est, ⁊ gloria in confusione ipsorum q terrena sapiūt. Nostra autē conseruatio in cęlis est: vnde etiā saluatorem expectamus dñm nostrum Jesum Christū, qui reformabit corp⁹ humilitatis nostrę: configuratū corpori claritatis suę, ſm operationē virtutis suę, qua possit etiam subij-
ca. 4. cere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi ⁊ desideratissimi, gaudiū meū ⁊ corona mea: sic state in domino charissimi. Euodiam rogo, ⁊ Syntychen dēprecor, idipsum sapere in domino. Etiā rogo, ⁊ te germane compar, adiuua illas, quę mecū laborauērunt in euangelio cū Clemēte, ⁊ cęteris adiutōribus meis, quorū nomina sunt in li-
psal. bro vitę. Grad. Liberasti nos
43. dñe ex affligentibus nos, ⁊ eos qui nos odērunt, confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, ⁊ in nomine tuo confitebimur in
psal. sęcula. Halłah, halłah. ℣. De
129 profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi orōnē meā halłah.

Seq. scti euāg. ſm Mattheū.



IN illo tēpore: Loquēte Jesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, ⁊ adorabat eū dicens. Domine filia mea modò defūcta est: sed veni, impone manū tuā super eam, ⁊ viuet. Et surgens Jesus sequebatur eum, ⁊ discipuli eius. Et ecce mulier, quę sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, accessit retro, ⁊ tetigit fimbriam vestimēti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tātum vestimentū eius: salua ero. At Jesus cōuersus ⁊ videns eam dixit. Cōfide filia: fides tua te saluā fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Jesus in domum principis, ⁊ vidisset tibicines ⁊ turbam tumultuantem, dicebat. Recēdite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eū. Et cū eiecta esset turba: intrauit, ⁊ tenuit manum eius. Et surrexit puella. Et ēxijt fama hęc in vniuersam terram illam. Credo. ca. 9.
Offert. De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi oratio- psal. 129
nem meā, de profundis clamaui ad te domine. Secreta.

PRo nostrę seruitutis augmento sacrificiū tibi dñe laudis offērim⁹: vt, quod immeritis cōtulisti, propiti⁹ exequaris.

ris. Per d. Exaudi nos deus. vt in Dominica j. Communio.

mat. 11. Amē dico vobis, quicqd orā-tes, petitis, credite, q accipietis, et fiet vobis. Postcommunio.

Quesumus omnipotēs deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nō sinas subiacere periculis. Per dominum no. Mundet et muniat. vt in prima Dominica.

¶ Si dominicę post Pētecostē fuerint plures vigintiquatuor, tūc post vigesimātertiā resumatur (quo ad Orationes, Epistolas, et Euāgelia) missę Dñicarū, q superfuerūt post Epiphaniā, hoc ordine. Si dñicę fuerint vigintiquinq, in dñica vigesima quarta dicit missa dominicę vj. post Epiphaniam. Si fuerint vigintisex, i dñica vigesimaquarta dicit missa dñicę quintę post Epiphaniā: et i vigesima quinta dr missa dñicę vj. Si fuerint vigintiseptem, i dñica vigesimaquarta dicit missa dñicę iiij. post Epiphaniā: i vigesima quinta, dñicę v. et in vigesimasexta, dominicę vj. Si fuerint viginti octo, in dñica vigesimaquarta dr missa dñicę iij. post Epiphaniā: in vigesimaquinta, dñicę iiij. in vigesimasexta, dominicę v. i dominica vigesima septima, dominicę sextę. Et vltimo loco semper dicit missa dominicę vigesimequartę post Pentecosten.

¶ Introitus autē, Graduale, Offertoriū, et Postcōmunio in pdictis dominicis, semper dicūtur vt i dñica vigesimatertia.

¶ Dominicę post Epiphaniā resumēdę post dominicā xxiij. post Pentecosten, secūdum superiorē rubricam vt sequūtur.

¶ Dominica iij. post Epiphaniam. Introitus.



Dicit dñs: ego cogito cogitatiōes pacis, et nō afflictionis: inuocabitis me, et ego exaudiam vos: et reducam captiuitatem vestrā de cunctis locis. ps. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri et filio etc. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, infirmitatē nostrā propitius respice: atq ad protegēdū nos dexterā tuę maiestatis extēde. Per d. A cūctis. vt in dñica j. post Pentecostē. f. 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. c. 12 Nulli malū p malo reddētes. Prouidentes bona nō solū corā Deo, sed etiā corā omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cū omnibus hominibus pacē habētes. Non vosmetipsos defendētes, charissimi:

ni: sed date locũ irę. Scriptũ est enim. Mihi vindictã: ⁊ ego retribuam, dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illũ. Si sitit, potũ da illi. Hoc enim faciẽs carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo: sed vince in bono malũ. Grad.

psal. 43. Liberasti nos dñe ex affligẽtibus nos: ⁊ eos qui nos oderũt confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die: ⁊ ĩ noĩe tuo cõfitebimur ĩ secula. Halleluiah, halleluiah.

psa. 129. ℣. De pfũdis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocẽ meã. Halleluiah.

Seq. scti euang. scdm Mattheũ.

ca. 8. 

In illo tempore: Cum descẽdisset Jesus de mõte, secutę sunt eũ turbę multę. Et ecce leprosus veniẽs adorabat eum, dicens. Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum Jesus tetigit eum, dicens. Uolo: mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Jesus. Uide, nemini dixeris. Sed vade ostende te sacerdoti: ⁊ offer munus quod pręcepit Moyses, in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaũ, accessit ad eum Centurio, rogans eum, ⁊ dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquetur. Et ait illi Jesus. Ego veniam, ⁊ curabo eum. Et respondens Centurio ait. Domine non sũ dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, ⁊ sanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo sum sub me potestate constitutus, habens sub me milites: ⁊ dico huic, vade, ⁊ vadit: ⁊ seruo meo fac hoc, ⁊ facit. Audiens autem Jesus miratus est: ⁊ sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantã fidẽ in Israel. Dico autem vobis quod multi ab oriente ⁊ occidente veniẽt: ⁊ recumbent cum Abrahã, Isaac, ⁊ Jacob in regno cęlorum. Filij autẽ regni eijcient in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ stridor dẽtiũ. Et dixit Jesus Cẽturioni. Uade, ⁊ sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Credo. Offer. De pfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi orationẽ meã: de profundis clamaui ad te domine. psal. 129.

Secre.

Haec hostia, q̃sumus dñe, emundet nostra delicta: ⁊ ad sacrificium celebrãdum subditorum tibi corpora mentésq; sanctificet. Per dominum no.

Exaudi nos deus. Cõmunio.

Amen dico vobis, quicquid orãtes petitis, credite q᷑ accipietis: ⁊ fiet vobis. mat. 11.

Postcõmunio.

Quos tantis domine largiris vti mysterijs: q̃sumus vt effectibus nos eorũ veraciter aptare digneris. Per dominũ.

Mũdet ⁊ muniat nos q̃sumus

bie. 29. ¶ Dominica iiij. post Epiphaniam. Introitus.



Dicit dominus: ego cogito cogitationes pacis, & nō afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiã vos: & reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. Ps. Benedixisti domine terrã tuam: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis: vt ea quę pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per dominum nostrum. A cunctis. vt in dñica j. post Pētec. f. 153.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

c. 13. Fratres: Nemini quicquã debeatis: nisi vt inuicē diligatis. Qui eniz diligit proximū, legem impleuit. Nã nō adulterabis: non occides: non furaberis: nō falsum testimonium dices: nō cōcupisces: & siquod est aliud mãdatū, in hoc verbo instauratur: diliges proximū tuū sicut teipsum. Dilectio proximi maluz nō operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Grad.

Psal. Liberasti nos dñe ex affligētibus nos: & eos q̄ nos oderūt cōfudisti. ℣. In deo laudabimur tota die: & ĩ noīe tuo ɔfitebimur ĩ secula. Halleluiah, halleluiah. ℣. De pfundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocem meam. Halleluiah.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



In illo tēpore: ca. 8. Ascendēte Jesu in nauiculã, secuti sunt euz discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauiculam operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius: & suscitauērunt eum, dicentes. Dñe salua nos: perim⁹. Et dicit eis. Quid timidi estis modicę fidei? Tunc surgens imperauit ventis: & facta est trãquillitas magna. Porrò homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic: quia venti & mare obediunt ei. Credo. psal. 2).

Offert. De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi orationem meam, de profundis clamaui ad te domine. Secreta.

Concede, quęsumus, omnipotens Deus: vt huius sacrificij munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, & muniat. Per dominum nostrum. Exaudi nos deus. Communio. Amē mat. 11. dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis,

& fiet

⁊ fiet vobis. Postcommunio.

MUnera tua nos deus à delectationibus terrenis expediãt: ⁊ cęlestibus semp instauret alimẽtis. Per d. Mundet.

Dñica v. post Epipha. Intr.

Ier. 29. 

Icit dñs, ego cógito cogitationes pacis, ⁊ non afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiã vos: ⁊ reducam captiuitatem vestrã

psal. 8. de cunctis locis. ps. Benedixisti domine terraz tuaz, auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto, Sicut erat in princ. Oratio.

FAmiliam tuam, q̃s domine, continua pietate custodi: vt quę in sola spe gratię cęlestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per dominũ nostruz Iesum Christum filium tuum. Qui te. A cun ctis vt in dñica i. post Pentecosten. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Colossenses.

ca. 3. FRatres: Induite vos, sicut electi dei sancti, ⁊ dilecti, viscera misericordię, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiã, patiẽtiã, supportantes inuicem: ⁊ donantes vobismetipsis, siquis aduersus aliquẽ habet q̃relaz. Sicut ⁊ dñs donauit vobis: ita ⁊ vos. Super omnia aũt hęc, charitatẽ habentes, quod est vinculũ perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris: in qua ⁊ vocati estis in vno corpore: ⁊ grati estote. Verbuz Christi, habitet in vobis abũdanter, in omni sapientia: docẽtes ⁊ cõmonentes vosmetipsos i psalmis, hymnis, ⁊ canticis spiritualibus, in gratia cantãtes in cordibus vestris domino. Omne quodcũq3 facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine dñi nostri Iesu Christi facite, gratias agẽtes Deo ⁊ patri, per Iesum Christũ dominũ nostrũ. Grad. Liberasti nos psal. 43.
dñe ex affligentibus nos, ⁊ eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, ⁊ in nomine tuo confitebimur in sęcula. Halah, halah. ℣. De psal. 129.
profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi orõnẽ meã, halah.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

IN illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile factũ est regnũ cęlorũ homini, qui seminauit bonũ semẽ in agro c. 13.
suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, ⁊ superseminauit zizania in medio tritici, abijt. Cum autem creuisset herba, ⁊ fructum fecisset: tũc apparuerunt ⁊ zizania. Accedẽtes autem serui patrisfamilias,

dixerunt

dixerūt ei. Dñe nonne bonū semē seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui aūt dixerūt ei. Uis imus, et colligim⁹ ea? Et ait. Non: ne forte colligētes zizania eradicētis cū eis simul et triticū. Sinite utraqz crescere usqz ad messē: et in tpe messis dicam messorib⁹. Colligite primū zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendū: triticū aūt congregate in
psal. 129. horreū meū. Credo. Off. De pfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi orationē meā: de pfundis clamaui ad te dñe. Secreta. Hostias tibi dñe placatiōis offerim⁹: ut delicta nostra miserat⁹ absoluas, et nutātia corda tu dirigas. Per d. Exaudi.
mat. 11. Cōio. Amē dico vobis, quicquid orātes petitis, credite qr accipietis: et fiet vobis. Postcōio. Quesumus ops de⁹: ut illi⁹ salutaris capiam⁹ effectū: cui⁹ p hec mysteria pignus accepimus. Per do. Mūdet et mu.

Dñica vj. post Epiph. Intr.



Dicit dñs: ego cogito cogitatiōes pacis: et nō afflictionis: inuocabitis me et ego exaudiam vos: et reducam captiuitatem vestram
psal. 84. de cunctis locis. Ps. Benedixisti domine terram tuaz: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri. Oratio. Presta, quesum⁹, omnipotens deus: ut semper rationabilia meditātes, que tibi sunt placita, et dictis exequamur, et factis. Per dominū. A cunctis. ut in dñica j. post Pentecosten.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

Fratres. Gratias agimus 1.c.1. Deo semp pro omnibus vobis: memoriā vestri facientes in orationibus nostris, sine intermissione: memores operis fidei vestre, et laboris, et caritatis, et sustinentie spei domini nrī Jesu Christi ante deū et patrē nostrū. Scientes fratres dilecti, a Deo electionē vestrā, qr euāgelium nostrū nō fuit ad vos in sermone tantū, sed et in virtute, et in spiritu sancto, et plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, et dñi: excipiētes verbū in tribulatione multa cuz gaudio Spiritus scti: ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, et in Achaia. A vobis enim diffamatus, est sermo dñi non soluz in Macedonia et Achaia, sed et in oī loco fides vestra, que est ad Deū, profecta est: ita ut non sit nobis necesse quicquā loqui. Ipsi eniz de nobis annunciant qualem introitū habuerim⁹ ad uos:

vos: ⁊ quomodo conuersi estis
ad deū a simulacris, seruire Deo
viuo ⁊ vero: ⁊ expectare filium
eius de celis (quem suscitauit ex
mortuis) Jesum, qui eripuit
nos ab ira ventura. Gradua.
psal. 43. Liberasti nos dñe ex affligēti
bus nos: ⁊ eos qui nos oderunt
confudisti. ℣. In Deo laudabi-
mur tota die: ⁊ in nomine tuo
confitebimur in secula. Hale-
psal. 129. luiah, haleluiah. ℣. De profun
dis clamaui ad te dñe, dñe exau
di vocem meam. Haleluiah.

Sequentia sancti euangelij
secundum Matheum.

c. 13.



In illo tēpo-
re: Dixit Je-
sus turbis parabo-
lam hanc. Simile est
regnū celorū gra-
no sinapis: qd acci
piens homo semi-
nauit in agro suo: qd minimum
quidē est omnibus seminibus:
cū autē creuerit, maius est om-
nibus oleribus: ⁊ fit arbor, ita vt
volucres celi veniant, ⁊ habitēt
in ramis eius. Aliam parabolā
locutus est eis. Simile est regnū
celorū fermento: quod acceptū
mulier abscondit in farine satis
tribus, donec fermentatū est to
tū. Hec oīa locutus est Jesus in
parabolis ad turbas: ⁊ sine pa-
rabolis non loquebatur eis: vt
impleretur quod dictum est per
prophetam dicentem. Aperiam
in parabolis os meum: eructa-
bo abscondita a constitutione
mundi. Credo. Offertoriū.
De profundis clamaui ad te
domine, domine exaudi oratio
nem meam, de profundis cla-
maui ad te domine. Secreta.
Hostias tibi domine placa
tionis offerimus: vt deli-
cta nostra miseratus absoluas, ⁊
nutātia corda tu dirigas. Per
dominum nostrum Jesum ⁊c.
Exaudi nos deus. Cōmunio.
Amē dico vobis, qcquid oran
tes petitis, credite qr accipietis,
⁊ fiet vobis. Postcommunio.
Celestibus dñe pasti deli
cijs, qs: vt semper eadē, per
que veraciter viuimus, appetā
mus. Per do. Mundet ⁊ mu.

Dñica xxiiij. post Pentec. Intr.



Dicit dñs, e- hie. 29.
go cogito co
gitationes
pacis, ⁊ non
afflictionis:
inuocabitis
me, ⁊ ego
exaudiā vos:
⁊ reducam captiuitatem vestrā
de cunctis locis. Ps. Benedixi- psal. 84.
sti domine terram tuam, auerti-
sti captiuitatē Jacob. ℣. Glo-
ria patri, ⁊ filio, ⁊c. Oratio.
Excita, qs dñe, tuorū fide-
lium volūtates: vt diuini o-
peris fructū, ppēsius exequētes
pietatis tue remedia maiora pci
piant. Per domi. A cunctis.
vt in dñica j. post Pētec. f. 153.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Colossenses.

ca. I. FRatres: Nõ cessamus pro vobis orantes ⁊ postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis dei, in omni sapientia ⁊ intellectu spirituali: vt ambuletis dignè, deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, ⁊ crescẽtes in sciẽtia dei: in omni virtute confortati ſm potentiã claritatis eius: in omni patientia ⁊ longanimitate: cum gaudio gratias agentes Deo ⁊ patri, qui dignos nos fecit inpartem sortis sanctorum, in lumine: q eripuit nos de potestate tenebrarum, ⁊ trãnstulit in regnum filij dilectionis sue: in quo habemus redemptionẽ, ⁊ remissionem peccatorum. In Christo Iesu domino nostro.

Seq. sancti euãg. ſm Mattheu.

c. 24.



IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cũ videritis abominationem desolationis, que dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, (qui legit intelligat) tũc qui in Iudea sunt, fugiant ad mõtes: ⁊ qui in tecto, non descendat tóllere aliquid de domo sua: ⁊ qui in agro, non reuertatur tóllere tunicam suam. Ve autem pregnantibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt nõ fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mũdi vsque modo, neqꝫ fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabunt dies illi. Tunc siquis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere: Surgent enim pseudochristi, ⁊ pseudoprophete: ⁊ dabunt signa magna ⁊ prodigia, ita vt in errorem inducãtur, si fieri potest, etiã electi. Ecce predixi vobis. Si ergo dixerint vobis. Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriẽte, ⁊ paret vsque in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Ubicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur ⁊ aquile. Statim autẽ post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, ⁊ luna nõ dabit lumen suum, ⁊ stelle cadẽt de celo, ⁊ virtutes celorũ commouebuntur: ⁊ tunc parebit signum filij hominis in celo. Et tunc plangent oẽs tribus terre: ⁊ videbunt filiũ hominis veniẽtem in nubibus celi cum virtute multa ⁊ maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, ⁊ voce magna: ⁊ congregabunt electos eius à quatuor vẽtis, à summis celorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parábolam. Cum iam ramus

eius tener fuerit, ꝛ folia nata, scitis qꝛ propè est ęstas. Ita, ꝛ vos cum videritis hęc omnia, scitote qꝛ propè est in ianuis. Amen dico vobis, quia non pręteribit generatio hęc, donec omnia hęc fiant. Cęlum ꝛ terra transibunt: verba autem mea non prę teribunt. Credo. Secreta.

PRopitius esto dn̄e supplicationibus nostris: ꝛ populi tui oblationib⁹, precibusqꝫ susceptis, omniū nostrū ad te corda converte: vt à terrenis cupiditatibus liberati, ad cęlestia desideria trāseam⁹. Per do. Exaudi nos. vt in dn̄ica prima. Coio.

COncede nobis, quęsumus domine: vt per hęc sacramenta quę sumpsimus, quicquid in nostra mente vitiosum est, ipsorum medicationis dono curetur. Per dominum no.

Alię post communiones.

MUndet ꝛ muniat nos, quęsumus domine, divini sacramenti munus oblatum: ꝛ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro ꝛ Paulo, atque beato N. ꝛ omnibus sanctis: à cunctis nos reddat ꝛ perversitatibus expiatos, ꝛ adversitatibus expeditos. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit, ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen.

¶ Proprium Sanctorum.

¶ In vigilia sancti Andreę Apostoli, Introitus.



DOminus secus mare Galilęę vidit duos fratres, Petrū ꝛ Andream, ꝛ vocavit eos: venite post me: faciā vos fieri piscatores hominū. Ps. Cęli enarrant gloriā dei: ꝛ opera manuū eius annūciat firmamentū. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiri. Oratio. die. 29. nov.

QVęsum⁹ omnipotēs deus: vt beatus Andreas apostolus, tuum pro nobis imploret auxilium: vt, à nostris reatibus absoluti, à cunctis etiam periculis eruamur. Per dominum.

¶ Pro cōmemoratione sancti Saturnini martyris. Oratio.

DEus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: ei⁹ nos tribue meritis adiuvari. Per dominū.

Si vigilia S. Andreę venerit in Adventu, missa dicitur de vigilia, ꝛ secūda Oratio erit de Adventu, tertia de sancto Saturnino. Si festum Sancti Andreę venerit feria ij. Missa de vigilia dr̄ in Sabbatho, ꝛ secunda oratio de S. Maria, Concede.

tertia

tertia. Ecclesię, vel pro Papa & cõmemo. S. Saturnini fit in Dñica. Quod & in alijs vigilijs, excepta vigilia Natiuitatis domini, seruatur. Si autem festū Sācti Andreę venerit in dñica, transfertur in ij. feriā, & missa de vigi. dr̄ in sabbatho cū cõmem. S. Saturnini, vt sup. & tertia oratio erit de S. Maria. Concede.

Lectio libri Sapientię.

eccl. 44. & 45. Benedictio dñi super caput iusti. Ideo dedit illi dñs hęreditatē: & diuisit ei partē in tribubus duodecim, & inuénit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eū in timore inimicorū: & in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit eū in cōspectu regū, & ostendit illi gloriā suā. In fide & lenitate ipsius, sanctum fecit illū: & elégit eū ex omni carne. Et dedit illi coram pcepta, & legē vitę, & disciplinę: & excelsū fecit illū. Statuit illi testamētū ęternū, & circūcinxit eū zona iustitię. Et induit eū dñs coronā glorię. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. ℣. Dinumerabo eos: & super arenam multiplicabuntur.

Seq. sancti euāg. sm̄ Johannē.

ca. 1. In illo tēpore. Stabat Johannes, & ex discipulis ei⁹ duo. Et respiciens Jesū ambulantē, dicit. Ecce agnus dei. Et audiérunt eū duo discipuli loquentē: & secuti sunt Jesū. Cōuersus autē Jesus, & videns eos sequētes se, dicit eis. Quid quęritis? Qui dixérunt ei. Rabbi (quod dr̄ interpretatū, Magister) vbi habitas? Dicit eis. Venite, & videte. Venérūt, & vidérunt vbi manéret: & apud eū mā sérūt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simónis Petri vnus ex duobus q audierant à Johāne, & secuti fuerāt eū. Inuénit hic primùm, fratrē suum Simonē: & dixit ei. Inuénimus Messiā, qđ est interpretatum, Christus. Et addúxit eū ad Jesū. Intuitus autē eū Jesus, dixit. Tu es Simon filius Jonę: tu vocáberis Cephas, quod interpretat Petrus. In crástinū voluit exire in Galilęā: & inuénit Philippū. Et dixit ei Jesus. Séquere me. Erat autē Philippus à Bethsáida ciuitate Andreę, & Petri. Inuénit Philippus Nathanael, & dicit ei. Quē scripsit Moyses in lege, & prophetę, inuénimus Jesū filium Joseph, à Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth pōt aliquid boni esse? Dicit ei Philippus. Veni, & vide. Vidit Jesus Nathanael venientē ad se: & dicit de eo. Ecce, verè Jsraelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Unde me nosti? Rn̄dit Jesus, & dixit ei. Priusq̄ te Philippus vocaret cū esses sub ficu, vidi te. Rn̄dit ei. Nathanael,

thanael, et ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex israel. Rndit iesus, et dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei, Amen, amen dico vobis: videbitis celum apertum, et angelos dei ascendentes, et descendentes supra filium hominis. Offer. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secre.

Sacrandum tibi domine munus offerimus: quo beati Andree solennia recolentes, purificationem quoque nostris mentibus imploramus. Per dnm.

Pro commemoratione sancti Saturnini martyris. Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica, et intercedente beato Saturnino martyre tuo, per hec eadem nos placatus intende. Per. Coio. Dixit Andreas Simoni fratri suo: invenimus messiam, qui dicitur Christus: et adduxit eum ad Jesum. Poste.

Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus: ut intercedente beato Andrea apostolo tuo, que pro illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per domi.

Pro come. scti Satur. Postc.

Sanctificet nos, quesumus domine, tui perceptio sacramenti: et intercessione sanctorum tuorum tibi reddat acceptos. Per dnm.

¶ Si sequens festum S. Andree venerit in dnica, transfertur in sequentem diem duplici festo non impedita: quod et de aliis festis duplicibus et semiduplicibus, in dnicis Adventus occurrentibus seruatur, et in illis semper fit comme. de adventu. De simplicibus autem toto adventu fit tantum commemoratio.

¶ In festo s. Andree apli. Int. die. 29. nou.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis conforta tus est principatus eorum. Ps. Dne, probasti me, et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam. V. Glia. Oratio.

Maiestatem tuam domine suppliciter exoramus: ut, sicut ecclesie tue beatus Andreas apostolus extitit predicator et rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per dominum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. c. 10. Dicit enim scriptura. Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Judei et Greci. Nam idem dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim quicunque invocaverit nomen domini: saluus erit. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non

nō audierūt? Quomodo autē audiēt sine predicante? Quomodo vero predicabunt, nisi mittant? Sicut scriptū est. Quā speciosi pedes euangelizantium pacē, euāgelizantiū bona. Sed non oēs obediūt euāgelio, Isaias enim dicit, Dñe, quis credidit auditui nostro? Ergo fides, ex auditu, auditus aūt, per verbū Christi. Sed dico, nunquid nō audierūt? Et quidem in omnē terrā exiuit sonus eorum: et in fines orbis terrę verba eorum. Gra. Cōstitues eos principes super omnē terrā: memores erūt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebunt tibi. Halleluiah, ha. ℣. Dilexit Andreā dñs in odorē suauitatis. Halle. Seq. sancti euāg. sc̄m Matthęū.

ca.4. In illo tpe. Ambulās Iesus iuxta mare Galilęę vidit duos fratres, Simonē qui vocatur Petrus, et Andreā fratrē eius, mittētes rete im mare: (erant enim piscatores) et ait illis. Venite post me: et faciam vos fieri piscatores hominū. At illi continuo, relictis retib9, secuti sunt eum. Et procēdēs inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedei, et Iohānem fratrem eius in naui, cū Zebedęo patre eorū reficientes retia sua: et vocauit



eos. Illi autē, statim relictis retibus et patre, secuti sunt eum. Credo. Offert. Mihi aūt nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Sacrificium nostrū tibi Domine, quęsumus, beati Andreę apostoli tui precatio sancta conciliet: vt in cuius honore solenniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per do. Prefatio de apostolis. fol. 118. Cōmunio Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: at illi, relictis retibus et naui secuti sunt dñm. Postcōmu.

Sumpsim9 dñe diuina mysteria, beati Andreę festiuitate lętātes: quę sicut tuis sanctis ad gloriā: ita nobis, q̄s: ad veniā prodesse perficias. Per do.

¶ Festa Decēbris.

¶ Pro cōmemora. sanctę Bibianę virginis et martyris. Oratio. Indulgentiam. cū sua Secreta, et postcomuni, de cōmuni virginum. folio. 254. die. 2.

¶ Pro cōmemo. Sanctę Barbarę virginis et martyris. Orō. Deus, qui inter cętera: cū sua Secreta, et postcōmunione de communi virginum. fol. 253. die. 4.

¶ Pro commemoratio. sancti Sabbę Abbatis. Oratio. die. 5.

Intercessio nos, quęsum9 dñe, beati Sabbę Abbatis commendet: vt quod nostris meritis nō valem9, eius patrocinio

cinio assequamur. Per. Secre.

Sacris altaribus Domine hostias superpositas sanctus Sabbas, quęsumus, in salutem nobis prouenire deposcat. Per dominum no. Postcom.

Protegat nos domine cuz tui perceptione sacramenti beatus Sabbas pro nobis intercedendo: vt ⁊ cõuersationis eius experiamur insignia, ⁊ intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per dominum no.

Die. 6. ¶ In festo sancti Nicolai episcopi ⁊ confessoris. Introitus.



Statuit ei dominus testamentuz pacis: ⁊ principez fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Ps. Meméto dñe Dauid: ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui beatum Nicolaum pontificez tuum innumeris decorasti miraculis: tribue, quęsumus: vt eius meritis ⁊ precibus, à gehennę incendijs liberemur. Per dominum no.

Epistola. Memétote prępositorũ. de cõi cõfe. pont. fol. 250.

Grad. Inueni Dauid seruuz meũ: oleo sancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiũ meũ cõfortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis nõ nocebit ei. Haleluiah, hal'ah. ℣. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: Hal'ah. Euangelium. Homo quidaz peregre proficiscens. de cõmuni confess. pon. fol. 249. Offer. Veritas mea, ⁊ misericordia mea cuz ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Sanctifica, quęsumus dñe deus, hęc munera. quę in solénitate sãcti antistitis tui Nicolai offérimus: vt per ea, vita nostra inter aduersa ⁊ prospera vbique dirigatur. Per dñm. Cõio.

Semel iuraui in sancto meo: semẽ eius in ęternũ manebit: ⁊ sedes ei⁹ sicut sol ĩ cõspectu meo: ⁊ sicut luna perfecta in ęternũ, ⁊ testis in cęlo fidelis. Postcõm.

Sacrificia, quę sumpsimus dñe pro solennitate sancti põtifices tui Nicolai, sépiterna nos protectione cõseruent. Per.

¶ In festo sancti Ambrosij episcopi, ⁊ confessoris, ac doctoris Ecclesię. Introitus. Die. 7.



In medio ecclesię aperuit os eius: ⁊ impleuit euz dñs spiritu sapientię ⁊ intellectus: stolam glorię induit eũ. Ps. Bonuz est cõfiteri dño, ⁊ psallere nõi tuo altissime. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus

Deus, qui populo tuo eterne salutis beatuz Ambrosium ministrum tribuisti: presta quesumus: vt, qué doctoré vite habuim⁹ in terris, intercessoré habere mereamur in celis. P. Epistola. Testificor corá Deo. de cómuni Doctorum fo. 250. Gradua. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Nó est inuétus similis illi, qui conseruaret legé excelsi. Haleluiah, halaah. ℣. Jurauit dñs, z nó penitebit eũ: tu es sacerdos i eternũ sm ordiné Melchisedech. Halaah. Euangeliũ. Vos estis sal terre. de communi Doctorum. folio 251. Et dicitur. Credo. Offertoriũ. Veritas mea, z misericordia mea cum ipso: z in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Omnipotens sempiterne Deus, munera tue maiestati oblata, per intercessioné beati Ambrosij confessoris tui atqz pótificis, ad ppetuam nobis fac prouenire salutem. Per dñm. Cóio. Semel iuraui in sancto meo: semé eius in eternũ manebit: z sedes ei⁹ sicut sol in ɔspectu meo: z sicut luna pfecta i eternũ z testis in celo fidelis. Postcóio.

Sacraméta salutis nře suscipiés, ɔcede, q̃s omnipotés Deus: vt bti Ambrosij ɔfessoris tui atqz pótificis nos vbiqz oró adiuuet: i cui⁹ veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per.

¶ In Conceptione B. Marie dicit missa de eius Natiuitate, que habet mése Septébris. fo. 226. mutato noie Natiuitatis in Conceptionem. dic. 8.

¶ Pro cóme. sancti Melchiadis Pape z mar. Oratio. Infirmitatem. cũ sua secreta, z postcómunione de cómuni vnius marty. pont. f. 240. die. 10.

¶ In festo sancti Damasi Pape z confessoris. Introitus. die. 11.



Sacerdotes tui dñe induát iustitiá z sancti tui exultent: pp Dauid seruum tuũ nó auertas facié Christi tui. ps. Memento domine Dauid, z omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria. Oro.

Exaudi dñe preces nostras: z intercedente beato Dámaso cófessore tuo atque pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, z pacem. Per domi. Epistola. Plures facti sunt Sacerdotes. de communi confess. pontifi. folio 249. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in dieb⁹ suis placuit Deo. ℣. Nó est inuentus similis illi, qui cóseruaret legez excelsi. Halaah, haleluiah. ℣. Tu es sacerdos in eternũ secundũ ordiné Melchisedech. Haleluiah. Euágeliũ. Vigilate quia nescitis. De eodez coi. fo. 250. Offer. Inuéni

ni Dauid seruuz meuz, oleo san cto meo vnxi eum: man⁹ enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachiuz meum confortabit eum. Secr.

A Ccepta tibi sit, q̄sum⁹ dn̄e, sacratę plebis oblatio, pro tuorū honore sanctorū: quorū se meritis percepisse de tribula tione cognoscit auxiliū. Per d. Cōio. D n̄e quinque talēta tra didisti mihi, ecce alia quinqȝ su perlucratus suz: éuge serue fide lis, q̄r i pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā: intra in gau dium domini tui. Postcōmu.

D A, quęsum⁹ domine, fide libus populis, sanctoruz tuorum semper veneratione lę tari: ⁊ eorum perpetua supplica tione muniri. Per dominū no.

¶ In festo sanctę Lucię virgi nis ⁊ martyris. Introitus. die. 13.



Ilexisti iu stitiā, ⁊ odi sti iniquita tem: propte rea vnxit te deus deus tuus oleo lę titię, prę con sortibus tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Glo ria patri, ⁊ filio, ⁊ spir. Oratio.

E Xaudi nos De⁹ salutaris noster: vt sicut de beatę Lucię virginis, ⁊ martyris tuę, festiuitate gaudem⁹, ita pię de uotionis erudiamur affectu. Per do. Epistola. Qui gloria tur, in dn̄o glorieť. De communi virg. fol. 255. Gradu. Dilexi sti iustitiā, ⁊ odisti iniqtatez. ℣. Propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo lętię. Haleluiah, hale luiah. ℣. Diffusa est gratia in la bijs tuis, propterea bn̄dixit te De⁹ in ęternū, haleluiah. Euā geliū. Simile ē regnū cęlorū thesauro abscondito. De com muni virgin. ⁊ marty. fol 254. Offertoriuz. Afferentur regi virgines post eā, proximę eius afferentur tibi. Secreta.

A Ccepta tibi sit domine sa cratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctoruz: quo rū se meritis percepisse de tribu latione cognoscit auxiliū. Per. Cōmunio. Principes persecu ti sunt me gratis, ⁊ à verbis tuis formidauit cor meum: lętabor ego sup eloquia tua, quasi qui ĩuenit spolia multa. Postcōio.

S Atiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsum⁹, semper interuen tione nos réfoue, cuius solen nia celebramus. Per dominū.

¶ In vigilia S. Thomę dicit missa Ego autem sicut oliua. dei. 20. De vigilia vni⁹ apostoli. f. 239. cum commemo. de Aduentu: ⁊ in ea seruetur rubrica in vigi lia S. Andreę posita. Si autem hęc vigilia venerit in quatuor temporibus, de ea fit tantum commemoratio.

¶ In festo

die. 21. ¶ In festo sancti Thomę apostoli. Introitus.



Mihi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorū. Ps. Dñe, probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā, & resurrectionē meā. ℣. Glia pa. Orō.

Da nobis, quęsumus dñe, beati apostoli tui Thomę solēnitatibus gloriari: vt, eius semper & patrociniis subleuemur, & fidem cóngrua deuotione sectemur. Per dñm nostrū.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca. 2. Fratres, Jam nō estis hospites & aduenę, sed estis ciues sanctorū & domestici Dei superędificati supra fundamentum apostolorum & prophetarū, ipso sūmo angulari lapide Chro Jesu. In quo omnis ędificatio constructa, crescit in templū sanctū in domino. In quo & vos coędificamini in habitaculū Dei, in Spiritu sancto. Gra.

Nimis honorati sunt amici tui De⁹, nimis cōfortatus est principatus eorū. ℣. Dinumerabo eos: & sup arenā multiplicabuntur. Haleluiah, haleluiah. ℣. Gaudete iusti in dño: rectos decet collaudatio. Haleluiah.

Seq. scti euāge. sm Johannē.

c. 10.



In illo tpe. Thomas vn⁹ de duodecim, qui dicit Didym⁹, nō erat cū eis quādo venit Jesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Uidim⁹ dñm. Ille autē dixit eis. Nisi videro ī manib⁹ eius fixuram clauorum, & mittā digitum meū in locū clauorū, & mittam manū meam in latus eius: non credam. Et post dies octo, iterū erāt discipuli ei⁹ intus: & Thomas cum eis. Uenit Jes⁹ ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomę. Infer digitū tuū huc, & vide manus meas, & affer manū tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incrédulus, sed fidelis. Respōdit Thomas, & dixit ei. Domin⁹ me⁹, & deus meus. Dicit ei Jesus. Quia vidisti me, Thoma, credidisti. Beati q non vidérūt, & credidérunt.

Credo. Offer. In omnē terram exiuit sonus eorū: & in fines orbis terrę verba eorū. Secre.

Debitū tibi dñe nostrę redd imus seruitutis, suppliciter exorantes: vt suffragiis beati Thomę apostoli tui, in nobis tua munera tuearis: cuius honorāda confessione, laudis tibi hostias immolamus. Per dñm.

Pręf. de apostolis. f. 120. Cōio.

Mitte manū tuam, & cognosce

sce loca clauorũ: ⁊ noli esse incredulus, sed fidelis. Postcõmu.

Adesto nobis misericors deus: ⁊ intercedente ꝑ nobis btõ Thoma apostolo tuo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per dominuz nostrũ.

Festa Januarij.

die. 11. ¶ Pro cõmemoratio. S. Hyginij Papę ⁊ martyris. Oratio.

Infirmitatẽ. cũ sua Secreta, ⁊ Postcõione, de cõmuni vnius mar. pont. fol. 240. ⁊ tertia oro. dicit̃ de S. Maria. Deꝰ q salu.

die. 14. ¶ In festo sancti Hilarij episcopi ⁊ confessoris. Missa.

In medio eclesię. de cõmuni Doctorum. folio. 250. ⁊ in ea fit sequens cõmemoratio, cum tertia oratione de sãcta Maria.

¶ Pro cõmemoratione sancti Felicis in Pincis mar. Oratio.

Concede quęsumus omnipotens deus: vt ad meliorem vitam, sanctorum tuoruz exempla nos prouocẽt: quãtenus quoruz solennia agimus, etiam actus imitemur. Per dominum no. Secreta.

Hostias tibi domine beati Felicis martyris tui dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidiũ. Per do. Postcõ.

Quęsumus dñe, salutaribus repleti mysterijs: vt beati Felicis martyris tui, cuius solẽnia celebramus, oõnibꝰ adiuuemur. Per. Si contingat festum sancti Hilarij trãsferri in aliuz diẽ, nõ tñ predicta cõme. S. Felicis transfert̃, sed de ea fit suo die: quod, ⁊ in alio sequenti festo, ⁊ in similibꝰ semper seruat̃.

¶ In festo sancti Pauli primi Eremitę. Introitus. Die. 15.



Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur: plãtatus, in domo domini, in atrijs domus dei nostri. Ps. Bonuz est confiteri domino: ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, q nos btĩ Pauli ↄfessoris tui annua solennitate lętificas: ↄcede ꝓpitius: vt, cuiꝰ natalitia cõlimus, ẽt actiões imitemur. Per. Pro cõmemoratione S. Mauri abbatis. Orõ.

Intercessio nos, q̃s dñe, btĩ Mauri abbatis cõmẽdet: vt, quod nostris meritis nõ valemꝰ, eiꝰ patrocinio assequamur. Tertia orõ de S. Maria. Deus, q sa. f. 264. Epist. Quę mihi fuerũt lucra. de cõi cõfess. nõ ponti. fo. 252. Grad. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabit̃ in domo dñi. ℣. Ad annũciandũ mane misericordiã tuã: ⁊ veritatez tuaz per noctẽ. Alľah, alľah. ℣. Iustꝰ germinabit sicut liliũ: ⁊ flore-

dic. 16

⁊ florebit in ęternum ante dn̄m halł'ah. Euang. Confiteor tibi pater. de communi plurimorū martyrum. Offerto. In virtute tua dn̄e lętabit̄ iustus: ⁊ super salutare tuum exultabit vehemēter: desideriū animę eius tribuisti ei. Secretą. Laudis tibi dn̄e hostias immolamus in tuorū cōmemoratione sanctorū: quib⁹ nos ⁊ pręsentibus ēxui malis cōfidimus, ⁊ futuris. Per dominum. Pro commemoratione sancti Mauri Abbatis. Secreta. PResta nobis, quęsumus, omnipotens deus: vt nostrę humilitatis oblatio, ⁊ pro tuorū tibi grata sit honore sanctorū, ⁊ nos corpore pariter ⁊ mēte purificet. Per do. Cōio. Lętabitur iustus in dn̄o, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur oēs recti corde. Postcommunio. REfecti cibo potuque cęlesti, de⁹ noster, te supplices exoramus: vt in cuius hęc cōmemoratione pcepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per domi. Pro commemora. sancti Mauri Abbatis. Postcommunio. PRotegat nos domine cū tui perceptione sacramenti, beatus Maurus Abbas pro nobis intercedendo: vt ⁊ conuersationis eius experiamur insignia, ⁊ intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per dominum nostrum Jesum ⁊c.

In festo sancti Marcelli Papę ⁊ martyris. Introitus.



STatuit ei dominus testamentum pacis, ⁊ principez fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas i ęternum. Psalmus. Memēto dn̄e Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio. PReces populi tui, q̄s dn̄e, clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atq; pōtificis meritis adiuuemur, cuius passione lętamur. Per dn̄m. Episto. Fratres: Benedictus deus. de communi vnius mart. pontifi. fo. 241. Gradua. Inuēni Dauid seruum meū: oleo sancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabit̄ ei: ⁊ brachiū meū confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Haleluiah, halł'ah. ℣. Tu es sacerdos in ęternum, secundū ordinem Melchisedech, halł'ah. Euangeliū. Siquis vult venire post me. de eodē cōi. fo. 241. Offerto. Veritas mea, ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ i noīe meo exaltabit̄ cornu eius. Sec. SUscipe, q̄s dn̄e, munera dignāter oblata: ⁊ beati Marcelli suffragātib⁹ meritis, ad nr̄ę salutis auxiliū puenire ɔcede. P. Commu-

Cõio. Domine quinque talẽta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sũ: euge serue bone ⁊ fidelis: q2 in pauca fuisti fidelis, sup2a multa te ꝯstituã intra in gaudiũ dñi tui. Postcõ

Satiasti dñe familiã tuã muneribus sacris: eius, q̃s, semper interuẽtione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per.

die. 17. C In festo S. Antonij abbatis Missa. Os iusti. de cõmuni Abbatũ. f.251. cũ euãgelio. Sint lumbi vestri pręcincti. de communi confess. non pont. f.251.

die. 18. C In festo Cathedrę S. Petri qua Romę primũ sedit. Introi.



Statuit ei dominus testamẽtũ pacis: ⁊ principẽ fecit euz: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum.

Ps Memẽto domine Dauid: ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri ⁊c. Oratio.

Deus, q beato Petro apostolo tuo, collatis clauibus regni cęlestis, animas ligãdi, atque soluẽdi põtificiũ tradidisti, concede: vt intercessionis eius auxilio, à peccatorum nostrorũ nexibus liberemur. Qui vi.

Et fit come. de S. Paulo ante quascunque cõme. etiaz dñicę: q ⁊ seruat in cõme. sancti Petri, q̃ fit in festo sancti Pauli. Orõ.

Deus, qui multitudinẽ gẽtiũ bti Pauli apostoli p̃dicatione docuisti: da nobis q̃s: vt cuius cõmemorationẽ colimus, ei⁹ apud te patrocinia sẽtiam⁹

Pro cõmemora. sanctę Priscę virg. ⁊ marty. Oratio.

Da, quęsumus, omnipotẽs deus: vt, qui beatę Priscę virginis ⁊ martyris tuę natalitia colim⁹, ⁊ annua solẽnitate lętemur, ⁊ tãte fidei p̃ficiam⁹ exẽplo. P.

Lectio eplę bti Petri apostoli.

Petrus, apostol⁹ Jesu Christi, electis áduenis dispersionis Ponti, Galatię, Cappadocię, Asię, ⁊ Bithynię: ſm pręscientiã dei patris, in sanctificationẽ Spiritus, in obedientiã ⁊ aspersionẽ sanguinis Jesu Christi: gratia vobis, ⁊ pax multiplicet. Benedictus deus ⁊ Pater dñi nostri Jesu Christi, qui ſm magnam misericordiã suã regenerauit nos in spẽ viuã, per resurrectionẽ Jesu Christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem, ⁊ incontaminataz, ⁊ immarcescibilem, conseruatã in cęlis in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidẽ, in salutẽ paratam reuelari in tẽpore nouissimo, ĩ quo exultabitis: modicũ nũc, si oportet, contristari in varijs tentationibus: vt probatio vestrę fidei, multo preciosior auro (quod per ignẽ probatur) inueniatur in laudem, ⁊ gloriaz, ⁊ hono-

honorem, in reuelationez Jesu Christi dñi nostri. Gra. Exaltent eũ in ecclesia plebis, ⁊ in cathedra seniorũ laudent euz. ℣. Confiteant̃ domino misericordię eius, ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hominum. Si festum Cathedrę venerit ante Septuagesimam, post Graduale statim dicitur Halah, halah. ℣. Tu es Petrus, ⁊ super hanc petram ędificabo ecclesiã meaz. Haleluiah. Si autem venerit post Septuagesimã, omisso Halah, ⁊ versu, dicitur sequẽs Tractus. Tu es Petrus, ⁊ sup hãc petrã ędificabo ecclesiã meaz. ℣. Et portę inferi nõ pręualebunt aduersus eã: ⁊ tibi dabo claues regni cęlorum. ℣. Quodcunqz ligaueris super terrã, erit ligatũ ⁊ in cęlis. ℣. Et quodcunqz solueris sup terram, erit solutum, ⁊ in cęlis. Seq. sancti euãg. ſm Mattheũ.

c.16. 

In illo tẽpore. Venit Jesus in partes Cęsareę Philippi: ⁊ interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filiũ hominis? At illi dixerunt. Alij Johannẽ Baptistam: alij autẽ Eliã: alij vero Jeremiã: aut vnũ ex prophetis. Dicit illis Jesus. Vos autẽ quẽ me esse dicitis? Respõdens Simõ Petrus dixit. Tu es Christus filius dei viui. Respondens autẽ Jesus dixit ei Beatus es Simõ Bariona: qr caro ⁊ sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus q in cęlis est. Et ego dico tibi qr tu es Petrus: ⁊ super hanc petraz ędificabo ecclesiam meaz, ⁊ portę inferi non pręualebũt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris super terraz, erit ligatũ ⁊ in cęlis. Et, quodcunqz solueris super terram, erit solutum ⁊ in cęlis. Credo. Offertorium. Tu es Petrus, ⁊ super hanc petram ędificabo ecclesiã meã: ⁊ portę inferi non pręualebunt aduersus eam: ⁊ tibi dabo claues regni cęlorum. Secreta. Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces ⁊ hostias beati apostoli tui Petri commẽdet orõ, vt, qd ꝑ illi⁹ gloria celebramus, nobis prosit ad veniã. P. Pro sancto Paulo. Secreta. Apostoli tui Pauli precib⁹ domine, plebis tuę dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Pro cõmemo. S. Priscę. Sec. Hostia, quęsum⁹ dñe, quaz in sanctorum tuoruz natalitijs recensentes offerimus, ⁊ vincula nostrę prauitatis absoluat, ⁊ tuę nobis misericordię dona cõciliet. Per. Pręf. de apostolis. f. 120. Cõmu. Tu es Petrus: ⁊ super hanc petrã ędificabo ecclesiam meam. Postcoio. Letificet

Laetificet nos dñe munus oblatum: vt sicut in aposto lo tuo Petro te mirabilez prędicamus, sic p illũ tuę sumamus indulgentię largitaté. Per do. Pro sancto Paulo. Postcõm.

Sanctificati domine salutari mysterio quęsumus: vt p nobis eius nõ desit oratio, cu ius nos donasti patrocinio gubernari. Per do. Pro comme. Sancte Priscę. Postcõmunio.

Quęsumus, domine, salutaribus repleti mysterijs: vt cuius solénia celebramus, eius orationib⁹ adiuuemur. Per d.

dic. 19. ¶ Sãctorũ marty. Marij, Marthe, Audifacis, & Abachũ. Intr.



Iusti epulent & exultét i cõspectu dei, & delectent in lętitia. Psal. Exurgat deus, & dissipétur inimici eius: & fugiant, qui oderũt eũ, à facie eius. ℣. Gloria pa. Orõ.

Exaudi dñe populũ tuum, cum sanctorum martyruz tuorũ patrocinio supplicãte: vt, & tẽporalis vitę nobis tribuas pace gaudere, & ęternę reperire subsidiũ. Per do. Epistola. Re memoramini pristinos dies. de communi pluri. marty. fol. 246.

Iustoruz animę in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitię. ℣. Uisi sunt oculis insipientiũ mori: illi autẽ sunt in pace. Halah, halah. ℣. Mirabilis deus noster in sanctis suis. Halah. Si hoc festum venerit post Septuagesimã, dr̃ Tract⁹ de cõi plur. martyrũ. Ad & seruat in sequentibus festis veniẽtibus post Septuag. vsq; ad Dñicam Palmarum: nisi proprius Tractus assignet. Euangeliũ. Sedẽte Jesu sup montez oliueti. de eodẽ cõmuni. fol. 247. Offerto. Anima nostra, sicut passer erepta est de láqueo venantium: láqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secreta.

Preces domine tuorum respice, oblationésque fidelium: vt tibi grata sint pro tuorũ festiuitate sanctorũ, & nobis cõferant tuę propitiationis auxiliũ. Per dñm no. Communio. Dico autẽ vobis amicis meis: ne terreámini ab his, qui vos p sequuntur. Postcommu.

Sanctorũ tuoruz dñe intercessione placatus, pręsta qs, vt, q tẽporali celebramus actione, p petua saluatione capiamus. P.

¶ In festo Sanctorũ martyrũ Fabiani & Sebastiani. Introit. dic. 20.



Intret in cõspectu tuo domine gemitus cõpeditorũ: redde vicinis nostris séptupluz in sinu eorum: vindica

vindica sanguinẽ sctõꝝ tuoꝝ, q effusus est. ps. Deꝰ venérũt gẽtes in hereditatẽ tuá: polluérũt templũ sanctũ tuũ: posuérũt Jerusalez in pomorũ custodiam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Orõ.

Infirmitatez nostrá respice omnipotẽs deus: ⁊ qr põdus proprię actionis grauat: beatoruz martyrum tuorũ Fabiani ⁊ Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat. Per d. Epist. Sancti per fidem. de cõmuni plurimorũ marty f. 247. Grad. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate faciẽs ꝓdigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est ĩ virtute, dextera manꝰ tua ꝯfrégit inimicos. Haleluiah, haleluiah. ℣. Sãcti tui dñe benedicent te: gloriã regni tui dicẽt. Halľah. Euan. Descendẽs Jesus de monte. de eodem communi fol. 246. Offertor. Letamini in dño, ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostias tibi, dñe, beatorũ martyruz tuoꝝ Fabiani ⁊ Sebastiani, dicatas meritis benignꝰ assúme: ⁊ ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidiũ. Per dñz. Cõio. Multitudo languentiuz, ⁊ qui vexabantur à spiritibꝰ immundis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, ⁊ sanabat oẽs. Postcõ.

Refecti participatione múneris sacri, q̃sumus, dñe deꝰ noster: vt, quorũ exéq̃mur cultũ, sentiamꝰ effectũ. Per d.

¶ In festo sanctę Agnetis virginis ⁊ martyris. Introitus. die. 21.



Me expectauérunt peccatores, vt p derent me: testimonia tua dñe intellexi: omnis consummationis vidi finem: latũ mandatũ tuuz nimis. ps. Beati immaculati in via, qui ambulát in lege dñi. ℣. Gloria. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui infirma mundi éligis: vt fortia queq3 confundas: concede propitius: vt, q beatę Agnetis virginis ⁊ martyris tuę solennia cólimus, eiꝰ apud te patrocinia sentiamꝰ. Per d. Episto. Confitebor tibi dñe rex. de cõi virginum ⁊ martyrum. fo. 253. Gradu. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternũ. ℣. Propter veritatem, ⁊ mansuetudinẽ, ⁊ iustitiã: deducet te mirabiliter dextera tua. Haleluiah, haleluiah. ℣. Quinque prudentes virgines accepérũt oleum in vasis suis cum lampádibus: media aũt nocte clamor factus est: ecce, spõsus venit: exite óbuiam Christo dño. Haleluiah. Euãgeliũ. Simile est regnũ cęlorũ decem virginibꝰ:

de eodē cōmu. fol.254. Offer.
A fferētur regi virgines post
eā: proximę eius afferent tibi in
lętitia, ꝛ exultatione: adducent
in templū regi dn̄o. Secreta.
H Ostias dn̄e, quas tibi offé
rimus, propitius suscipe: ꝛ
intercedēte beata Agnete virgi
ne ꝛ martyre tua, vincula pecca
torū nostrorū absolue. Per do.
Cōmu. Q uin qꝫ prudētes vir
gines accepérunt oleum in va-
sis suis cuꝫ lampádibus: media
autem nocte clamor factus est:
ecce, sponsus venit: exite óbuiā
Christo domino. Postcōmu.
R Efecti cibo potu qꝫ cęlesti,
deꝰ noster, te supplices exo
ramus: vt, in cuius hęc comme
moratione ꝑcépimus, eius mu
niamur ꝛ precibus. Per dn̄m.
die. 22. C In festo sanctorum martyrū
Uincentij, ꝛ Anastasij. Missa.
I ntret in cōspectu tuo. De cōi
plurimo. mart. fo.245. excepta
oratione, quę dr̄ vt infra. Oro.
A Desto, q̄s dn̄e, supplicatio
nibus nostris: vt, q ex ini-
quitate nr̄a reos nos esse cognó
scimus, beatorū martyrum tuo
ruꝫ Uincentij ꝛ Anastasij inter-
cessione liberemur. Per. Secr.
M Unera tibi dn̄e nr̄ę deuo-
tionis offérimꝰ: quę ꝛ pro
tuorum tibi grata sint honore iu
storū ꝛ nobis salutaria te mise-
rante reddant. Per do. Postc.
Q Uęsumus oipotens De-
us: vt, qui cęlestia alimēta
percépimus, intercedētibꝰ bea
tis martyribus tuis Uincentio
ꝛ Anastasio, ꝑ hęc cōtra omnia
aduersa muniamur. Per do.
C Sanctę Emerentianę virgi die. 21.
nis ꝛ marty. dr̄ missa. M e ex
pectauérunt peccatores. vt in
cōi virginum ꝛ mart. fol.254.
C Sancti Timothei episcopi ꝛ die. 24.
martyris. Introitus.



S Tatuit ei do
minus testa
mētū pacis,
ꝛ principē fe
cit euꝫ: vt sit
illi sacerdo-
tij dignitas
in ęternum.
Psalmus. Memento domine
Dauid, ꝛ omnis māsuetudinis
eius. ℣. Gloria patri. Oratio.
I Nfirmitatem nostraꝫ re-
spice omnipotens Deꝰ: ꝛ
qa pōdus proprię actionis gra-
uat, bti Timothei martyris tui
atqꝫ pōtificis itercessio gloriosa
nos ꝓtegat. Per. Lectio epl̄e
btī Pauli apl̄i ad Timotheuꝫ.
C Harissime: Sectáre iusti- 1.c.
tiam, pietatē, fidem, chari
tatē, patientiā, mansuetudineꝫ.
Certa bonū certamen fidei, ap-
prehēde vitā eternā, in qua vo
catꝰ es, ꝛ cōfessus bonā cōfessio
nē corā multis testibus. Pręci-
pio tibi corā deo, qa viuificat om
nia: ꝛ Chr̄o Jesu, q testimoniū
reddidit sub Pōtio Pilato bo
nā cōfessionē, vt serues māda-
tum

tum sine macula, irreprehēsibile vsq; in aduentum dñi nostri Jesu Christi. Quez suis temporibus ostendet beatus & solus potens rex regu; & dñs dominantium: qui solus habet immortalitatem, & lucē habitat inaccessibilem: quē nullus hominū vidit, sed nec vidére potest: cui honor & imperiū i sempiternu; Amē. Gradua. Inuéni Dauid seruu; meum, oleo sancto meo vnxi eu;, manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiu; meu; cōfortabit eu;. ℣. Nihil pficiet inimicus in eo: & fili⁹ iniquitatis nō nocebit ei. Halelu iah, haleluiah. ℣. Tu es Sacérdos in ęternum secundu; ordinem Melchisedech, halah. Si dicēdus sit Tractus, requirat in cōmu. vnius marty. pon. Desideriū animę fo. 240. Euā. Si quis venit ad me. de cōmu. vnius marty. pont. fo. 240. Offer. Veritas mea, & misericordia mea cu; ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre. Hostias tibi dñe beati Timóthei martyris tui atq; pontificis dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiu;. Per do. Cōio. Semel iuraui in sancto meo: & semē ei⁹ in ęternu; manebit: & sedes eius, sicut sol in cōspectu meo, & sicut luna perfecta, in ęternum: & testis in cęlo fidelis. Postcommunio. Refecti participatione muneris sacri, quęsumus, domine de⁹ noster: vt beati Timóthei martyris tui atq; pontificis, cuius exéquimur cultū, sentiamus effectū. Per dominu;.

¶ In cōuersione sancti Pauli apostoli. Introitus. die. 25.



Scio, cui credidi, & cert⁹ su;, quia potens est depositū meū seruare in illum diē, iustus iudex. ps. Dñe pbasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meā. ℣. Gloria patri, & fil. Oratio. Deus, qui vniuersu; mundu; beati Pauli Apostoli prędicatione docuisti: da nobis, quęsum⁹: vt q eius hodie Conuersionem cólim⁹, per eius ad te exempla gradiamur. Per d. Et fit cōme. de sctō Petro. Orō. Deus, qui beato Petro apostolo tuo, collátis clauibus regni cęlestis: animas ligādi, atque soluendi pontificium tradidisti: cōcede: vt intercessionis eius auxilio, à pctōr; nrōru; néxibus liberemur. Qui viuis.

Lectio Actuu; Apostoloru;. ca. 9.

In diebus illis: Saul⁹ adhuc spirās minarū & cędis i discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab

ab eo epistolas in Damascũ ad synagogas: vt, siquos iuenisset hui⁹ vię viros ac mulieres, vinctos perduceret i Jerusalē. Et cũ iter faceret, ɔtigit vt appꝑpinquaret Damasco: ⁊ subito circũfulsit eũ lux de cęlo: ⁊ cadens in terrā, audiuit vocē dicentē sibi. Saule, Saule, qd me persequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sũ Jesus, quē tu ꝑsequeris. Durũ est tibi cōtra stimulũ calcitrare. Et tremens ac stupēs, dixit. Dñe qd me vis facere? Et dñs ad eũ. Surge, ⁊ ingredere ciuitatē: ⁊ dicet̃ tibi qd te oporteat facere. Uiri autē illi q comitabātur cũ eo stabāt stupefacti, audientes quidē vocē, neminē aũt videntes. Surrexit autē Saulus de terra, apertisq; oculis nihil videbat. Ad man⁹ autē illũ trahentes, introduxērunt Damascũ. Et erat ibi trib⁹ dieb⁹ non vidēs: ⁊ non mādu cauit, neq; bibit. Erat autē quidaz discipulus Damasci, nomine Ananias: ⁊ dixit ad illũ in visu dñs. Anania. At ille ait. Ecce ego domine. Et dominus ad illum. Surge, ⁊ vade in vicum qui vocatur Rectus: ⁊ quęre in domo Judę Saulum nomine Tharsensem. Ecce enim orat. (Et vidit virũ Ananiam nomine, introeuntem, ⁊ imponentē sibi man⁹, vt visuz recipiat.) Respondit aũt Ananias. Dñe, audiui à multis de viro hoc, quāta mala sanctis tuis fecerit i Jerusalē. Et hic habet potestatē à principibus sacerdotũ, alligandi oēs, qui inuocant nomē tuũ. Dixit aũt ad euz dñs. Uade, quoniā vas electionis mihi est iste, vt portet nomē meũ coram gentibus, ⁊ regibus, ⁊ filijs Jsrael. Ego enim ostendā illi, quāta oportet euz pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, ⁊ introiuit in domũ: ⁊ imponēs ei manus, dixit. Saule frater, dñs Jesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas: vt videas, ⁊ implearis spiritu sctō. Et cōfestim ceciderũt ab oculis ei⁹ tanq̃ squamę: ⁊ visum recepit. Et surgēs baptizatus est. Et cũ accepisset cibũ, ɔfortat⁹ ē. Fuit autē cum discipulis q erāt Damasci, per dies aliquot. Et cōtinuo igressus in synagogas, prędicabat Jesuz: quoniā hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eũ audiebāt, ⁊ dicebāt. Nōne hic est, qui expugnabat in Jerusalē eos, qui inuocabāt nomē istud: ⁊ huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotuz. Saulus autē multò magis cōualescebat, ⁊ cōfundebat Judęos, q habitabāt Damasci, affirmans quoniā hic est Christus. Grad. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est ⁊ mihi inter gētes: ⁊ cognouērunt gratiā dei, quę data est mihi. ℣. Gratia dei in

me

me vacua nõ fuit: sed gratia ei⁹ semper in me manet. Halaluia, halaluia. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule apostole: ora pro nobis. Halaluia. Tract⁹ sequẽs dicitur: si hoc festũ venerit post Dominicam Septuagesime.

Tu es vas electionis sctẽ Paule apostole: verè dignè es glorificãdus. ℣. Prędicator veritatis, ⁊ doctor gentiũ in fide, ⁊ veritate. ℣. Per te omnes gentes cognouérunt gratiam dei. ℣. Intercede ꝓ nobis ad deũ, qui te elegit. Sequentia sancti euãgelij secundum Mattheũ.

c.19. In illo tpe: Dixit Simon Petrus ad Jesum. Ecce, nos reliquimus omnia, ⁊ secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus aũt dixit illis. Amẽ dico vobis, ꝙ vos q secuti estis me, ĩ regeneratione cũ séderit fili⁹ hominis in sede maiestatis suę, sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui relinquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut agros, propter nomẽ meũ, cẽtuplũ accipiet, ⁊ vitã ętername possidebit. Dicit Credo. Offert. Mihi aũt nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. Secreta.

Apostoli tui Pauli precib⁹ domine, plebis tuę dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per do. Pro sancto Petro. Secreta.

Ecclesię tuę, quęsum⁹ dñe, preces ⁊ hostias beati apostoli tui Petri commendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniã. Per d. Prefatio de aplis. f.120. Cõio. Amẽ dico vobis: ꝙ vos q reliquistis oĩa, ⁊ secuti estis me, cẽtuplũ accipietis, ⁊ vitã ęternã possidebitis. Postcõ.

Sanctificati dñe salutari mysterio q̃s: vt pro nobis eius nõ desit oratio, cui⁹ nos donasti patrocinio gubernari. P. Pro sancto Petro. Postcõio.

Laetificet nos dñe munus oblatũ: vt, sicut in apostolo tuo Petro, te mirabilẽ prędicamus, sic per illum, tuę sumamus ĩdulgẽtia largitatẽ. Per.

¶ Sancti Polycarpi episcopi ⁊ martyris. Introitus. die. 26.



Sacerdotes dei bñdicite dñz: sancti ⁊ humiles corde laudate deũ. Ps. Benedicite oĩa opera domini dño: laudate ⁊ superexaltate eũ in secula. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui nos beati Polycarpi martyris tui atq; põtificis, annua solennitate lętificas: concede propitius: vt, cui⁹

natalitia cólim⁹, de eiusdē etiā protectione gaudeamus. Per.

Lcō epistolę bti Johānis apli.

1.c.3. Charissimi: Omnis q nō est iustus, nō est ex deo, ⁊ qui non diligit fratrē suū. Qm̄ hęc est annūciatio, quā audistis ab initio: vt diligatis altérutrū. Non sicut Cain, q ex maligno erat: ⁊ occidit fratrem suum. Et propter quid occidit euz? Qm̄ opera eius maligna erāt: fratris aūt ei⁹, iusta. Nolite mirári fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniā translati sumus de morte ad vitā: quoniā diligim⁹ fratres. Qui nō diligit: manet in morte. Omnis q odit fratrez suū, homicida est. Et scitis, quoniā omnis homicida nō habet vitā ęternaz in se manētem. In hoc cognóuimus charitatē dei: quoniaz ille animā suā pro nobis posuit: ⁊ nos debem⁹ p fratrib⁹ animas ponere. Gra. Gl'ia ⁊ honore coronasti euz. ℣. Et cōstituisti eū super opera manuū tuarū dn̄e. Hal'ah, halleluiah. ℣. Hic est sacerdos quē coronauit dn̄s, hal'ah. Tract⁹ si dicēd⁹ sit, de cōmu. Beat⁹ vir. fo. 241. Euāg. Si qs vult venire post me. de cōi vni⁹ martyris pōtificis. f. 241. Offer. Inuéni Dauid seruū meū: oleo sācto meo vnxi eum: man⁹ enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiuz meū cōfortabit eū. Secr. Munera tibi dn̄e dicata sanctifica: ⁊ intercedēte btō Polycarpo martyre tuo atq3 pōtifice, p eadē nos placat⁹ itēde. P. Cōio. Posuisti dn̄e i capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Postc. Haec nos cōmunio dn̄e, purget à crimine: ⁊ intercedēte btō Polycarpo martyre tuo atq3 pontifice, cęlestis remedij faciat esse cōsortes. Per.

¶ In festo scti Johānis Chrysostomi epi ⁊ cōfessoris. Intro. Die. 27.



In medio ecclesię apéruit os ei⁹, ⁊ impleuit eū domin⁹ spiritu sapientię ⁊ intellectus stolam glorię induit eū. Ps. Bonū est cōfiteri dn̄o, ⁊ psállere nomini tuo altissime. ℣. Gloria. Orō. Ecclesiam tuā, quęsumus dn̄e, gratia cęlestis amplificet: quā beati Johānis Chrysostomi cōfessoris tui atq3 pōtificis illustrare voluisti gloriosis meritis, ⁊ doctrinis. Per. Epist. Testificor. de cōi doctorū fo. 250. Gradu. Ecce sacerdos magn⁹, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Nō est inuentus similis illi, q cōseruaret legē excelsi. Hal'ah, hal'ah. ℣. Beatus vir qui suffert tētationē: qm̄ cuz probatus fuerit, accipiet coronam vitę, hal'ah. Post Septuagesimā, Tract⁹. Beat⁹ vir, qui

qui

qui timet dominum. de communi doct. fol. 251. Euange. Uos estis sal terrę. de eodem cōmuni. fol. 251. Et dicit Credo. Offer. Iustus, vt palma, florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Secre. Sancti pontificis tui Johānis Chrysostomi nobis domine pia nō desit oratio: quę et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiā semper obtineat. Per dominū. Cōmunio. Fidelis seruus et prudēs, quē constituit dominus super familiā suam: vt det illis in tempore tritici mensurā. Postcōmunio. Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem beatus Johānes Chrysostomus pontifex tuus, doctor egregius, q̄s, precator accedat. Per dominū.

die. 28. ¶ Sanctę Agnetis secundo

Introitus.



Ultum tuum dprecabuntur omnes diuites plebis, adducentur regi virgines post eā: proximę eius adducentur tibi in lętitia et exultatione. ps. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio. Deus, qui nos annua beatę Agnetis virginis et martyris tuę solennitate lętificas: da, quęsumus: vt, quam veneramur officio, etiā pię cōuersationis sequamur exēplo. Per do. Episto. Qui gloriatur. de communi virginum. fo. 255. Grad. Specie tua et pulchritudine tua: intēde, prospere procede, et regna. ℣. Propter veritatē, et māsuetudinē, et iustitiā: et deducet te mirabiliter, dextera tua. Halłah, hałłah. ℣. Adducētur regi virgines post eā: proximę eius afferentur tibi i lętitia, hałłah. Post Septuagesimā Tractus. Audi filia. de cōi virg. f. 257. Euang. Simile est regnū cęlorū thesauro abscōdito in agro. de eodem cōi. fol. 254. Offert. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternū, et in sęculū sęculi. Secre. Super has, quęsumus domine, hostias benedictio copiosa descendat: quę et sanctificationem nobis clementer operetur: et de martyrum nos solennitate lętificet. Per dominum nostrum Jesum Christū. Cōmunio. Simile est regnum cęlorum homini negotiatori quęrenti bonas margaritas: inuēta vna p̄ciosa margarita, dedit oīa sua, ɔparauit eā. Postc. Sumpsimus domine, celebritatis annuę votiua sacramenta: presta quęsumus: vt et temporalis vitę nobis remedia prebeant, et ęternę. Per dominū nr̄m Jesum Christū.

die 1. ¶ Festa Februarij.

¶ In festo sancti Ignatij episcopi et martyris. Introitus.



Mihi aũt absit gloriari, nisi in cruce dñi nr̃i Jesu Christi: per quem mihi mũdus crucifixus ẽ, et ego mundo. Ps. Memẽto dñe David, et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nos beati Ignatij martyris tui atq3 pontificis annua solẽnitate letificas: cõcede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdẽ etiã protectione gaudeamus. Per dñm.

Lcõ eplẽ btĩ Pauli aplĩ ad Ro.

ca. 8. Fratres: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculũ? an persecutio? an gladius? (Sicut scriptũ est: quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oues occisionis.) Sed ĩ his oĩbus superamus propter eũ qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neq3 mors, neq3 vita, neq3 angeli, neque principatus, neq3 virtutes, neq3 ĩstãtia, neq3 futura, neq3 fortitudo, neq3 altitudo, neq3 profundũ, neq3 creatura alia poterit nos separare à charitate dei, q̃ est ĩ Chr̃o Jesu dño nr̃o. Gra.

Ecce sacerdos magnus, q ĩ diebus suis placuit deo. ℣. Nõ est inuẽtus similis illi, q conseruaret legem excelsi. Haleluiah haleluiah. ℣. Christo cõfixus sum cruci: viuo ego, iam nõ ego, viuit vero in me Christus. Haleluiah.

Post Septuagesimã. Tractus.

Desiderium anime eius. vt in cõi mar. pont. fo. 240. Euãge. Nisi granũ. de cõi vni⁹ m̃. fo. 243. Off. Gloria, et honore coronasti eũ: et cõstituisti eum super opera manuũ tuarũ dñe. Sec.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: et intercedente beato Ignatio martyre tuo atque pontifice, per eadẽ nos placatus intẽde. Per do. Cõmu. Frumentũ Christi sum, dentibus bestiarum molar: vt panis mũdus inueniar. Postcommunio.

Haec nos communio dñe purget à crimine: et intercedẽte btõ Ignatio martyre tuo atq3 pontifice, celestis remedij faciat esse consortes. Per dñm.

¶ In festo Purificationis btẽ Marie. die 2.

¶ Si hoc festũ venerit ĩ dñicis Septuagesime, Sexagesime, et Quinquagesime, fiat tãtũ candelarũ bñdictio, distributio, et processio. et dicitur missa de dñica: Missa vero festi trãsfertur in sequentẽ diem. ¶ Finita tertia, Sacerdos indutus pluuiali violaceo, vel sine casula, cum ministris indutis, procedit ad bñdicendũ cãdelas ĩ medio ante altare positas, dicendũ Dñs vobi. ℟.

Et

Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine scte, pater omnipotens, eterne deus: qui omnia ex nihilo creasti: & iussu tuo per opera apũ, hunc liquorem ad perfectionem cerei euenire fecisti: & q hodierna die petitionẽ iusti Simeonis ĩplesti: te humiliter deprecamur: vt has candelas ad vsus hominũ, & sanitatẽ corporũ & animarũ, siue in terra, siue in aquis, per inuocationẽ tui sanctissimi nominis, & per intercessionẽ beatę Marię semper virginis, cuius hodie festa deuote celebrantur: & per preces omnium sanctoruz tuorũ, bene ✠ dicere, & sanctifi ✠ care digneris, & hui⁹ plebis tuę, quę illas honorifice in manib⁹ desiderat portare, teqz cãtando laudare, exaudias voces de cęlo sancto tuo, & de sede maiestatis tuę: & propitius sis omnibus clamantibus ad te: quos redemisti precioso sanguine filij tui. Qui tecũ viuit & regnat in vni. ℟. Amẽ. Oremus. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus, q hodierna die vnigenitũ tuũ vlnis sancti Simeonis in tẽplo sancto tuo suscipiendũ presentasti: tuam supplices deprecamur clemẽtiã: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificẽtia suscipiẽtes, gestare cupim⁹, luce accẽsas: bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare, atqz lumine supernę benedictionis accẽdere digneris: quatenus eas tibi domino deo nostro offerẽdo, digni, & sancto igne dulcissimę charitatis tuę succẽsi, in templo sancto glorię tuę representari mereamur. Per eũdẽ do. ℟. Amen. Orem⁹.

Domine Jesu Christe: lux vera, qui illuminas omnẽ hoiem veniẽtẽ in hunc mũdũ: effunde bene ✠ dictionẽ tuã super hos cereos: & sancti ✠ fica eos lumine gratię tuę: & cõcede ꝓpitius: vt sicut hęc luminaria igne visibili accensa, nocturnas depellũt tenebras: ita corda nr̃a inuisibili igne: idest, sancti spiritꝰ splẽdore illustrata, oĩuz vitiorum cęcitate careãt: vt purgato mentis oculo, ea cernere possim⁹, quę tibi sunt placita, & nr̃ę saluti sunt vtilia: quaten⁹ post huius seculi caliginosa discrimina, ad lucẽ indeficiẽtẽ ꝑuenire mereamur: Per te Chr̃e Jesu saluator mũdi: q in Trinitate perfecta viuis & regnas de⁹, per oĩa scl̃a seculoꝝ. ℟. Am̃. Orem⁹.

Omnipotens sempiterne de⁹, qui p Moysen famulum tuum, purissimum olei liquorẽ, ad luminaria ante conspectum tuũ iugiter concinnanda preparari iussisti, bene ✠ dictionis tuę gratiã super hos cereos benignus infunde, quatenus sic administrẽt lumen exterius, vt te donãte, lumẽ spiritus tui nostris non desit mentibus inte-

interius. Per dñm. in vnitate
eiusd. ℟. Amen. Oremus.
Domine Jesu Christe, qui
hodierna die in nrẽ carnis
substãtia inter hoĩes apparens,
à parentibus in tẽplo es presen
tatꝰ: quẽ Simeõ venerabilis se
nex lumine spiritꝰ tui irradiatꝰ
agnouit, suscepit, ⁊ bñdixit: pre-
sta ꝓpitiꝰ: vt eiusdẽ Spiritꝰ san
cti gratia illuminati, atqꝫ edo-
cti, te veraciter agnoscamus, ⁊ fi
deliter diligamus. Qui cũ Deo
prẽ in vnitate eiusdẽ spiritꝰ san
cti viuis ⁊ regnas Deus, ꝑ om-
nia secula seculorũ. ℟. Amen.
¶ Cõpleta benedictione, cele-
brãs aspergit cãdelas aqua bñdi
cta, ⁊ adolet incenso: deinde di-
gnior ex clero accedit ad altare,
⁊ ab eo celebrãs accipit cãdelã ac
cẽsam nõ genuflectẽs, nec oscu-
lãs manũ illiꝰ. Postea celebrãs
distribuit cãdelas accensas: pri-
mũ digniori, à quo ipse accepe-
rat: deinde Diacono ⁊ Subdia
cono paratis, ⁊ alijs per ordinẽ:
oĩbus genuflectẽtibus, ⁊ manũ
celebrãtis osculãtibus, exceptis
prelatis, vbi aderũt. Et cũ ince-
perit distribuere, à choro cantatᷣ
Aña. Lumẽ ad reuelationem
gẽtiũ ⁊ gloriã plebis tuę Jsrael.
Cãticũ. Nũc dimittis. Ita qd
post quemlibet versuz Cantici,
⁊ post Gloria pri. ⁊ Sicut erat.
repetatᷣ tota añ. Lumẽ ad. His
expletis cantatur Aña.
Exurge dñe, adiuua nos: ⁊
libera nos propter nomẽ tuuz.
Ps. Deus auribus nostris audi
uimus: patres nostri annuncia-
uerũt nobis. ℣. Gloria pa. Itẽ
repetitᷣ Exurge dñe. Deinde
dicat sacerdos. Oremꝰ. Et dia
conus. Flectamus genua. ℟.
Leuate. si tamen infra Septua
gesimam venerit. Oratio.
Exaudi, q̃s, dñe, plebẽ tuã:
⁊ quę extrinsecꝰ annua tri
buis deuotione venerari, inte-
rius assequi gratię tuę luce con-
cede. Per Christũ do. ℟. Amẽ.
Deinde fit processio. Posito in
thuribuluz incẽso ꝑ celebrãtẽ,
pręcedit turiferariꝰ cũ turibulo
fumigãte, deinde deferens cru
cem, medius inter duos Acoly
thos cũ candelabris accensis: se
quitᷣ clerus ꝑ ordinẽ: vltimo ce-
lebrãs cũ ministris in paramen
tis violaceis, omnes cũ candelis
accensis: ⁊ interim cantatur an-
tiphonę sequẽtes Aña. Ador
na thalamũ tuum Sion, ⁊ susci-
pe rẽgẽ Christum: amplectere
Mariam, quę est cęlestis porta:
ipsa enim portat regẽ glorię no
ui luminis: subsistit virgo, addu
cens manibus filium, ante Lu-
ciferuz genitũ: quem accipiens
Simeon in vlnas suas predica-
uit populis, dñm euz esse vitę ⁊
mortis, ⁊ saluatorẽ mũdi. Alia
añ. Responsũ accepit Simeon
à Spiritu sancto, non visuruz se
mortem, nisi videret Christum
domini: ⁊ cum inducerent pue-
rum

rū in tēplū, accépit euz in vlnas suas: ꝛ benedixit deum, ꝛ dixit. Nūc dimittis seruū tuū dn̄e in pace. ℣. Cū inducerent puerū Jesuz parētes eius, vt facerent secū dū ꝯsuetudinē legis, ꝓ eo: ipse accépit euz in vlnas suas. Et ingrediēdo ecclesiā, cantaꝭ. ℟. Obtulérūt ꝓ eo, dn̄o par túrtu rū: aut duos pullos colūbaruz. Sicut scriptū est in lege dn̄i. ℣. Postquā impleti sunt dies pur gationis Marię, secunduz legē Moysi, tulérūt illū i Jerusalē: vt sisterent euz dn̄o. Sicut scri ptuz. ℣. Gloria patri, ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. Sicut scriptum.

Finita processione celebrans ꝛ ministri depositis violaceis acci piūt paramēta alba pro Missa.

die 2. ¶ In festo Purificationis bea tę Marię ad missam. Introit⁹.



Uscépimus de⁹ misericordiā tuaz, in medio tēpli tui: secūdum nomē tu um de⁹, ita ꝛ laus tua i fines terrę: iustitia plena est dextera tua. ps. Magn⁹ dn̄s ꝛ laudabi lis nimis: in ciuitate Dei nr̄i, in mōte sctō ei⁹. ℣. Glīa. Oratio.

Omnipotēs sēpiterne de⁹, maiestatem tuam supplices exoram⁹: vt, sicut vnigenit⁹ filius tu⁹ hodierna die cū nostrę carnis substātia in tēplo est prę sentatus: ita nos facias purifica tis tibi mētib⁹ prę sentari. Per.

Lectio Malachię prophetę.

Hec dicit dominus deus. ca. 3. Ecce, ego mitto angeluz meum: ꝛ prę parabit viā ante fa ciem meaz. Et statim veniet ad templuz sanctum suuz domina tor, quem vos quę retis: ꝛ ange lus testamenti, quē vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exer cituū. Et quis póterit cogitare diē aduētus eius? Et quis sta bit ad videndū euz? Ipse enim quasi ignis cōflans, ꝛ quasi her na fullonū. Et sedebit cōflans, ꝛ emundans argentuz: ꝛ purga bit filios Leui, ꝛ colabit eos qua si auruz ꝛ quasi argentū: ꝛ erūt dn̄o offerentes sacrificia in iusti tia. Et placebit domino sacrifi cium Juda ꝛ Jerusalem, sicut dies sęculi, ꝛ sicut anni antiqui. Dicit Dominus omnipotens.

Graduale. Suscépim⁹ deus misericordiam tuā in medio tē pli tui, secundum nomen tuuz deus, ita ꝛ laus tua in fines ter rę. ℣. Sicut audiuim⁹, ita ꝛ vi dimus in ciuitate dei nostri, in mōte sancto ei⁹. Halah, hale luiah. ℣. Senex pueruz porta bat: puer aūt senē regebat. Ha leluiah. Sequēs tractus dicitur, si hoc festum venerit post domi nicaz Septuagesimę. Tractus.

Nūc

Nunc dimittis seruuz tuũ domine, secundũ verbuz tuum in pace. ℣. Quia viderunt oculi mei salutare tuũ. ℣. Quod parasti ante faciẽ oĩuz populorũ. ℣. Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ ⁊ gloriã plebis tuę Israel. Sequẽ. scti euãg. ſm Lucam.

ca. 2. In illo tẽpore. Postquã impleti sunt dies purgationis Marię secunduz legem Moysi: tulerunt Jesuz in Jerusalem, vt sisterẽt eũ dño, (sicut scriptũ est in lege dñi, Qꝛ omne masculinũ adaperiẽs vuluã, sanctũ dño vocabit.) Et vt darẽt hostiã secundũ quod dictuz est in lege dñi, par turturũ aut duos pullos columbarũ. Et ecce, homo erat in Jerusalez, cui nomẽ Simeon: ⁊ homo iste iustus ⁊ timoratus, expectãs cõsolationẽ Israel: ⁊ Spirit⁹ sanct⁹ erat in eo. Et respõsuz acceperat à Spiritu sctõ, non visurũ se mortẽ, nisi prius videret Christũ Dñi. Et venit in spiritu in tẽplũ. Et cũ inducerẽt puerũ Jesuz parentes eius, vt facerẽt secũdũ cõsuetudinẽ legis, ꝓ eo, ⁊ ipse accepit eũ in vlnas suas: ⁊ bñdixit deuz, ⁊ dixit. Nunc dimittis seruum tuuz, domine, secundum verbuz tuum, in pace. Quia viderũt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populoruz, Lumen ad reuelationez gentiuz, ⁊ gloriã plebis tuę Israel. Dicit.

Credo. Offertoriũ. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus i ęternũ ⁊ in sęculum sęculi. Secreta.

Exaudi domine, preces nostras: ⁊ vt digna sint munera, quę oculis tuę maiestatis offerimus, subsidiuz nobis tuę maiestatis impende. Per do. Pręfa. de Natiuitate dñi. Quia ꝑ incarnati. fol. 114.

Cõio. Responsum accepit Simeon à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christũ dñi. Postcommunio.

Quęsumus Domine deus noster: vt sacrosancta mysteria, quę pro reparationis nostrę munimine cõtulisti, intercedente beata Maria semper virgine, ⁊ presens nobis remediũ esse facias, ⁊ futurũ. Per dñm.

¶ Sancti Blasij episcopi ⁊ martyris Missa. Sacerdotes Dei. vt in cõi vni⁹ mar. põti. fo. 240. die. 3.

¶ In festo sanctę Agathę virginis ⁊ martyris. Introitus. die. 5.



Gaudeamus omnes in dño: diez festũ celebrantes, sub honore btẽ Agathę martyris: de cuius passione gaudent angeli, ⁊ collaudãt filiuz Dei. Psalmus. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Glo-

℟. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.
Deus, qui inter cętera potē
tię tuę miracula, etiā in se-
xu fragili victoriā martyrij con
tulisti: concede propiti⁹: vt, qui
beatę Agathę virginis ⁊ marty
ris tuę natalitia colim⁹, per eius
ad te exēpla gradiamur. Per.
1. C 1 Lcō epi. btī Pauli aplī ad Cor.
Fratres: Uidete vocatio-
nem vestrā: quia nō mul-
ti sapientes secundum carnem,
non multi potentes, non multi
nobiles: sed quę stulta sunt mū
di elegit deus, vt confundat for
tia: ⁊ ignobilia mūdi, ⁊ contem
ptibilia elegit deus, ⁊ ea quę nō
sunt, vt ea quę sunt destrueret:
vt non glorietur omnis caro in
conspectu eius. Ex ipso autem
vos estis in Christo Jesu: qui fa
ctus est nobis sapiētia, ⁊ iustitia,
⁊ sanctificatio, ⁊ redemptio: vt
quemadmodū scriptuz est, qui
gloriat in dño gloriet. Grad.
Adiuuabit eā De⁹, vultu suo:
Deus in medio eius non cōmo
uebitur. ℣. Fluminis impetus
lętificat ciuitatē dei: sanctificauit
tabernaculum suuz altissimus.
Si hoc festum venerit ante Se-
ptuagesimā dr̄ Haleluiah, ha
leluiah. ℣. Loquebar de testi-
monijs tuis in cōspectu reguz:
⁊ nō confundebar. Haleluiah.
Post Septuagesimā Tractus.
Qui semināt ī lacrymis, ī gau-
dio metēt. ℣. Euntes ibāt ⁊ fle
bāt, mittētes semina sua. ℣. Ue
niētes aūt venient cū exultatio-
ne, portantes manipulos suos.
Seq. scti euang. sm̄ Matthęū.
In illo tpe: Accesserūt ad c. 19.
Jesuz Pharisęi, tentantes
euz, ⁊ dicentes. Si licet homini
dimittere vxorē suā ex quacun
que causa? Qui respōdens ait
eis. Nō legistis: qꝛ qui fecit ho
minē ab initio, masculū ⁊ fęmi-
nā fecit eos? Et dixit. Propter
hoc, dimittet homo prēm ⁊ ma
trē, ⁊ adhęrebit vxori suę: ⁊ erūt
duo in carne vna. Itaqz iā non
sunt duo: sz vna caro. Qd ergo
deus coniunxit, hō nō separet. Di
cunt illi. Quid ergo Moyses
mandauit dari libellū repudij,
⁊ dimittere? Ait illis. Quoniaz
Moyses ad duritiā cordis ve-
stri pmisit vobis dimittere vxo
res vr̄as: ab initio autē non fuit
sic. Dico aūt vobis: qꝛ quicūqz
dimiserit vxorē suā, nisi ob for-
nicationē, ⁊ aliā duxerit, męcha
tur: ⁊ q dimissā duxerit, męcha
tur. Dicūt ei discipuli ei⁹. Si ita
est causa hoīs cū vxore, nō expe
dit nubere. Qui dixit illis. Nō
oēs capiunt verbum istud: sed
quibus datū est. Sunt enim eu
nuchi, q de matris vtero sic na-
ti sunt: ⁊ sunt eunuchi, qui facti
sunt ab hoībus: ⁊ sunt eunuchi,
qui seipsos castrauerunt, ppter
regnum cęlorū. Qui potest cā-
pere, capiat. Offert. Afferen-
tur regi virgines post eā: proxi
mę eius afferent tibi. Secreta.
Susci-

Suscipe Domine munera, que in beate Agathe virginis & martyris tue solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per do. Cõio. Qui me dignat⁹ est ab omni plaga curare, & mamillã meo pectori restituere: ipsuz inuoco deum viuũ. Postcõio.

Auxilientur nobis dñe sũpta mysteria: & itercedẽte btã Agatha virgine & martyre tua, sẽpiterna ptectiõe ɔfirmẽt. P.

die. 6. ¶ Sancte Dorotheę virginis & martyris, Missa. Me expectauerũt. vt i cõi vir. & mar. f. 254.

die. 9. ¶ Sãcte Apolloniç virg. & m. Missa Loquebar de testimo. in cõi virginis & marty. fo. 253.

die. 14. ¶ Sãcti Valẽtini presbyteri & ma. Missa. In virtute tua do. de cõi vnius mar. fo. 241. preter orationẽ quę dr̃ vt infra. Oro.

Presta, q̃s omps de⁹: vt q beati Valentini martyris tui natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus, ei⁹ intercessione liberemur. Per. Sec.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: & intercedente btõ Valẽtino martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per dominũ. Postcõmunio.

Sit nobis dñe reparatio mentis & corporis cęleste mysteriũ: vt, cui⁹ exequimur actionẽ, sentiamus effectũ. Per.

die. 15. ¶ Sanctorũ marty. Faustini & Jouite. Missa. Salus autẽ iustorũ. vt i cõi pluri. mar. f. 246.

die. 18. ¶ Sancti Simeonis epi & martyris Missa. Statuit ei domi. de cõi vnius mar. pont. fol. 240.

die. 22. ¶ In Cathedra Antiochena scti Petri apl̃i, oĩa dñr sicut i festo Cathedrę Ro. vt sup. f. 179.

die. 23. vel. 24. ¶ In vig. S. Matthię, Missa. Ego aũt sicut oliua. in cõmuni Apostolorũ. fo. 284. Si hęc vigilia venerit Quadragesima, fit de ea tantum cõmemoratio.

die. 24. vel. 25. ¶ In festo sancti Matthię apostoli. Introitus.



Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui De⁹: nimis cõfortatus est principat⁹ eorũ. Ps. Dñe, pbasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã & resurrectionẽ meaz. ℣. Gloria. Oro.

Deus, q beatũ Matthiam apostolorũ tuorũ collegio sociasti: tribue, q̃s: vt eius interuentione, tuę circa nos pietatis semp viscera sentiamus. Per D.

Lectio Actuum apostolorum. ca. 1.

In diebus illis. Exurgẽs Petrus in medio fratruz, dixit. (Erat autem turba hominum simul, ferè centũ viginti.) Viri fratres, oportet impleri scripturã quam predixit Spiritus sanctus per os Dauid de Juda, qui fuit dux eorum, qui cõprehende-

hendérũt Jesuz: qui connumeratus erat in nobis, ⁊ sortit⁹ est sortẽ ministerij hui⁹. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniqtatis, ⁊ suspensus crepuit medi⁹, ⁊ diffusa sunt omnia viscera eius. Et notũ factũ est omnibus habitantib⁹ Jerusalem: ita appellaret̃ ager ille, lingua eorũ Macaldama, hoc est, ager sanguinis. Scriptuz est enim in libro Psalmorũ. Fiat cõmoratio eius deserta: ⁊ nõ sit qui habitet in ea, ⁊ episcopatũ ei⁹ accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscũ sunt cõgregati, in omni tẽpore quo intrauit ⁊ exiuit inter nos dñs Jesus, incipiens à baptismate Johãnis vsque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis ei⁹ nobiscũ fieri vnũ ex istis. Et statuerũt duos, Joseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, ⁊ Matthiam. Et orantes dixérunt. Tu domine qui nosti corda omniũ, ostende quẽ elégeris ex his duobus vnũ, accipere locum ministerij hui⁹ ⁊ apostolat⁹, de quo preuaricatus est Judas, vt abiret in locum suuz. Et dedérunt sortes eis: ⁊ cecidit sors super Matthiam, ⁊ annumeratus est cum vndecim Apostolis. Gradu. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eoruz. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ super arenã multiplicabuntur. Tractus. Desiderium anime eius tribuisti ei: ⁊ volũtate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniã preuenisti eum in benedictionib⁹ dulcedinis. ℣. Posuisti ĩ capite eius coronã de lapide precioso.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

In illo tẽpore. Respõdẽs Jesus dixit. Cõfiteor tibi pater, dñe celi ⁊ terre: qa abscondisti hec à sapientibus ⁊ prudentib⁹: ⁊ reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniã sic placitũ fuit ante te. Omnia mihi trádita sunt a patre meo. Et nemo nouit filiũ, nisi pater: neqz patrez quis nouit, nisi filius, ⁊ cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me oẽs q laboratis, ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiã vos. Tollite iugũ meũ super vos, ⁊ discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde, ⁊ inuenietis requiẽ animabus vestris. Jugũ eniz meũ suaue est: ⁊ on⁹ meũ leue. Dicit̃ Credo. Off. Cõstitues eos principes super omnem terram: memores erũt nominis tui dñe, in omni ꝓgenie ⁊ generatione. Secr. Hostias tibi domine, quas nomini tuo sacrãdas offérim⁹, sancti Matthie ꝓsequatur oratio: ꝑ quam nos expiari facias, ⁊ defendi. Per dñm. Prefatio de Apostolis. fol. 119. Cōio. Uos q secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicãtes duodecim

decim tribus Israel. Postcõio.

PResta, quęsum⁹, omnipotens deus: vt per hęc sancta quę sumpsim⁹, interueniẽte btõ Matthia apostolo tuo, veniã cõsequamur, ⁊ pacẽ. Per.

Festa Martij.

die 7 ¶ In festo sancti Thomę de Aquino. Introitus.



IN medio ecclesię apẽruit os eius, ⁊ ĩpleuit eũ dñs spiritu sapientię ⁊ intellectus: stolã glorię induit eum. Ps. Bonũ est confiteri dño, ⁊ psállere nomini tuo altissime. ℣. Gloria. Orõ.

DEus, qui ecclesiã tuã beati Thomę confessoris tui, mira eruditione clarificas, ⁊ sancta operatione fęcundas: da nobis, quęsumus, ⁊ quę docuit, intellectu cõspicere, ⁊ q̃ egit, imitatione cõplere. Per. Secũda oratio d̃ feria. Tertia vt sequit̃. Pro cõmemo. sanctarũ marty. Perpetuę ⁊ Felicitatis. Orõ.

DA nobis, q̃s dñe, sanctarũ martyrũ tuarum Perpetuę ⁊ Felicitatis palmas incessabili veneratione venerari: vt, quas digna mẽte non possum⁹ celebrare, humilib⁹ saltem frequẽtem⁹ obsequijs. Per dñz. Epist. IUstus cor suũ tradet. de communi doctorum. f. 251.

Gradu. OS iusti meditabitur sapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipsius: ⁊ non supplãtabũtur gressus eius. Tra. BEatus vir, qui timet dominũ, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, ⁊ diuitię ĩ domo ei⁹ ⁊ iustitia eius manet in seculuz sęculi. Euangelium. VOs estis sal terrę. de eodem communi. fol. 251. Credo. Offertoriuz. IUst⁹, vt palma florebit: sicut cedrus, quę Libano est, multiplicabitur. Secreta.

SAncti Thomę confessoris tui atque doctoris nobis dñe pia non desit oratio: quę ⁊ munera nostra conciliet, ⁊ tuaz nobis indulgentiã semper obtineat. Per dominum nostruz. Pro cõmemo. sanctarũ marty. Perpetuę ⁊ Felicitatis. Secre.

INtẽde, q̃s dñe, munera altaribus tuis pro sanctaruz martyrũ tuarũ Perpetuę ⁊ Felicitatis festiuitate ꝓposita: vt, sicut per hęc beata mysteria illis gloriã cõtulisti, ita nobis indulgentiã largiaris. Per d. Cõio.

FIdelis seruus, ⁊ prudẽs: quẽ constituit dominuz super familiam suã: vt det illis in tempore tritici mensurã. Postcõmunio.

UT nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus Thomas confessor tuus, ⁊ doctor

ctor egregius, quesumus, preca tor accedat. Per dominum no. Pro cōme. sanctorum martyrū Perpetue ꝛ Felicitatis. Postc.

PResta nobis, quesumꝰ domine intercedentibus sanctis martyribus tuis Perpetua ꝛ Felicitate: vt, quod ore ꝯtingimꝰ, pura mēte capiamus. Per.

vie. 9. ¶ In festo sanctorū Quadraginta martyrum. Introitus.



Clamauerūt iusti ꝛ dominus exaudiuit eos: ꝛ ex omnibus tribulationibꝰ eorum liberauit eos. Ps. Benedicam dominuz in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria. Oratio.

PResta, quesumꝰ, omnipotens deus: vt, qui gloriosos martyres, fortes in sua confessione cognouimꝰ, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per do. Epist. Sancti ꝑ fidem. de cōi plur. mar. f. 247. Gradua. Ecce quàm bonuz, ꝛ quàm iucundū, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguētum in capite: quod descēdit in barbā, barbā Aaron. Tractus. Qui seminant in lacrymis: in gaudio metēt. ℣. Euntes ibāt, ꝛ flebant: mittentes semina sua. ℣. Uenientes autē venient cuz exultatione, portantes manipulos suos. Euangel. Descēdēs Jesus de monte. de eodez cōi. fol. 246. Offer. Letamini i domino, ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini oēs recti corde. Secreta.

SAcrificijs presentibus, q̄s dn̄e, intende placatꝰ: vt, intercedētibus sanctis martyribus tuis, ꝛ deuotioni nostre proficiant, ꝛ saluti. Per. Communio. Quicunqꝫ fecerit voluntatez patris mei, q in celis est: ipse meus frater, ꝛ soror, ꝛ mater est, dicit dominus. Postcōio.

QUesumus, omnipotēs deus: vt illius salutaris capiamus effectuz: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dn̄m.

¶ In festo scti Gregorij Pape ꝛ conf. docto. ecclesie. Introitꝰ. vie. 12.



Sacerdotes dei benedicite dn̄z: sancti ꝛ humiles corde laudate deuz. Ps. Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate ꝛ superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri, ꝛc. Oratio.

DEus, qui anime famuli tui Gregorij, eterne beatitudinis premia ꝯtulisti: cōcede, ꝓpitius: vt q peccatorū nostroꝝ pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per. Epist. Testificor corā deo. de cōi doctoruz. fol. 250. Grad. Iurauit

Iurauit dominus, et non pęnitebit eum: tu es sacerdos in ęternum, secundum ordinem Melchisedech. ℣. Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis. Tractus. Beatus vir qui timet dominum: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, et diuitię in domo eius: et iustitia eius manet in sęculum sęculi. Euang. Vos estis sal terrę. de eodem cõmuni fo. 251. dicit Credo. Offerto. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Annue nobis, quęsumus domine: vt, intercessione beati Gregorij hęc nobis prosit oblatio, quã immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per do. Cõio. Fidelis seruus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommu.

Deus, qui beatum Gregorium pontificem tuũ, sanctorum tuorum meritis coęquasti: concede propitius: vt, qui cõmemorationis eius festa recolimus, vite quoque imitemur exempla. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit et regnat in vnitate spirit⁹ sancti de⁹: per omnia sęcula sęculorum. Amen.

¶ In festo sancti Joseph confesso. Introitus.



Iust⁹ vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur: plãtatus in domo domini, in atrijs domus dei nostri. Ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.

Sanctissimę genitricis tuę sponsi, q̃s dñe, meritis adiuuemur: vt, qđ possibilitas nostra nõ obtinet, eius nobis intercessione donet. Qui viuis et regnas. Epistola. Dilect⁹ deo. de cõi Abba f. 253. Grad. Domine p̃uenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide p̃cioso. ℣. Uitã petijt à te, et tribuisti ei longitudinẽ dierũ et in sęculũ sęculi. Trac. Beatus vir, q timet dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria et diuitię in domo eius: et iustitia eius manet in sęculũ sęculi. Post pascha Halłah, halłah. ℣. Amauit eum dñs, et ornauit eũ: stolã glorię induit eũ. Halłah. ℣. Iust⁹ germinabit sicut liliũ: et florebit ĩ ęternũ ante dñm. Halłah. Euang.

Cum

Ut si esset desponsata. vt in vig. Natiuitatis dñi fol. 10. Offerto. Ueritas mea ⁊ misericordia mea cũ ipso: ⁊ ĩ noĩe meo exaltabitur cornu eius. Sec. Debitũ tibi dñe nostrę redimꝰ seruitutis, suppliciter exorátes: vt suffragijs beati Joseph sponsi genitricis filij tui Jesu Christi dñi nři, in nobis tua múnera tueáris: ob cuiꝰ venerãdã festiuitatẽ, laudis tibi hostias immolamus. P. Coio. Joseph fili Dauid, noli timére accipere Mariam cóniugem tuaz: quid enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Postcommunio. Adesto nobis, quęsumus, misericors deus: ⁊ intercedente pro nobis beato Joseph confessore tuo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per dominum nostrum.

die. 21. ¶ In festo S. Bñdicti abbatis missa. Os iusti medita: de cõmuni abbatum. folio. 253.

¶ De festis duplicibꝰ ⁊ semiduplicibus, quę veniũt à dñica palmarum vsque ad octauam Paschę nihil fit: sed pòst octauã celebrantur: ⁊ tunc in fine introitꝰ ante psalmum dicuntur duo Halłah: in fine Offertorij: ⁊ cõmunionis vnum Halłah. Post epistolam nõ dicit Graduale, sed tantuz Halłah: dicuntur cũ suis versibus. Et hoc idem obseruatur in oĩbus festis, quę celebrantur inter Pascha ⁊ Pente.

M. N. R.

¶ In festo Annũciationis beatę Marię virginis. Introitus. die. 25.



Ultũ tuuz dep̄cabũtur oẽs diuites plebis: adducẽt regi virgines post eã: primę eiꝰ adducẽt tibi in lętitia, ⁊ exultatione. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. V. Gloria. Oro. Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbuz tuuz, angelo nunciante, carnẽ suscipere voluisti: p̄sta supplicibꝰ tuis: vt, q̄ verè eã dei genitricez credimus, eius apud te intercessionibꝰ adiuuemur. Per eund.

Lectio Jsaię prophetę.

In diebus illis. Locutus est dominꝰ ad Achaç, di- ca. 7.
cẽs. Pete tibi signũ à dño deo tuo, in profundũ inferni: siue in excelsum supra. Et dixit Achaç. Non petaz, ⁊ nõ tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nũquid parũ vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis ⁊ deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet, ⁊ páriet filiũ: ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum ⁊ mel cómedet: vt sciat reprobare malum

malum, ꝛ eligere bonū. Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternū. ℣. Propter veritatē, ꝛ mansuetudinem, ꝛ iustitiam: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Tract. Audi filia ꝛ vide, ꝛ inclina aurem tuam: quia cōcupiuit rex speciē tuā. ℣. Vultū tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius affe rentur tibi. ℣. Adducētur in lętitia ꝛ exultatione: adducentur in templū regis. Post pascha, dimissis graduali ꝛ tractu, dicit Halah, halah. ℣. Aue Maria gratia plena: dominus tecū: benedicta tu in mulieribus. Halah. ℣. Virga Jesse floruit: virgo deū ꝛ hominem genuit: pacem deus reddidit, in se recōcilians ima summis, haleluiah.

Sequē. sctī euang. sm Lucam.

ca. 1. In illo tpe. Missus est angelus Gabriel a deo, in ciuitatē Galileę, cui nomē Nazareth, ad virginē desponsatā viro, cui nomē erat Joseph, de domo Dauid: ꝛ nomen virginis Maria. Et ingressus angelus, ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecū benedicta tu in mulieribus. Quę, cū audisset, turbata est i sermone eius: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiā apud deū. Ecce cōcipies i vtero: ꝛ paries filiū: ꝛ vocabis nomē eius Jesū. Hic erit magnus: ꝛ filius altissimi vocabit: ꝛ dabit illi dñs deus sedē Dauid patris eius: ꝛ regnabit in domo Jacob i ęternū. ꝛ regni eius nō erit finis. Dixit autem Maria ad angelū. Quomodo fiet istud, quoniam virū nō cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: ꝛ virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideóque, ꝛ quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: ꝛ ipsa concépit filium in senectute sua. Et hic mensis, est sextus illi, quę vocat sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbū. Dixit autem Maria. Ecce ancilla, domini: fiat mihi secundum verbum tuum. dicit Credo. Offertoriū. Aue Maria gratia plena: dominus tecū: benedicta tu in mulieribus: ꝛ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

In mētibus nostris, quęsumus domine, verę fidei sacramenta cōfirma: vt, qui conceptum de virgine deum verū ꝛ hominē confitémur, per eiusdē salutiferę resurrectionis potētiam, ad ęternam mereamur puenire lętitiā. Per eun. Pręfatio. Et te in Annunciatione. f. 119. Cōio. Ecce, virgo cōcipiet, ꝛ pariet filiū: ꝛ vocabit nomē eius Emanuel. Postcōio. Gratiam

GRatiam tuā domine mētibus nostris infunde: vt qui angelo nūciante, Christi filij tui incarnationē cognouim⁹ per passionem eius ꝛ crucē, ad resurrectionis gloriā perducamur. Per eundem dominum.

¶ Festa Aprilis.

dic. 11 ¶ In festo sancti Leonis Papę ꝛ confessoris. Introitus.



STatuit ei dominus testamētū pacis: ꝛ principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternū. Ps. Memento domine Dauid, ꝛ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

EXaudi, q̄s domine, preces nostras, quas in beati Leonis cōfessoris tui atque pōtificis solēnitate deferimus: ꝛ, qui tibi digne meruit famulari, eius intercedētibus meritis ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominū. Epistola. Ecce sacerdos magnus. de cōmuni confess. pont. fol. 249. Grad. Ecce sacerdos magn⁹, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Nō est inuent⁹ similis illi, q cōseruaret legem excelsi. Tra. Beat⁹ vir qui timet dominū. de communi confess. pōt. fo. 249. Post pascha. Haleluiah, haleluiah. ℣. Tu es sacerdos in ęternū secundū ordinē Melchisedech. Halal'ah. ℣. Hic est sacerdos, quē coronauit domin⁹, halal'ah. Euāgeliū. Venit Jesus in partes Cęsareę. vt supra in Cathe. f. 184. Offert. Inueni Dauid seruum meū, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachium meum confortabit eum. Secreta.

SAncti Leonis confessoris tui atque pontificis, quęsumus domine, annua solennitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt, per hęc pię placationis officia, ꝛ illum beata retributio comitetur, nobis gratię tuę dona conciliet. Per dominū. Cōio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

DEus fidelium remunerator animaꝝ, pręsta: vt, beati Leonis cōfessoris tui atq; pōtificis, cuius venerandam celebramus festiuitatē, precibus indulgentiā cōsequamur. Per d.

¶ Sanctorum martyrum Tyburtij, Valeriani, ꝛ Maximi. dic. 14.
Si venerint ante pascha, ꝛ voluerit quis de eis missā celebrare, omnia dicantur de communi plurimorum martyrum extra tempus paschale. Si autem venerint post pascha, dicitur sequens missa. Quod ꝛ in similibus seruatur. Introitus.



Ancti tui domine benedicẽt te: gloriã regni tui dicent: haleluiah, haleluiah. Psal. Exaltabo te deus meus rex, et benedicã nomini tuo in seculum, et in seculũ seculi. ℣. Gloria pa. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt qui sanctorũ martyrum tuorũ Tyburtij, Valeriani, et Maximi solennia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per do. Epistola. Sta bũt iusti. de cõi mart. tẽpore pascha. f. 243. Halľah, halľah. ℣. Sãcti tui dñe florebunt sicut liliũ: et sicut odor balsami erũt ante te, Halľah. ℣. Preciosa in cõspectu dñi, mors sanctorum eius, halľah. Euãg. Ego sum vitis vera. de eodẽ cõmu. f. 244. Offer. Letamini in dño, et exultate iusti: et gloriamini oẽs recti corde, haleluiah halľah. Secreta.

Haec hostia, quesumus domine, quam in sanctorum tuorũ natalitijs recensentes offerimus, et vincula nostre prauitatis absoluat, et tue nobis misericordie dona cõciliet. Per do. Cõio. Gaudete iusti in dño, halľah: rectos decet collaudatio, haleluiah. Postcommu.

Sacro munere satiati, supplices te domine depreca-mur: vt, quod debite seruitutis celebramus officio, saluationis tue sentiamus augmẽtũ. Per d.

¶ Sancti Aniceti Pape et martyris, Missa de communi vnius martyris tempore paschali, cũ oratione. Deus, qui nos beati. fo. 243. et euãg. Amẽ amen dico vobis, quia plorabitis. fo. 245.

¶ In festo sanctorum martyrũ et pontificũ Sotheris et Caij, Missa de cõi plurimorũ martyrũ tempore paschali, cũ oratione. Beatorũ martyrũ tuorum pariterque põtificũ. fo. 244. et epist. Post hec ego Johãnes. f. 245

¶ In festo sancti Georgij martyris Introitus.



Rotexisti me deus a cõuentu malignantium, haleluiah: a multitudine operantium iniquitatẽ, halľah halľah. Ps. Exaudi deus orationẽ meã cum deprecor: a timore inimici eripe animã meam. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui nos beati Georgij martyris tui meritis et intercessione letificas, concede propitius: vt, qui tua per eũ beneficia poscimus, dono tue gratie cõsequamur. Per dominũ. Episto. Memor esto. de communi vnius martyris extra tẽpus paschale. fo. 242. Halľah. hale-

haleluiah. ℣. Cōfitebuntur cęli mirabilia tua dñe: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorū, Haleluiah. ℣. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide precioso, haleluiah. Euangelium. Ego sum vitis vera. de communi tempore paschali. fo. 244. Offertorium. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: et veritatem tuam in ecclesia sanctorū, hal'ah, hal'ah. Secre. Munera dñe oblata sanctifica: et intercedente beato Georgio martyre tuo, nos per hęc à peccatorū nostrorū maculis emunda. Per dominum no. Coio. Lętabitur iustus in domino, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde, haleluiah, hal'ah. Postcōmunio. Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt, quos tuis réficis sacramentis, intercedente beato Georgio martyre tuo, tibi etiā plácitis moribus digná ter tribuas deseruire. Per.

die. 25. ¶ In festo sancti Marci euangelistę. Introitus.



Roteristi me de⁹ à cōuentu malignátiū, haleluiah: à multitudine operátiū iniqtaté, hal'ah, haleluiah. ps. Exaudi de⁹ orōnē meā cū deprecor: à timóre inimici éripe aīam meā. ℣. Glo. Orō. Deus, qui beatum Marcū euangelistam tuum, euangelicę prędicationis gratia sublimasti: tribue, q̄s: ei⁹ nos semper et eruditione pficere, et oratione defendi. Per dominum. Lectio Ezechielis prophetę. Similitudo vultus quatuor animaliū, facies hominis: et facies Leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autē Bouis, à sinistris ipsorum quatuor: et facies Aquilę desuper ipsorū quatuor. Et facies eorū, et pennę eorū extentę desup. Duę pennę singulorū iūgebant, et duę tegebāt corpora eorū. Et vnumquodq3 eorū corā facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animaliū, et aspectus eorū, quasi carbónum ignis ardentiū, et quasi aspectus lampadarū. Hęc erat visio discurrēs in medio animaliū: splēdor ignis, et de igne fulgur egrédiēs. Et aīalia ibāt, et reuertebant in silitudinē fulguris coruscantis. Halah, hal'ah. ℣. Cōfitebunt cęli mirabilia tua dñe: etenim veritatē tuam in ecclesia sanctorum. Haleluiah. ℣. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide precioso. Haleluiah. Sequen. scti euange. sm Luca. In illo tempore: Designauit dñs et alios septuaginta

duos: et misit illos binos ante faciem suã in omnẽ ciuitatẽ et locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidẽ multa: operarij autẽ, pauci. Rogate ergo dñz messis, vt mittat operarios in messem suã. Ite. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculũ, neqz perã, neqz calceamenta, et néminem per viã salutauéritis. In quãcũqz domũ intrauéritis, primũ dicite: Pax huic domui. Et, si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illũ pax vestra: sin aũt, ad vos reuertet. In eadẽ autez domo manéte edẽtes et bibẽtes que apud illos sunt. Dignus est eniz operarius mercede sua. Nolite trãsire de domo in domuz. Et in quamcũqz ciuitatẽ intrauéritis, et suscéperint vos: mãducate quę apponũtur vobis: et curate infirmos q̃ i illa sunt: et dicite illis. Appropiquauit in vos regnuz dei. Cr. Credo. Offert. Cõfitebunt celi mirabilia tua dñe: et veritatẽ tuã i ecclesia sanctorum, Alleluia, alleluia. Secre. Beati Marci euãgeliste tui solẽnitate, tibi munera deferẽtes, quęsumus domine: vt, sicut illum pręedicatio euãgelica fecit gloriosum: ita nos eius intercessione, et verbo et opere tibi reddat acceptos. Per dominũ. Prefatio de apostolis. Cõio. Letabitur iustus in dño, et sperabit in eo: et laudabũtur oẽs recti corde, Alleluia, alleluia. Postcõ. Tribuãt nobis, q̃s dñe, cõtinuũ tua sancta presidiũ: quo beati Marci euãgeliste tui precibus, nos ab omnibus semper tueantur aduersis. Per do.

¶ In festo sanctorum Cleti et Marcellini pont. et mart. missa. die. 26

Sãcti tui dñe bñdicent te. fol. 244. de cõi plu. m̃. tpe paschali excepta orone que dr. vt infr. Oro.

Beatorũ martyrũ, paritérque põtificũ Cleti et Marcellini nos dñe fóueat preciosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per dñz. Secreta.

Adesto dñe supplicationibus nostris, quas i sanctorum tuoruz commemoratione deférimus: vt qui nostrę iustitię fiduciam non habemus, eoruz qui tibi placuérũt meritis adiuuemur. Per dñm. Postcõmu.

Quęsumus dñe salutaribus repleti mysterijs: vt quorũ solẽnia celebramus, eorũ orationibus adiuuemur. P.

¶ Sancti Uitalis martyris. die. 28.

Missa de cõi vnius marty. tempore paschali. fol. 243. Oratio. Presta q̃s omps deus, vt q bti.

¶ Festa Maij.

¶ In festo sanctorũ apostolorũ Philippi et Jacobi. Introi. die. 1



Clamauérunt ad te dñe in tempore afflictionis sue: et tu de celo exaudisti eos, Alleluia, alleluia. Ps. Exultate

Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Glia. Oro.

DEus, qui nos annua apostolorũ tuorũ Philippi ꝛ Jacobi solẽnitate letificas, presta quesumus: vt, quorum gaudemꝰ meritis, instruamur exemplis. Per dñm nostrum.

Lectio libri sapientie.

ca. 5. STabũt iusti in magna ↄstãtia aduersus eos q̃ se angustiauerũt: ꝛ qui abstulerũt labores eorũ. Uidentes turbabuntur timore horribili, ꝛ mirabũt subitatione insperate salutis, dicẽtes intra se, penitẽtiam agẽtes ꝛ pre angustia spiritꝰ gemẽtes. Hic sunt, quos aliquãdo habuimꝰ in derisuz, ꝛ in similitudinẽ improperij. Nos insensati, vitã illorũ estimabamꝰ insaniã: ꝛ finem illorũ sine honore. Ecce, quomodo cõputati sunt inter filios dei: ꝛ inter sanctos sors illorũ est. Halelah, halelah ℣. Confitebũtur celi mirabilia tua dñe: ẽteniz veritatẽ tuã i ecclesia sanctoruz. Halelah ℣. Tanto tempore vobiscũ suz, ꝛ non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt ꝛ patrẽ meũ. Halelah.

Sequẽ. S. euãg. s͡z Johãnem.

c. 14. IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Non turbet cor vestrũ. Creditis in deũ: ꝛ in me credite. In domo patris mei, mansiones multe sunt. Si quominus: dixissem vobis: q̃ꝛ vado parare vobis locuz. Et, si abiero, ꝛ preparauero vobis locum: iterum veniam, ꝛ accipiã vos ad meipsuz: vt vbi ego suz, ꝛ vos sitis. Et quo ego vado, scitis: ꝛ viaz scitis. Dicit ei Thomas. Dñe, nescimus quo vadis: ꝛ quomodo possumꝰ viã scire? Dicit ei Jesus. Ego suz via, veritas, ꝛ vita. Nemo venit ad patrẽ, nisi ꝑ me. Si cognouissetis me, ꝛ patrẽ meũ vtiq̃ȝ cognouissetis: ꝛ a modo cognoscetis euz ꝛ vidistis eum. Dicit ei Philippus. Dñe, ostende nobis patrẽ: ꝛ sufficit nobis. Dicit ei Jesus. Tanto tẽpore vobiscuz sum: ꝛ nõ cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt ꝛ patrẽ. Et quomodo tu dicis: ostende nobis patrez? Non credis q̃ꝛ ego in patre: ꝛ pater in me est? Uerba que ego loquor vobis, a me ipso non loquor. Pater autem ĩ me manẽs, ipse facit opera. Nõ creditis quia ego in patre: ꝛ pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amẽ, amen dico vobis: q̃ credit in me, opera que ego facio, ꝛ ipse faciet: ꝛ maiora horũ faciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcunque petieritis patrẽ ĩ nomine meo, hoc faciam. Dicitur Credo.

Offerto. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: ꝛ veritatem tuam in ecclesia sanctoruz, haleluiah, haleluiah. Secreta.

MUnera, dñe, que pro apostolorum tuorũ Philippi ꝛ Ja-

& Jacobi solẽnitate deférimus: propiti⁹ suscipe: & mala omnia q̃ meremur auerte. Per. Prefatio de apostolis. fo. 120. Cōio.

Tanto tempore vobiscũ sum, & nõ cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrẽ meũ, hal'ah: nõ credis quia ego in patre, & pater in me est? Haleluiah, haleluiah. Postcomu.

Quesumus domine, salutaribus repleti mysterijs: vt quorũ solẽnia celebram⁹, eorũ orationibus adiuuemur. Per.

die. 2. ¶ In festo sancti Athanasij episcopi & cõfesso. Introitus.



In medio ecclesię aperuit os eius, & ipleuit eũ dñs spiritu sapiẽtię, & intellect⁹ stolã glĩę induit eũ, hal'ah, hal'ah. Ps. Bonuz est ɔfiteri dño: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Glia. Oro.

Exaudi, q̃s dñe, preces nostras: quas in bti Athanasij ɔfessoris tui atq3 pontificis solẽnitate deférimus: & qui tibi digne meruit famulari, ei⁹ intercẽdẽtibus meritis, ab omnib⁹ nos absolue peccatis. Per dñz.

Lectio epistole bti Pauli apostoli, ad Corinthios.

ca. 4. Fratres: Nõ nosmetipsos prędicamus, sed Jesum Christum dominuz nostrum: nos autem seruos vestros per Jesum: quoniã deus, qui dixit de tenebris lucem splẽdéscere, ipse illuxit in cordib⁹ nostris ad illuminationem scientię claritatis dei, i facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istuz in vasis fictilib⁹: vt sublimitas sit virtutis dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed nõ angustiamur: aporiámur, sed nõ destituimur: persecutionẽ pátimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur, deijcimur, sed non perimus: semper mortificationem Jesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris, semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Jesum: vt & vita Jesu manifestetur in carne nr̃a mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autẽ in vobis. Habentes autẽ eundẽ spiritum fidei, sicut scriptuz est, Crédidi, propter quod locutus sum: & nos crédimus, propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitauit Jesuz, & nos cũ Jesu suscitabit, & cõstituet vobiscum. Hal'ah, haleluiah. ℣. Tu es sacerdos in ęternum secundũ ordinẽ Melchisedech. Hal'ah. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronã vitę. Haleluiah, hal'ah.

Sequentia

Seq. sctī euāg. sm Mattheuz.

c10. In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Cuz persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliā. Amen dico vobis, nō cōsummabitis ciuitates Jsrael, donec veniat filius hominis. Nō est discipulus super magistruz: nec seruꝰ super dñz suuz. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: ꝛ seruo, sicut dñs eius. Si patrē familias Beelzebub vocauērūt: quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertū, quod nō reueletꝛ: ꝛ occultū, quod nō sciatꝛ. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ꝛ qd in aure auditis, prędicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem nō possunt occidere. Sed potius timete euz, qui potest ꝛ animā ꝛ corpus perdere in gehenna. Dicitur Credo. Offer. Inueni Dauid seruuz meū: oleo sancto meo vnxi eum: manꝰ enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meuz confortabit eum. Haleluiah. Secre.

Sancti Athanasij confessoris tui atqꝫ pontificis, quęsumus domine, annua solennitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hęc pię placationis officia, ꝛ illum beata retributio comitetur, ꝛ nobis gratię tuę dona cōciliet. Per dñz. Cōio.

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dominꝰ ꝛ quod in aure auditis, prędicate super tecta, Haľah. Postcō.

Deus fideliū remunerator animarū, pręsta: vt beati Athanasij cōfessoris tui atqꝫ pōtificis, cuius venerandam celebramus festiuitatē, precibus indulgentiā cōsequamur. Per d.

¶ In festo Inuentionis sanctę Crucis. Introitus.



Nos aūt gloriari oportet in cruce dñi nostri Jesu Christi: in quo est salꝰ, vita, ꝛ resurrectio nostra: ꝑ queꝫ saluati ꝛ liberati sumus, haľah, haľah. ps. Deꝰ misereatꝛ nostri, ꝛ bñdicat nobis: illuminet vultū suū super nos, ꝛ misereatꝛ nostri. ℣. Glia. Oro.

Deus, q in pręclara salutiferę crucis Jnuētione, passionis tuę miracula suscitasti, cōcede: vt vitalis ligni precio ęternę vitę suffragia cōsequamur. Qui viuis ꝛ regnas cū deo pa.

Pro cōmemora. sanctorū mar. Alexandri, Euentij ꝛ Theoduli atqꝫ Juuenalis epi ꝛ cōf. Oro.

Pręsta, qs omps deꝰ: vt, qui sanctorū tuoruꝫ Alexādri, Euentij, Theoduli, atqꝫ Juuenalis natalitia colimus: a cūctis malis iminētibꝰ, eorū intercessionibus liberemur. Per dñz.

Lectio

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca. 2. FRatres. Hoc enim sentite in vobis, quod ꝛ in Christo Jesu. Qui cū in forma dei esset non rapinā arbitratus est esse se ęqualē deo. Sed semetipsū exinaniuit, formā serui accipiēs, in similitudinem hominū factus, ꝛ habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsuz, factus obediēs vsque ad mortē: mortē autē crucis. Propter quod ꝛ deus exaltauit illū: ꝛ donauit illi nomē quod est super oē nomē: vt in nomine Jesu omne genu flectatur: cęlestiū, terrestriū, ꝛ infernorū. Et omnis lingua confiteatur: quia dominus Jesus Christus in gloria est dei patris.

Hal'ah, hal'ah. ℣. Dicite in gētibus: quia dominus regnauit à ligno. Hal'a. ℣. Dulce lignū dulces clauos, dulcia ferēs pondera: quę sola fuisti digna sustinere regē cęloꝝ, ꝛ dñz. Hal'ah.

Sequē. scti euāg. ſm Johannē.

ca. 3. IN illo tpe: Erat homo ex Phariseis Nicodēm⁹ nomine, pꝛīceps Judęorū. Hic venit ad Jesū nocte: ꝛ dixit ei, Rabbi, scim⁹ qꝛ à deo venisti magister. Nemo enim potest hęc signa facere, quę tu facis, nisi fuerit de⁹ cū eo. Respōdit Jesus, ꝛ dixit ei. Amē amē dico tibi: nisi qs renatus fuerit denuo, nō pōt videre regnū dei. Dicit ad eū Nicodemus. Q̄uo potest homo nasci, cū sit senex? Nūqd potest ī vētrē matris suę iterato ītroire ꝛ renasci? Respondit Jesus Amē amē dico tibi: nisi qs renat⁹ fuerit ex aqua ꝛ spiritu sctō, non potest introire ī regnū dei. Qd natū est ex carne, caro est: ꝛ qd natuz est ex spiritu, spiritus est: Nō mirēris, qa ego dixi tibi oportet vos nasci denuo. Spirit⁹ vbi vult, spirat: ꝛ vocē ei⁹ audis: sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. Si est oīs q nat⁹ est ex spiritu. Respōdit Nicodēm⁹, ꝛ dixit ei. Q̄uo possunt hęc fieri? Respōdit Jesus, ꝛ dixit. Tu es magister in Jsrael, ꝛ hęc ignoras? Amen, amē dico tibi: qꝛ qd scim⁹ loqmur: ꝛ qd vidim⁹ testamur, ꝛ testimoniū nrꝫ nō accipitis. Si terrena dixi vobis, ꝛ non creditis: q̄uo, si dixero vobis celestia, credētis? Et nemo ascēdit in cęlū: nisi q descēdit de cęlo, filius hoīs, qui est in cęlo. Et sicut Moyses exaltauit serpētē in deserto, ita exaltari opoꝛtet filiū hominis: vt oīs q credit in ipsuz, nō pēreat: sed habeat vitā ęternā.

Credo. Offert. Dextera dñi fecit virtutem, dextera dñi exaltauit me, dextera dñi fecit virtutem: nō moꝛiar, sed viuā, ꝛ narrabo opera dñi, Hal'ah. Secr.

SAcrificiū, domine, quod tibi immolamus, placatus intende: vt ab omni nos eruat bellorūz nequitia: ꝛ per vexillū sanctę Crucis filij tui, ad conterendas

rendas aduersariorũ insidias, nos in tuę protectionis securitate constituat. Per eundem do.

Pro cõme. sanct. mart. Alexandri, Euẽtij, & Theoduli, atq; Iuuenalis epi & cõfessoris. Secre.

SUper has hostias, quęsumus domine, benedictio copiosa descendat: quę & sanctificationez nobis clementer operetur, & de sanctorum nos solẽnitate lętificet. Per. Prefatio de Cruce. fol. 115. Cõmunio.

Per signũ crucis, de inimicis nostris libera nos deus noster. Haleluiah. Postcommunio.

REpleti alimónia cęlesti, & spiritali póculo recreati, quęsumus omnipotens deus. vt ab hoste maligno nos defendas: quos per lignũ sanctę Crucis filij tui armis iustitię, p salute mũdi triũphare iussisti. Per d.

Pro cõmemoratione sancto. mar. Alexãdri, Euẽ. & Theod. atq; Iuuenalis epi & cõf. Postc.

REfecti participatione muneris sacri, qs, dñe de⁹ noster: vt quorũ exéquimur cultũ, sentiamus effectum. Per do.

die. 4. Sãctę Monicę viduę. Intr.



COgnoui domine, quia ęquitas iudicia tua, & i veritate tua humiliasti me: cõfige timore tuo carnes meas: à mandatis enim tuis timui, Haleluiah, halłah. Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beatę Monicę festiuitate gaudeam⁹: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrũ. Epistola. Viduas honora. de cõmu. nec virg. nec mar. f. 257.

Halłah, halłah. ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intẽde, prospere procede, & regna. Halłah. ℣. Propter veritatẽ, & mãsuetudinẽ, & iustitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua halłah. Euãge. Ibat Iesus in ciuitatẽ quę vocat Naim. vt habetur i Dominica xv. post pente. fo. 165. Offertoriũ.

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum, & in sęculum sęculi, Haleluiah. Secre.

ACcepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorũ: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum. Communio.

Dilexisti iustitiã, & odisti iniqtatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lętitię pręcõsortibus tuis, Halłah. Postcõio.

SAtiasti dñe familiã tuam muneribus sacris: ei⁹, quęsum⁹, semp interuẽtione nos refoue cuius solẽnia celebram⁹. P.

die 6. ¶ In festo sancti Johannis ante portam latinã. Introitus.



Protexisti me deus à cõuentu malignãtiũ, halleluiah: à multitudine3 operantiũ iniquitate3, Halleluiah, halleluiah. ps. Exaudi deus orationem meam, cu3 deprecor: à timore inimici éripe animam meam. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, q cõspicis: qr nos undiq3 mala nostra pturbãt: psta, quesumus: vt beati Johãnis apostoli tui intercessio gloriosa nos ptegat. Per do. Epistola. Stabũt iusti. de communi martyr. tpe paschali. f. 243. Halleluiah, halleluiah. ℣. Justus vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur. Halleluiah. ℣. Justus germinabit sicut lilium: et florebit in eternum ante dominum, halleluiah. Sequẽ. S. euãg. sm Mattheũ.

ca. 20 In illo tpe: Accessit ad Jesu3 mater filiorũ Zebedei cũ filijs suis, adorãs et petẽs aliqd ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuã, et vnus ad sinistrã in regno tuo. Respõdens autem Jesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus su3? Dicũt ei. Possumus. Ait illis. Calicẽ qda3 meũ bibetis: sedere autẽ ad dexterã meã et sinistrã, nõ est meũ dare vobis: sed qbus paratũ est à patre meo. Dicit Credo. Offert. Cõfitebũtur celi mirabilia tua domine: et veritatẽ tua3 in ecclesia sanctorũ, halleluiah, haleluiah. Secreta.

Muneribus nostris, quesumus dñe, pcibusq3 susceptis: et celestibus nos mũda mysterijs, et clemẽter exaudi. Per d. Pref. de Apostolis. f. 120. Cõmunio.

Letabitur iustus in domino, et sperabit in eo: et laudabũtur omnes recti corde, Halleluiah. Postc.

Refecti domine pane celesti, ad vitam quesumus nutriamur eternam. Per dominũ.

¶ In Apparitione sancti Michaelis fit officiũ sicut in Dedicatione eiusdem: sed pretermisso graduali, dicuntur Halleluiah, cum suis versibus, vt ibi. f. 230. die. 8.

¶ In festo scti Gregorij Nazanzeni Episcopi et confessoris. Missa. In medio ecclesie. de communi doct. f. 250. Episto. Iustus cor suũ tradidit. f. 551. et dicitur Credo in vnu3 deũ. die 9.

¶ Sanctorũ Gordiani, et Epimachi martyr. Introitus. die. 10.



Sancti tui domine benedicẽt te: gloriam regni tui dicẽt, Halleluiah. haleluiah. ps. Exaltabo te deus meus

meus rex, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi. ℣. Gloria patri, &c. Oro.

DA, quesumus, omnipotens deus: ut, qui beatorum martyrum tuorum Gordiani & Epimachi solennia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum no. Epistola. Post hec ego Johanes. de communi martyrum tepore paschali. fo. 245. Halleluiah, halleluiah. ℣. Sancti tui domine florebunt sicut lilium: & sicut odor balsami erunt ante te. Halleluiah. ℣. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius, Halleluiah. Euangelium. Ego sum vitis & vos palmites. de eodem communi fol. 244. Offer. Letamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, haleluiah, haleluiah, Secreta

HOstias tibi domine beatorum martyrum tuorum Gordiani & Epimachi dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per do. Communio. Gaudete iusti in domino, haleluiah: rectos decet collaudatio, haleluiah. Postc.

QUesumus omnipotes deus: ut, qui celestia alimenta percepimus, intercedentibus sanctis tuis Gordiano & Epimacho, per hec cotra omnia aduersa muniamur. Per dnm.

¶ Sanctorum Nerei, Archillei, atque Pancratij mart. Introit⁹. Die. 12.



ECce oculi domini sup timetes eum, sperantes in misericordia eius, halleluiah: ut eripiat a morte animas eorum: quoniam adiutor & protector noster est, Halleluiah, halleluiah. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat. Oratio.

SEmper nos domine sanctorum martyrum tuorum Nerei, Archillei, atque Pacratij foueat, quesumus, beata solennitas: & tuo dignos reddat obsequio. Per dominum nostrum. Epistola. Stabunt iusti. de communi martyrum tepore paschali. folio. 243. Halleluiah, halleluiah. ℣. Hec est vera fraternitas, que vicit mundi crimina: Christum secuta est inclyta tenens regna celestia. Halleluiah. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine, Halleluiah. Euang. Amen amen dico vobis, quia plorabitis. de eode comuni. f. 245. Offer. Confitebuntur celi mirabilia tua dne, & veritate tua i ecclesia sanctorum, Halleluiah, halleluiah. Secr.

SAnctorum martyrum tuorum, quesumus domine, Nerei, Archillei, atque Pacratij sit

sit tibi grata confessio: quę ⁊ munera nostra commendet, ⁊ tuaʒ nobis indulgentiaʒ semper imploret. Per dominum. Cōmunio. Gaudete iusti in domino, hal'ah: rectos decet collaudatio, Hal'ah. Postcommunio.

Quęsumus domine: vt, beatorum martyrum tuoruʒ Nerei, Archillei, atqʒ Pācratij deprecationibus, sacramēta sancta q̄ sumpsim⁹, ad tuę nobis ꝓficiāt placationis augmētū. P.

die. 14. ¶ Sācti Bonifacij mart. Missa. Protexisti me de⁹. de cōi tēpo. paschalis fo. 243. Oratio.

Da, quęsumus, omnipotēs deus: vt, qui beati Bonifacij martyris tui natalitia cólim⁹ ei⁹ apud te intercessionibus adiuuemur. Per dn̄m. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus domine, precibusqʒ susceptis, ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum n. Postcō.

Refecti participatione muneris sacri, q̄sumus dn̄e: vt cuius exequimur cultū, intercedēte beato Bonifacio martyre tuo, sentiamus effectū. Per do.

die. 19. ¶ Sanctę Pudētianę virginis Missa. Dilexisti iustitiam de communi virginum. fol. 255.

¶ Si aliquod festum ex sequētibus venerit tempore paschali, missa dicit̃ vt in cōi tēporis paschalis. Si aūt venerit post oct. Pēte. dicit̃ vt infra assignatur.

¶ Sancti Urbani Papę ⁊ martyris. Introitus. die. 25.



Sacerdotes tui domine induāt iustitiaʒ, ⁊ sancti tui exultēt, ꝓpter Dauid seruum tuū, non auertas faciem Christi tui. Ps. Memento domine Dauid, ⁊ omnis mā suetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊c. Oratio.

Da, quęsumus omnipotēs deus: vt, qui beati Urbani martyris tui atqʒ pontificis solennia cólimus: eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per. Epistola. Benedictus de⁹. de cōmuni vnius marty. pont. fo. 241. Grad. Inueni Dauid ꝯuum meū: óleo sancto meo vnxi euʒ: manus enim mea auxilia bitur ei, ⁊ brachiuʒ meum confortabit euʒ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Hal'ah, hal'ah. ℣. Memēto domine Dauid, ⁊ omnis māsuetudinis ei⁹, hal'ah. Euangelium. Homo quidam péregre. de cōi vnius confesso. pont. fo. 249. Offertoriū. Ueritas mea ⁊ misericordia mea cuʒ ipso: ⁊ in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Haec hostia, quęsumus domine, emūdet nostra delicta: ⁊ ad sacrificium celebrandum,

dum, subditorum tibi corpora mêtésq; sanctificet. Per dñm. Cõio. Fidelis seruus & prudens, quem cõstituit dñs super familiam suã: vt det illis in tẽpore tritici mensuram. Postcõio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus dñe deus noster, vt cui⁹ exequimur cultũ, sentiam⁹ effectũ. Per d.

dic. 26. ¶ Sancti Eleutherij Papę & mart. Missa. Statuit ei dñs. vt in cõmuni vnius mart. pont. fo. 239. nisi venerit tẽpore pasc.

dic. 30. ¶ Sãcti Johãnis Papę & mar. Missa. Sacerdotes dei. vt in cõmuni vni⁹ mar. pon. fo. 240.

dic. 30. ¶ Sancti Felicis Papę & martyris, Missa. Statuit ei dñs. vt in communi vnius martyris pontificis. folio. 239.

¶ Sãctę Petronillę virginis, Missa. Vultum tuum. de cõmuni virg. nõ martyrũ. f. 255.

¶ Festa Junij.

dic. 1 ¶ Sãctorũ mart. Marcellini, Petri, atq; Erasmi. Introitus.



Clamauerũt iusti: & dominꝰ exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibꝰ eorum liberauit eos. Ps. Benedicã dominũ in omni tẽpore: semper laus eiꝰ in ore meo. ℣. Gliap. Orō.

Deus, qui nos annua beatorum martyrum tuorũ Marcellini, Petri, atq; Erasmi solennitate lętificas: pręsta, quęsumus: vt, quorum gaudemꝰ meritis, prouocemur exemplis. Per dominum no. Epistola. Non sunt condignę: de communi plurimorũ marty f. 247. Gradu. Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Juxta est dominꝰ, his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Haľah, haleluiah. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, haleluiah. Euangelium. Cum audieritis pręlia de eodẽ cõmuni. f. 245. Offert. Lętamini in domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hec hostia, quęsumus domine, quam in sanctorũ martyrum tuorum natalitijs recensentes offérimus, & vincula nostrę prauitatis absoluat, & tuę nobis misericordię dona conciliet. Pe dñm. Cõio. Justorũ animę in manu dei sunt, & nõ tãget illos tormentum malitię: visi sunt oculis insipiẽtium mori: illi aũt sunt in pace. Postcõio.

Sacro munere satiati supplices te domine deprecamur: vt, quod debite seruitutis celebramus officio, saluationis tuę sentiamus augmentũ. Per.

die 9 ¶ Sanctorũ martyrum Primi ꝛ Feliciani. Introitus.



Apientiã sanctorum narrent populi, ꝛ laudes eorũ nunciet ecclesia: nomina autem eorũ viuent in sęculũ sęculi. Ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pa. Oratio.

FAc nos, q̃s dñe, sanctorũ martyrũ tuoꝝ Primi ꝛ Feliciani semp festa sectari: quorũ suffragijs ꝓtectionis tuę dona sentiam⁹. P. Epist. Iusti aũt in ppetuũ viuẽt. de cõi plu. mar. fo. 246. Gra. Confitebunt cęli mirabilia tua dñe: étenim veritatẽ tuã in ecclesia sanctorũ. ℣. Misericordias tuas dñe in ęternũ cãtabo in generatione, ꝛ progenie. Halĺah, halĺah. ℣. Hęc

die. 30. est vera fraternitas, q̃ vicit mũdi crimina, Chrũz secuta est, inclyta tenẽs regna cęlestia, Halĺah. Euãg. Confiteor tibi pater. de eodẽ cõmuni. fol. 248. Offert. Mirabilis De⁹ in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutez, ꝛ fortitudinẽ plebi suę: benedictus deus, Halĺah. Secreta.

FIat tibi, q̃s dñe, hostia sacranda placabilis, preciosi celebritate martyrij: quę, ꝛ peccata nr̃a purificet, ꝛ tuorũ tibi vota conciliet famulorũ. Per do.

Cõio. Ego vos elegi de mundo, vt eãtis, ꝛ fructũ afferãtis, ꝛ fructus vester maneat. Postc.

QUęsumus, oĩps de⁹: vt sanctorũ martyrum tuorum Primi ꝛ Feliciani cęlestib⁹ mysterijs celebrata solennitas indulgentiaz nobis tuę propitiationis acquirat. Per dominũ.

¶ In festo sancti Barnabę apostoli. Introitus. die. 11.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis cõfortatus est principatus eorũ. Ps. Dñe, probasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam, ꝛ resurrectionẽ meaz. ℣. Glor. Orõ.

DEus, qui nos beati Barnabę apostoli tui meritis ꝛ intercessione lętificas: cõcede propitius: vt, qui tua per eũ beneficia pòscimus, dono tuę gratię consequamur. Per dñm.

Lectio Actuum apostolorum.

IN dieb⁹ illis. Multus numerus credentiuz, Antiochię conuersus est ad dominũ. Peruénit autẽ sermo ad aures ecclesię, quę erat Jerosolymis. super istis: ꝛ miserunt Barnabã vsque ad Antiochiam. Qui cu peruenisset, ꝛ vidisset gratiã dei, gauisus est. Et hortabatur omnes in ꝓposito cordis manére in do-

in dño: qr erat vir bon⁹, ꝛ plen⁹ spiritu sancto, ꝛ fide. Et apposita est multa turba dño. Profect⁹ ē aūt Tharsuz vt qreret Saulū: quē cū īuenisset, ꝑduxit Anthiochiā. Et annū totū ꝯuersati sunt ibi ī ecclesia: ꝛ docuērūt turbā multā: ita vt cognominarentur primū Antiochie discipuli, Christiani. Erāt autē in ecclesia q̄ erat Antiochię, ꝓphetę, ꝛ doctores, in qb⁹ Barnabas, ꝛ Simō, q vocabat̄ Niger, ꝛ Luci⁹ Cyrenensis, ꝛ Manahē, q erat Herodis tetrarchę collactane⁹, ꝛ Saul⁹. Ministrātib⁹ aūt illis dño, ꝛ ieiunātib⁹: dixit illis spirit⁹ sanct⁹. Segregate mihi Saulū ꝛ Barnabā ī op⁹ ad qd̄ assumpsi eos. Tūc ieiunātes ꝛ orātes, imponētésqꝫ eis man⁹, dimisērūt illos. Gra. In oēm terrā exiuit son⁹ eoꝝ, ꝛ in fines orbis terrę verba eorū. ℣. Cęli enarrant gloriā dei: ꝛ opera manuū eius annūciat firmamētū. Halelah, haleluiah. ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis: ꝛ fructuz afferatis, ꝛ fructus vester maneat, haleluiah. Sequentia sancti euangelij secundū Johānē.

C. 15. In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Hoc est ꝓceptū meū: vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo habet, vt animā suā ponat qs ꝓ amicis suis. Uos amici mei estis, si fecēritis q̄ ego ꝓcipio vobis. Jam non dicam vos seruos, qa seru⁹ nescit qd facit dñs ei⁹. Uos aūt dixi amicos, omnia quęcūqꝫ audiui à patre meo, nota feci vobis. Nō vos me elegistis: sed ego elegi vos: ꝛ posui vos: vt eatis, ꝛ fructū afferatis: ꝛ fruct⁹ vester maneat: vt quodcunqꝫ petiēritis patrē in nomine meo, det vobis. Dicitur Credo. Offerto. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui dñe, in omni ꝓgenie, ꝛ generatione. Secreta.

Munera dñe oblata sanctifica: ꝛ, intercedente beato Barnaba apostolo tuo, nos per hęc à peccatorum nostroꝝ maculis emūda. Per d. Prefatio de apostolis. fo. 120. Cōio. Uos, qui secuti estis me: sedebitis super sedes: iudicātes duodecim tribus Israel. Postcōio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt, quos tuis rēficis sacramentis, intercedēte beato Barnaba apostolo tuo, tibi etiā placitis morib⁹ dignāter tribuas deseruire. Per.

¶ Sāctorū mar. Basilidis, Cyrini, Naboris, ꝛ Nazarij. Intr. die. 21.



Intret in cōspectu tuo dñe gemit⁹ cōpeditoꝝ: redd̄ vicinis nr̄is septuplū ī sinu eoruz vindica sangui-

sanguinē sanctorū tuorū, qui effusus est. ps. Deus venerūt gētes in hereditatē tuā, polluerūt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiaz. ℣. Gloria. Oratio.

SAnctorum martyruz tuoruz Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, quesum⁹ domine, natalitia nobis votiua resplēdeant: ⁊, quod illis contulit excellentia sempiterna fructib⁹ nostre deuotionis accrescat, Per. Epist. Rememoramini pristinos dies. de cōi plurimorū mart. fo. 246. Grad. Vindica dn̄e sanguinē sanctorū tuoruz, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorū tuorū, escas volatilib⁹ celi, carnes sanctoꝝ tuorū bestijs terre. Alleluia, alleluia. ℣. Corpora sanctorū in pace sepulta sunt, ⁊ nomina eorū viuēt in generatione, ⁊ generationē. Alleluia. Euang. Sedente Jesu super montem Oliueti. de eodē cōi. f. 247. Offert. Exultabūt sancti in gloria, letabūtur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eoruz. Secreta.

PRo sanctorū tuoruz Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij sanguine venerādo, hostias tibi domine solenniter immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quē talis est pfecta victoria. Per dominū. Cōio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum: dn̄e, escas volatilibus celi, carnes sanctorū tuorum bestijs terre, secunduz magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorū. Postcō.

SEmper domine sanctoruz martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atqz Nazarij, solennia celebrantes, prestа quesumus: vt, eorū patrocinia iugiter sentiam⁹. Per dn̄m.

¶ In festo sancti Basilij episcopi, ⁊ confessoris. Introitus. die. 14.



IN medio ecclesie aperuit os eius, ⁊ impleuit eū domin⁹ spiritu sapiētie, ⁊ intellect⁹: stolā glorie induit euz. ps. Bonū est confiteri dn̄o: ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria. Oratio.

EXaudi, quesum⁹ domine, preces nostras, quas i beati Basilij confessoris tui atque pontificis solennitate deferimus: ⁊, qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentib⁹ meritis, ab omnib⁹ nos absolue peccatis. Per do. Episto. Testificor coraz. de cōmuni Doctorū. f. 252. Grad. Os iusti meditabitur sapientia: ⁊ lingua eius loquet iudiciū. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipsius: ⁊ non supplātabūtur gressus ei⁹. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruuz meū: oleo sctō meo vnxi eū. Alleluia.

Sequen-

Sequē. S. euange. ſm Lucam.

c. 14. In illo tēpore: Dixit Jeſus turbis. Siquis venit ad me, ⁊ nō odit patrē ſuū ⁊ matrē, ⁊ vxorē ⁊ filios, ⁊ fratres ⁊ ſorores, adhuc aūt ⁊ animā ſuā: nō poteſt meꝰ eſſe diſcipulꝰ. Et q baiulat crucē ſuā, ⁊ venit poſt me: nō poteſt meꝰ eſſe diſcipulꝰ. Quis enim ex vobis volēs turriꝫ ędificare, nō priꝰ ſedēs, computat ſumptꝰ q neceſſarij ſunt, ſi habeat ad pficiēdū: ne poſtquā poſuerit fundamētū, ⁊ potuerit pficere, oēs qui vidēt, incipiāt illudere ei, dicētes: qa hic homo cępit ędificare, ⁊ nō potuit ꝯſummare? Aut qs rex iturus cōmittere bellū aduerſus aliū regeꝫ, nō ſedens prius cogitat, ſi poſſit cū decē millibꝰ occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quę pacis ſunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui nō renunciat omnibus quę poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Bonum eſt ſal. Si autem ſal quoque euanuerit: in quo condietur? Neqꝫ in terrā, neqꝫ in ſterquiliniuꝫ vtile eſt: ſed foras mittetᷣ. Qui habet aures audiendi, audiat. dicitᷣ Credo. Offerto.

Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cuꝫ ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Sancti Baſilij confeſſoris tui atque pontificis, quęſumus domine, ánnua ſolennitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt, p hęc pię placationis officia ⁊ illū beata retributio comitetᷣ, ⁊ nobis gratię tuę dona cōciliet. Per do. Lectio. Fidelis ſeruus ⁊ prudens, quem conſtituit dñs ſuper familiā ſuā: vt det illis in tēpore tritici mēſurā. Poſtco.

Deus, fidelium remunerator animarū, pręſta: vt beati Baſilij confeſſoris tui atque pontificis, cuius venerandā celebramus feſtiuitatem, precibꝰ indulgentiā ꝯſequamur. Per.

¶ Sanctorū marty. Viti, Modeſti, atqꝫ Creſcētię. Introitus. Die. 15.



Multę tribulationes iuſtorum: ⁊ de his omnibus liberauit eos dominꝰ: dominus cuſtodit omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. V. Gloria patri, ⁊ filio ⁊c. Oratio.

Da eccleſię tuę, quęſumus dñe, ſanctis martyribus tuis Vito, Modeſto, atqꝫ Creſcentia intercedētibus, ſuperbè nō ſapere, ſed tibi placita humilitate proficere: vt, proteruia deſpiciens, quęcū qꝫ matura ſunt, libera exerceat charitate. Per.

Epiſt. Iuſtificati ex fide. De cōi

cōi pluri. marty. f. 239. Grad. Exultabūt scti i gloria: letabū tur in cubilibus suis. ℣. Cātate dño canticū nouū: la⁹ ei⁹ i eccle sia sanctorū. HalAh, halAh. ℣. Sācti tui dñe bñdicēt te: gloriā regni tui dicēt, HalAh. Euang. Qui vos audit. de eodē cōi. fol. 240. Off. Mirabilis de⁹ in san ctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutē, ꝛ fortitudinē plebi sue: benedictus deus. Secreta. Sicut gloriā diuine potētie munera ꝓ sctis oblata testā tur: sic nobis effectū dñe tue sal- uationis impēdāt. Per. Cōio. Iustoꝝ aie i manu Dei sunt: ꝛ nō tāget illos tormētū malitie: visi sunt óculis isipiētiū mori: il li autē sunt in pace. Postcōmu. Refecti, dñe, benedictione solēni, q̄s: vt, ꝑ intercessio- nē sanctorū martyrū tuoꝝ Uiti, Modesti, ꝛ Crescētie, medicina sacramēti, ꝛ corꝑib⁹ nr̄is ꝓsit, ꝛ mētib⁹. Per. ¶ Sctōꝝ mar.

die. 18. Marci, ꝛ Marcelliani. Intro.



Salus iusto- ruz a dño: ꝛ ꝓtector eoꝝ est in tēpore tribulatio- nis. ps. Noli emulári in malignáti- bus: neq₃ zelaueris faciētes ini- quitatē. ℣. Gloria. Oro. Presta, q̄s, oṗs Deus: vt q sanctorū martyrū tuorū Marci ꝛ Marcelliani natalitia cólim⁹: a cūctis malis imminētib⁹, eorū itercessionib⁹ liberemur. Per. Epist. Iustoꝝ aie. de cōi plur. m. fo. 247. Gra. Iustoꝝ aie i manu dei sūt: ꝛ nō tāget illos tor mētū malitie. ℣. Uisi sūt óculis insipiētiū mori, illi aūt sunt i pa ce. HalAh, halAh. ℣. Hec ē ve- ra fraternitas, q̄ nūq₃ potuit vio lári certamine: q effuso sāguine secuti sunt dñm. HalAh. Euāg. Ue vobis, q edificatis. de eodē cōmu. fo. 240. Offert. Anima nostra, sicut passer, érepta est de láqueo venátiū: láque⁹ cōtrit⁹ est, ꝛ nos liberati sum⁹. Secre. Munera tibi dñe dicata san ctifica, ꝛ intercedētib⁹ san- ctis martyribus tuis Marco ꝛ Marcelliano, per eādē nos pla cat⁹ intēde. Per. Cōio. Amē dico vobis, qd vos qui reliqui- stis omnia, ꝛ secuti estis me: cen- tuplum accipietis, ꝛ vitam eter- nam possidebitis. Postcoio. Salutaris tui dñe munere sa tiati supplices exoram⁹: vt quoruz letamur gustu, renoue- mur effectu. Per. ¶ Sāctoruz

mar. Geruasij ꝛ Protasij. Int. die. 19.



Loquet̄ dominus pa- cem in ple- bem suam, ꝛ super san- ctos suos: ꝛ in eos qui conuertun- tur

tur ad ipsuz. ps. Benedixisti do mine terrã tuam, auertisti capti uitatẽ Jacob. ℣. Glia. Oratio.

DEus, q nos annua sanctorũ martyrũ tuorum Geruasij ꝛ Protasij solẽnitate letificas ↄcede ꝓpiti⁹: vt, quorũ gaudem⁹ meritis, accẽdamur exẽplis. P. do. Epist. Cõmunicantes Christi passionib⁹. f. 243. de coi vni⁹ mar. Gradu. Gloriosus de⁹ in sanctis suis: mirabilis i maiestate, faciẽs ꝓdigia. ℣. Dextera tua dñe glĩficata est i virtute, dextera man⁹ tua cõfregit inimicos. Halla'h, halla'h. ℣. Hec est vera fraternitas, q̃ vicit mũdi crimina: Christũ secuta est, inclyta tenẽs regna celestia. Halla'h. Euang. Descendens Jesus de mõte: de coi plu. mar. fol. 236. Offertoriuz. Letamini in domino, ꝛ exultate iusti, ꝛ gloriamini omnes recti corde. Secre.

OBlatis, quesumus domine, placare munerib⁹: ꝛ intercedentibus sanctis tuis, a cũctis nos defende periculis. Per do. Cõio. Posuerũt mortalia seruorum tuorũ domine escas volatilibus celi: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terre: secundũ magnitudinẽ brachij tui posside filios morte punitorũ. Postcõio.

HAec nos cõio dñe purget a crimine: ꝛ intercedentib⁹ sanctis martyribus tuis Geruasio ꝛ Protasio, celestis remedij faciat esse consortes. Per do.

M. N. R.

¶ Sancti Siluerij Pape ꝛ martyris. Introitus. die. 20.



Statuit ei dominus testamẽtũ pacis: ꝛ principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Memento domine Dauid, ꝛ omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

INfirmitatẽ nostrã respice oṗs de⁹: ꝛ qa põdus ꝓprie actionis grauat, btĩ Siluerij martyris tui atqꝫ põtificis ĩtercessio gloriosa nos ꝓtegat. Per do. Lectio epistole beati Jude apli.

CAriſſimi: Memores estote verborũ q̃ ṗdicta sunt ab Apostolis dñi nostri Jesu Christi: q dicebant vobis. Quoniã in nouissimis tẽporibus veniẽt illusores, secũdũ desideria sua ambulãtes in impietatib⁹, Hi sunt q segregãt semetipsos, animales, spiritũ nõ habẽtes. Uos autez charissimi, superedificantes vosmetipsos sanctissime nostre fidei, in spiritu sancto, orantes, vosmetipsos in dilectione dei seruate: expectantes misericordiã domini nostri Jesu Christi in vitam eternã. Gradu. Inuẽni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: man⁹ enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachium meũ confortabit euz. ℣. Nihil

 proficiet

proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis nō nocebit ei. Halelah, halelah. ℣. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinē Melchisedech. Halelah. Euan. Siquis venit ad me. de cōmuni vnius marty. pontifi. fo. 240. Offert. Veritas mea, ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ ī noīe meo exaltabitur cornu eius. Secre. Hostias tibi domine, beati Siluerij martyris tui atq; pontificis dicatas meritis benignus assūme: ⁊ ad ppetuum nobis tribue prouenire subsidiū. Per dominum no. Cōmunio. Semel iuraui ī sancto meo: semen eius in eternū manebit: ⁊ sedes eius sicut sol in conspectu meo: ⁊ sicut luna pfecta in eternū, ⁊ testis ī celo fidelis. Post c. Refecti participationē muneris sacri, qs dn̄e deus noster: vt, cuius exequimur cultum, sentiamus effectū. Per d.

Die. 22. ¶ Sancti Paulini episcopi ⁊ cōfessoris. Introitus.



Statuit ei dominus testamētū pacis: ⁊ principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Ps. Memēto domine Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria pa. Oratio. Da, quesumus omnipotēs deus: vt beati Paulini confessoris tui atque pontificis venerāda solennitas ⁊ deuotionē nobis augeat, ⁊ salutem. Per do. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres, Scitis gratiā domini nostri Jesu Christi: 2.c.8. quoniam propter vos egénus factus est, cum esset diues: vt illius inópia vos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile est: qui non solū facere, sed ⁊ velle cepistis ab anno priore. Nūc vero, ⁊ facto perficite: vt quēadmodum prōptus est animus voluntatis: ita sit ⁊ pficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est: secundum id quod habet, accepta est, non secundū id quod non habet. Nō enim vt alijs sit remissio, vobis autē tribulatio: sed ex equalitate. In presenti tēpore, vestra abūdātia illorū inopiā suppleat: vt ⁊ illorū abūdātia vestre inopie sit supplemētū, vt fiat equalitas, sicut scriptum est: Qui multū, non abundauit: ⁊ qui modicum, non minorauit. Grad. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuētus similis illi, q cōseruaret legē excelsi. Halelah, Halelah. ℣. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinē Melchisedech. Haleluiah. Euangeliū. Nolite timére pusillus grex. de comuni cōfesso.

non

nō pon. fo.252. Offer. Inueni Dauid seruū meuʒ: oleo sancto meo vnxi euʒ: manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachiuʒ meū confortabit euʒ. Secreta.

SAncti tui, q̄s dn̄e, nos vbique letificent: vt dū eoruʒ merita recolim⁹, patrocinia sentiamus. Per dn̄m. Communio.

Fidelis seruus ꝛ prudēs, quē constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

PResta, quesum⁹, omnipotens deus: vt, perceptis munéribus gratias exibentes, intercedente beato Paulino cōfessore tuo atque pōtifice, beneficia potiora sumamus. Per d.

die. 23. ¶ In vigilia Sancti Johannis Baptiste. Introitus.



NE timeas Zacharia: exaudita est oratio tua, ꝛ Elisabeth vxor tua páriet tibi filiū: ꝛ vocabis nomē eius Johānē ꝛ erit magnus corā domino: ꝛ Spiritu sancto replebitur, adhuc ex vtero matris sue: ꝛ multi in natiuitate ei⁹ gaudebunt. Ps. Domine in virtute tua letabit rex: ꝛ super salutare tuū exultabit vehementer. ℣. Gloria. Oratio.

PResta, quesumus, omnipotens deus: vt familia tua per viam salutis incedat: ꝛ beati Johānis precursoris hortamenta sectando, ad eum, quē predixit, secura perueniat, Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ꝛc.

Secunda oratio de S. Maria: Concede. tertia Ecclesie. vel p Papa. Deus oīum fideliū.

Lectio Jeremie prophete.

IN diebus illis. Factum est verbuʒ domini ad me, ca. 1.
dicens. Priusquam te formaré in vtero, noui te: ꝛ ante quam exires de vulua, sanctificaui te: ꝛ prophetam in gentibus dedi te. Et dixi, a, a, a, domine deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere, puer sum: quoniam ad omnia que mittam te, ibis: ꝛ vniuersa que mandáuero tibi, loquéris. Ne timeas à facie eorum: quia ego tecum sum, vt éruam te, dicit dominus. Et misit domin⁹ manū suam, ꝛ tetigit os meū: ꝛ dixit dominus ad me. Ecce, dedi verba mea in ore tuo: Ecce cōstitui te hodie super gentes, sup regna: vt euellas, ꝛ déstruas, ꝛ disperdas, ꝛ dissipes, ꝛ edifices, ꝛ plantes: Dicit domin⁹ omnipotēs.

Gradua. Fuit homo missus à deo, cui nomē erat Johānes. ℣. Hic venit vt testimonium perhibéret de lumine, parare domino plebem perfectam.

Initiū sancti euāge. fm Lucaʒ.

FUit in diebus Herodis regis Judee, sacerdos qdaʒ ca. 1.
nomine

noie Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomē illius Elisabeth. Erāt aūt iusti ambo ante deū, incedētes in omnib⁹ mādatis & iustificatio nib⁹ dñi sine querela: & nō erat illis filius: eò quod Elisabeth esset sterilis, & ambo processissēt in diebus suis. Factū est autē: cū sacerdotio fungeret̃ Zacharias in ordine vicis suę ante deum, secūdū cōsuetudinē sacerdotij: sorte exijt vt incensum poneret, ingressus in tēpluz domini. Et omnis multitudo populi erat orās foris, hora incēsi. Apparuit aūt illi Angelus domini, stās à dextris altaris incēsi. Et Zacharias turbat⁹ est, videns: & timor irruit super euz. Ait autē ad illū Angelus. Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua Elisabeth pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Johānem. Et erit tibi gaudium & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus corā domino: vinum & siceram non bibet. Et spiritu sancto replebitur, adhuc ex vtero matris suę: & multos filiorū Jsrael conuertet ad dominum deuz ipsorū. Et ipse pręcedet ante illum in spiritu & virtute Elię: Ut conuertat corda patruz in filios: & incredulos ad prudentiam iustorū, parare domino plebem perfectā. Offert. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eū super opera manuū tuarū dñe. Secre.

Munera dñe oblata sanctifica, & intercedente beato Johāne Baptista, nos per hęc a peccatorū nostrorum maculis emunda. Per do. Cōio. Magna est gloria ei⁹ i salutari tuo: gloriā & magnū decorem impones super eū domine. Postcō.

Beati Johannis Baptistę nos dñe pręclara comitet̃ oratio: & quem venturū esse pręduxit, poscat nobis fore placatū dominū nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecuz viuit & regnat in vnitate spiritus.

¶ In Natiuitate sancti Johānis Baptistę. Introitus. die. 24.



De ventre matris meę vocauit me domin⁹ nomine meo: & posuit os meuz vt gladiuz acutū: & sub tegumēto man⁹ suę ptexit me: & posuit me quasi sagittā electā. ps. Bonū est cōfiteri dño, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. dicitur Gloria i excelsis deo. Oratio.

Deus, q p̄sentē diē honorabilē nobis in beati Johānis Natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiū gratiā gaudiorū: & omnium

omniũ fideliũ mentes dirige in viam salutis eternę. Per dñm.

Lectio Isaię prophetę.

49. HAec dicit dominus. Audi te insulę, ⁊ attendite populi de longe. Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris meę, recordatus nominis mei. Et posuit os meũ quasi gladiũ acutum. In vmbra manus suę ꝓtexit me: ⁊ posuit me quasi sagittam electaz. In pharetra sua abscondit me: ⁊ dixit mihi: Seruus me⁹ es tu, Israel: quia in te gloriabor. Et nunc hęc dicit dominus, formãs me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terrę. Reges videbunt, ⁊ consurgent principes, ⁊ adorabunt dñm Deum tuum, ⁊ sanctum Israel, qui elégit te.

Graduale. Priusquam te formarez in vtero, noui te: ⁊ antequàm exires de ventre sanctificaui te. ℣. Misit dominus manum suam, ⁊ tétigit os meum: ⁊ dixit mihi. Haleluiah, halł'ah. ℣. Tu puer propheta altissimi vocáberis: preibis ante dominum parare vias eius. Hałah.

Seq. sancti euang. ßm Lucam.

ca. 1. ELisabeth impletũ est tempus pariendi: ⁊ péperit filiũ. Et audiérũt vicini ⁊ cognati eius qr magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: ⁊ congratulabantur ei. Et factuz est: in die octauo venérunt circuncidere puerum: ⁊ vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius, dixit. Nequaquam: sed vocabitur Johannes. Et dixérunt ad illã: quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri ei⁹, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarẽ, scripsit, dicẽs. Johãnes est nomẽ eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autẽ illico os eius, ⁊ lingua eius: ⁊ loquebatur, benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorũ, ⁊ super omnia montana Judeę diuulgabãtur omnia verba hęc. Et posuérũt omnes qui audíerãt, in corde suo, dicẽtes. Quis, putas, puer iste erit, Etenim manus domini erat cũ illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: ⁊ prophetauit, dicens. Benedictus dominus deus Israel, qa visitauit ⁊ fecit redẽptionẽ plebis suę. nõ dicit Credo. nisi venerit i dñica: aut infra octauã Corporis Christi, vel in ecclesia propria, sed i octaua dĩ, propter octauã apostolorum. Offer. Iust⁹, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Sec.

TUa domine munéribus altaria cumulamus: illi⁹ natiuitatẽ honore debito celebrãtes, qui saluatorem mũdi, ⁊ cécinit affuturũ, ⁊ adesse mõstrauit,

uit, dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. Cōmunio. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciē dñi, parare vias ei⁹. Postcōio. Sumat ecclesia tua de⁹ beati Johānis Baptiste generatione letitiā: per quem sue regenerationis cognouit auctorē dominum nostrum Jesuz Christum filium tuum. Qui tecuz viuit et regnat in vnitate etc.

¶ Intra octauam sancti Johānis baptiste, et in ipso die octaue fit idem officium, quod in die. Sed infra octauam post orationem diei, dicitur secunda Oratio de sancta Maria. Concede nos. tertia contra persecutores ecclesie, vel pro papa. De⁹ oīuz.

die. 26. ¶ In festo sanctorū martyruz Johannis et Pauli. Introitus.



Multe tribulationes iustorum: et de his omnibus liberauit eos domin⁹: dominus custodit oīa ossa eorum: vnuz ex his nō cōteret. Ps. Benedicam dominū in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. V. Gloria patri. Oratio. Quesumus, omnipotēs deus: vt nos geminata letitia hodierne festiuitatis excipiat, q̄ de beatorum martyrum Johānis et Pauli glorificatione procedit: quos eadē fides et passio, verè fecit esse germanos. Per do. Secūda oro de sancto Johāne. Deus, q̄ p̄sentē. f. 205. Tertia de Sācta Maria. Concede. Epist. Hi sunt viri misericordie. vt in octa. apostolorū Petri et Pauli fo. 211. Grad. Ecce quàm bonum, et quam iucunduz, habitare fratres in vnuz. V. Sicut vnguentum in capite, quod descēdit in barbam, barbam Aaron. Halāh, halāh. V. Hec est vera fraternitas, que vicit mundi crimina: Christum secuta est inclyta tenens regna celestia. Halāh. Euangelium. Attendite à fermento phariseoruz. de cōi plurimo. marty. fo. 249. Offer. Gloriabūtur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniā tu domine benedices iusto, domine, vt scuto bone voluntatis tue, coronasti nos. Secre. Hostias tibi, dñe, sanctoruz martyrum tuorum Johannis et Pauli dicatas meritis benignus assume, et ad perpetuum nobis tribue puenire subsidiū. Per d. Cōio. Et si corā hominibus tormenta passi sunt, deus tentauit eos: tanquā aurū in fornace, probabit eos, et quasi holocausta accepit eos. Postcōio. Sumpsim⁹ domine sanctorum martyrum tuorū Johānis et Pauli solēnia celebrantes, sacramenta celestia, presta, quesumus:

quęsumus: vt, quod temporaliter gérimus, ęternis gaudijs cõsequamur. Per dominum no.
¶ Si sequẽs festum sancti Leonis venerit in dominica, trãsfertur post octauam apostolorum: ⁊ Missa dicitur de dominica cũ commemoratione sancti Johãnis: ⁊ vigilia apostolorum fit in sabbatho. Quocũque vero alio die venerit fit de festo cum commemoratione sancti Johãnis, ⁊ vigilię. In ecclesijs autem collegiatis dicũtur duę missę, vna de festo, cum commemora. sancti Johãnis, ⁊ Sanctę Marię: alia de vigilia cũ commemo. Sanctę Marię, Cõcede nos famu. ⁊ Ecclesię tuę. vel pro Papa.
die. 28. ¶ In festo S. Leonis Papę ⁊ cõfess. Missa. Sacerdotes tui. de cõmuni. fol. 241. ꝑter orationẽ, quę dicitur vt infra. Oratio.
DEus, qui beatum Leonẽ pontificẽ tuum sanctorũ tuorum meritis coęquasti: concede propitius: vt, qui commemorationis eius festa percólim⁹, vitę quoque imitemur exẽpla. Per dominum. Secreta.
ANnue nobis, q̃s domine: vt intercessione beati Leonis, hęc nobis ꝓsit oblatio, quã immolãdo toti⁹ mũdi tribuisti relaxari delicta. Per d. Postc.
DEus, qui animę famuli tui Leonis ęternę beatitudinis pręmia cõtulisti: cõcede propitius: vt, q peccatorũ nostrorũ põdere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per do.
¶ In vigilia apostolorũ Petri ⁊ Pauli. Introitus. die. 28.



DIcit dominus Petro: cũ esses iunior cingebas te, ⁊ ambulabas vbi volebas: cũ autẽ senueris, extendes man⁹ tuas, ⁊ alius te cinget, ⁊ ducet quo tu nõ vis: hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset deum. ps. Cęli enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri, ⁊ fi. nõ dicitur Gloria in excelsis deo. Oõ.
PRęsta, q̃s, omnipotẽs deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in apostolicę confessionis petra solidasti. Per d. Secũda oõ de sancta Maria. Cõcede. Tertia. Ecclesię. vel, p Papa. Lectio Actuũ apostolorũ.
IN diebus illis. Petrus, ⁊ Johãnes ascẽdebãt in tẽplũ, ad horã orationis nonã. Et quidã vir, qui erat claud⁹ ex vtero matris suę, baiulabat: quẽ ponebant quotidie ad portã tẽpli, q̃ dr̃ Speciosa, vt péteret eleemosynã ab introeuntibus in tẽplũ, Is cũ vidisset Petrũ ⁊ Johãnẽ incipientes introire in tẽplũ: rogabat vt eleemosynã acciperet. Intuẽs autẽ in eũ Petr⁹ cũ Johãne, dixit. Respice in nos. At ille ca. 3.

ille intendebat in eos, sperās se aliquid accepturū ab eis. Petrꝰ autē dixit. Argentū ⁊ aurū non est mihi: qd autē habeo, hoc tibi do. In nomine Jesu Christi Nazareni surge, ⁊ ambula. Et apprehēsa manu eius dextera, allevauit eū: ⁊ protinꝰ cōsolidate sunt bases eius, ⁊ plantę. Et exiliens stetit, ⁊ ambulabat, ⁊ intrauit cū illis in tēplū ambulās ⁊ exiliēs, ⁊ laudās deū. Et vidit omnis populꝰ eū ambulātē, ⁊ laudantē deū. Cognoscebāt autem illū, quoniam ipse erat qui ad eleemosinā sedebat ad Speciosam portam templi: ⁊ repleti sunt omnes stupore ⁊ extasi, in eo quod contigerat illi. Gradua. In omnem terrā exiuit sonus eorū: ⁊ in fines orbis terrę verba eorū. ℣. Cęli enarrant gloriam Dei: ⁊ opera manuū eius annunciat firmamentum.

Seque. S. euāg. fm Johannē.

c. 21. In illo tp̄e: Dixit Jesus Simoni Petro. Simon Johānis diligis me plus his? Dicit ei. Etiā dn̄e: tu scis qa amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterū. Simō Johānis diligis me? Ait illi. Etiā dn̄e: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simō Johānis amas me? Cōtristatus est Petrus, qꝛ dixit ei tertio, amas me: ⁊ dixit ei. Dn̄e, tu oīa nosti: tu scis qa amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amē, amē dico tibi: cū esses iunior, cingebas te, ⁊ ambulabas vbi volebas. Cū autē senueris, extendes manus tuas, ⁊ alius te cinget, ⁊ ducet quo tu nō vis. Hoc autē dixit, significās, qua morte esset clarificaturꝰ deū. Offer. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. c. 12 Secreta.

Munus populi tui, q̄s dn̄e, apostolica intercessione sanctifica: nósq; a peccatorū nostrorū maculis emūda. Per d.

Coio. Simō Johānis diligis me plus his? Dn̄e, tu omnia nosti: tu scis dn̄e, qꝛ amo te. Postc.

Quos cęlesti dn̄e alimēto satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominum no.

In festo apostolorū Petri ⁊ Pauli. Introitus. die. 29.



Nunc scio vere quia misit dominꝰ angelū suum: ⁊ eripuit me de manu Herodis, ⁊ de omni expectatione plebis Judęorū. Ps. Domine probasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam, ⁊ resurrectionem meā. ℣. Gloria patri, ⁊c. Oratio.

Deus, qui hodiernam diē apostolorū tuorum Petri ⁊ Pauli martyrio cōsecrasti: da ec-

da ecclesię tuę, eorũ in omnib⁹ sequi pręceptum: per quos religionis sumpsit exordiũ. Per.
Et nõ fit cõmemora. de sancto Paulo quia oratio est cõis: nec octauę san. Johãnis Baptistę.
Lectio Actuum Apostolorũ.

In diebus illis: Misit Herodes rex man⁹, vt affligeret quosdã de ecclesia. Occidit aũt Jacobũ fratrẽ Johãnis gladio. Vidẽs aũt q͛ placeret Judęis, apposuit vt apprehenderet ꝛ Petrũ. (Erãt aũt dies Azymoꝝ.) Quẽ cũ apprehẽdisset, misit in carcerẽ: tradẽs quatuor quaternionib⁹ militũ custodiẽdũ: volẽs post Pascha ꝑducere eũ populo. Et Petr⁹ qdẽ seruabat in carcere. Orõ aũt fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad deũ ꝓ eo. Cũ aũt productur⁹ eũ esset Herodes: ĩ ipsa nocte erat Petr⁹ dormiẽs inter duos milites, vinct⁹ catenis duab⁹: ꝛ custodes ante ostiũ custodiebãt carcerẽ. Et ecce angel⁹ dñi astitit: ꝛ lumẽ refulsit in habitaculo. Percussoq; latere Petri: excitauit eũ, dicẽs. Surge velociter. Et ceciderũt catenę de manib⁹ eius. Dixit autẽ angelus ad eũ. Pręcingere, ꝛ calcea te caligas tuas. Et fecit sic: ꝛ dixit illi. Circũda tibi vestimẽtũ tuũ, ꝛ sequere me. Et exiens sequebatur eũ ꝛ nesciebat, q͛ verũ est quod fiebat per angelum. Existimabat aũt se visuz videre. Trãseuntes aũt primã ꝛ secundã custodiã, venerũt ad portã ferreã, quę ducit ad ciuitatẽ: quę vltro aperta est eis. Et exeũtes, processerunt vicum vnum: ꝛ cõtinuo discessit angelus abeo. Et Petrus ad se reuersus, dixit. Nũc scio vere q͛a misit dominus angelum suũ: ꝛ eripuit me de manu Herodis, ꝛ de omni expectatione plebis Judęorum. Graduale. Constitues eos principes super omnẽ terram: memores erũt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebũtur tibi. Halelah, halelah. ℣. Tu es Petrus: ꝛ super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. Haleluiah.
Sequẽ. S. euãg. ẜm Mattheũ.

In illo tpe: Venit Jesus in partes Cęsareę philippi: ꝛ interrogabat discipulos suos, dicẽs. Quẽ dicũt homines esse filiũ hoĩs? At illi dixerũt. Alij Johannẽ Baptistã: alij autẽ Eliam: alij vero Jeremiã: aut vnũ ex prophetis. Dicit illis Jesus. Vos autẽ quẽ me esse dicitis? Respõdens Simõ Petrus dixit. Tu es Christus filius dei viui. Respõdens aũt Jesus, dixit ei. Beatus es Simõ Bar Jona, q͛ caro ꝛ sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cęlis est. Et ego dico tibi, q͛ tu es Petrus: ꝛ sup hanc petrã ędificabo ecclesiã meaz, ꝛ portę inferi non pręualebũt aduersus eã: c. 16.

Et tibi

Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatū ꝛ in cęlis: ꝛ quodcūque solueris super terram, erit solutum ꝛ in cęlis. Credo. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram: memores erūt nominis tui dn̄e in omni progenie ꝛ generatione. Secreta. Hostias dn̄e, quas nōi tuo sacrādas offerimus, apostolica ꝓsequat̄ oratio, per quā nos expiari tribuas, ꝛ defendi. Per d. Pref. de aplis. f. 120. ꝛ dicit̄ ꝑ totā octauā. Cōio. Tu es Petr⁹, ꝛ super hāc petrā ędificabo ecclesiā meā. Postcōio. Uos cęlesti dn̄e alimēto satiasti: apostolicis itercessionib⁹ ab omni aduersitate custodi. Per dominum nostruꝫ.

¶ In Commemoratione sancti Pauli apostoli. Introitus. die. 30.



Scio, cui credidi, ꝛ cert⁹ suꝫ, quia potens est depositū meū seruare in illū diē iust⁹ iudex. ps. Domine probasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, ꝛ resurrectionem meā. ℣. Gloria patri. Oratio. Deus, qui multitudinē gētiuꝫ, beati Pauli apostoli ꝑdicatione docuisti: da nobis, quęsumus: vt, cui⁹ natalitia cōlimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dn̄m. Et fit cōmem. de beato Petro. Oratio.

Deus, q̄ beato Petro apostolo tuo, collatis clauib⁹ regni cęlestis, aīas ligandi, atq; soluendi pōtificiū tradidisti, cōcede: vt intercessionis ei⁹ auxilio, à peccatorū nostroruꝫ nexib⁹ liberemur. Qui vi. Deinde fit cōm. S. Johā. pręter q̄ꝫ in ecclesia ꝑpria S. Pauli. Oratio. Deus, qui pręsentē. fol. 298. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galatas.

Fratres: Notū vobis facio euāgelium, quod euāgelizatū est a me: q̄a non est ſm hoīem. Neq; enim ego ab hoīe accepi illud, neque didici: sed ꝑ reuelationē Jesu Christi. Audistis enim cōuersationē meā aliquando in iudaismo: quoniaꝫ supra modum persequebar ecclesiā dei: ꝛ expugnabam illā: ꝛ proficiebam in Judaismo supra multos coętaneos meos, in genere meo: abundātius ęmulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meę, ꝛ vocauit ꝑ gratiam suam, vt reuelaret filiū suum in me, vt euangelizarē illū in gentibus: continuò nō acquieui carni ꝛ sanguini. Neq; veni Jerosolymaꝫ ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Ara-

in Arábiam, ⁊ iterum reuersus sum Damascū. Deinde post annos tres veni Jerosolymam vidére Petrum: ⁊ mansi apud eū diebus quindecim. Alium autem Apostolorum vidi néminem: nisi Jacóbum fratrem domini. Quę autem scribo vobis: ecce corā deo, quia nō mentior.

Grad. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est ⁊ mihi inter gētes: ⁊ cognouérūt gratiā dei, quę data est mihi. ℣. Gratia dei in me vacua nō fuit: sed gratia eiꝰ semper in me manet. Allelujah, hallelujah. ℣. Sancte Paule apostole, prędicator veritatis, ⁊ doctor gentium, intercede pro nobis. Halleluiah.

Seq. sancti euāg. sm Mattheū. c.10.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Ecce, ego mitto vos, sicut oues in medio luporū. Estote ergo prudētes sicut serpētes: ⁊ simplices sicut colūbę. Cauéte autē ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, ⁊ in synagogis suis flagellabūt vos: ⁊ ad pręsides ⁊ reges ducémini propter me, in testimoniuz illis ⁊ gentibus. Cū autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquámini. Non eniz vos estis q loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortē: ⁊ pater filium. Et insurgēt filij in parentes: ⁊ morte eos afficiēt. Et éritis odio omnibus hominibus propter nomen meuz. Qui autez perseuerāuerit vsqz in finē, hic saluꝰ erit. Credo.

Offe. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorū.

Sec. Apostoli tui Pauli precibꝰ Domine plebis tuę dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per do.

Pro beato Petro. Secreta.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces ⁊ hostias beati Petri apostoli tui cōmendet oratio, vt, quod pro illiꝰ gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per dominum nostruz.

Pro Sancto Johanne. Secre.

ua dñe. Prefatio de Aplis.

Coīo. Amē dico vobis: quód vos q reliquistis omnia, ⁊ secuti estis me, centuplum accipietis, ⁊ vitam ęternam possidebitis. f.120.

Postcommunio.

Perceptis dñe sacramētis, beatis apostolis interueniētibus deprecamur: vt, quę pro illorum celebrata sunt gloria, nobis proficiāt ad medelā. Per d.

Pro beato Petro. Postcōio.

Laetificet nos domine munus oblatū: vt sicut in apostolo tuo Petro te mirabilē prędicamꝰ: sic per illū tuę sumamꝰ indulgentię largitatē. Per do.

Pro sancto Johanne. Postcommunio. Sumat ecclesia.

¶ Festa Julij.

die.1 ¶ In octaua scti Johānis Baptiste dicitur missa vt in die, cū commemoratione apostolorū, vt supra: ⁊ in ea dicit̄ Credo.

die.2 ¶ In festo Uisitationis Beate Marie virginis. Introitus.



Salue sancta parens, enixa puerpera regem: qui celuz terrā que regit in secula seculorum. Ps. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oro.

Famulis tuis, q̄s dn̄e, celestis gratie mun⁹ impertire: vt, qb⁹ beate virginis part⁹ extitit salutis exordium, Uisitationis ei⁹ votiua solennitas, pacis tribuat incrementū. Per d.

Pro commemoratione sanctorum apostolorum Petri, ⁊ Pauli. Oratio.

Deus, qui hodiernā diem apostolorum tuorū Petri ⁊ Pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tue eorū in oībus sequi p̄ceptū, p quos religionis sumpsit exordiū. Per dominū.

Pro comme. sanctorū mar. Processi ⁊ Martiniani. Oratio.

Deus, qui nos sanctorum martyrū tuorū Processi ⁊ Martiniani gloriosis confessionib⁹ circūdas ⁊ protegis: da nobis, ⁊ eorū imitatione p̄ficere, ⁊ itercessione gaudere. Per d.

Lectio libri Sapientie.

ca.2. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capree, hinuloque ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestraz, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea: ⁊ veni. Jam enim hiems transit, imber abijt, ⁊ recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis aduenit. Uox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vinee florentes dederunt odorem suuz. Surge, propera amica mea, speciosa mea: ⁊ veni. Columba mea in foraminibus petre, in cauerna macerie, ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Uox enim tua dulcis, ⁊ facies tua decora. Graduale.

Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix, quē totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluiah, haleluiah. ℣. Felix es sacra virgo Maria, ⁊ omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol iustitie. Haleluiah.

Sequen-

Seq. sancti euang. sm Lucam.

ca. 1. In illo tpe. Exurgēs Maria, abijt in mōtana cū festinatione i ciuitatē Juda, & intrauit in domū Zacharię, & salutauit Elisabeth. Et factū est: vt audiuit salutationē Marię Elisabeth: exultauit ifans i vtero eius. Et repleta est spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedict⁹ fruct⁹ vētris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuę in aurib⁹ meis, exultauit i gaudio infans i vtero meo. Et beata, q̄ credidisti: quoniā pficiētur ea, q̄ dicta sunt tibi a dño. Et ait Maria. Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spiritus me⁹ in deo salutari meo. Dicit Credo. Offer. Beata es virgo Maria, q̄ oīum portasti creatorē, genuisti qui te fecit, & in ęternū permanes virgo. Secre.

Unigeniti tui Domine nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine matris integritatem non minuit, sed sacrauit: in Uisitationis eius solēnijs, nostris nos piaculis exuēs, oblationem nostram sibi faciat acceptā Jesus Christus dominus noster. Qui tecum viuit. Pro cōme. Sanctorum apostolorum Petri & Pauli. Secreta.

Hostias dñe, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica psequat̃ orō: p quā nos expiari tribuas, & defendi. Pro cōme. sanctorū mar. Processi & Martiniani. Secreta.

Suscipe dñe preces & munera: q̄, vt tuo sint digna conspectu, sanctorū tuorū precibus adiuuemur. Per. Prefa. de scā Maria. Et te i Uisitatiōe beatę Marię. f. 119. Cōio. Beata viscera Marię virginis: q̄ portauerunt ęterni patris filiū. Postcō.

Sumpsim⁹ dñe celebritatis annuę votiua sacramenta: pręsta, q̄s: vt tēporalis vitę nobis remedia prębeāt, & ęternę. Per. Pro cōm. sanctorū apostolorū Petri & Pauli. Postcōmunio.

Quos cęlesti dñe alimēto satiasti: apostolicis intercessiōib⁹ ab oī aduersitate custodi. Pro cōme. sanctorū Mar. Processi & Martiniani. Postcōio.

Corporis sacri, & pciosi sanguinis repleti libamine q̄sum⁹, dñe de⁹ noster: vt, quod pia deuotione gerim⁹, certa redēptione capiam⁹. Per eundē.

¶ Infra octauā sanc. apostolorum Petri, & Pauli. Introit⁹.



Mihi autē nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis confortat⁹ est pricipat⁹ eorū. Ps. Dñe pbasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem

sionē meā ⁊ resurrectionē meā. ℣. Gloria patri, ⁊ fi. Oratio.

Deus, q̄ hodiernā diē apostoloꝝ tuoꝝ Petri ⁊ Pauli martyrio consecrasti: da ecclesię tuę, eoꝝ in omnib⁹ sequi p̄ceptū: p̄ quos religionis sumpsit exordiū. Per do. Secunda oro de S. Maria, Concede nos fa. tertia Ecclesię, vel pro Papa. Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 5. In diebus illis: Per man⁹ apostoloꝝ fiebāt signa ⁊ p̄digia m̄lta ī plebe. Et erāt vnanimiter oēs in porticu Salamonis. Cęteroꝝ autē nemo audebat se cōiungere illis: sed magnificabat eos popul⁹. Magis aūt augebat̄ credētiū in dn̄o, multitudo viroꝝ ac mulieꝝ: ita vt in plateis eijcerēt īfirmos, ⁊ ponerēt ī lectulis, ⁊ grabatis: vt veniēte Petro, saltē vmbra illi⁹ obūbraret quēquā illoꝝ: ⁊ liberarēt ab infirmitatib⁹ suis. Concurrebat autē ⁊ multitudo vicinaꝝ ciuitatū, Jerusalem: afferentes ęgros, ⁊ vexatos à spiritib⁹ immundis: qui curabantur oēs. Gradu. Cōstitues eos principes super omnem terrā: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Halla͡h, hallal͡h. ℣. Rogaui pro te Petre, vt nō deficiat fides tua: ⁊ tu aliquādo conuersus: confirma fratres tuos. Halla͡h. Euang. Ecce nos reliquimus omnia. de cōmuni Abbatū. f. 253. dicit̄ Credo. Offert. In omnem terrā exiuit son⁹ eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Hostias dn̄e, quas noī tuo sacrādas offerim⁹, ap̄lica p̄sequat̄ orō: p̄ quā nos expiari tribuas, ⁊ defēdi. P. Scda oro. Tua dn̄e. tertia. Protege. vel Oblatis. Pręf. de ap̄lis. Cōio. Uos, q̄ secuti estis me, sedebitis sup̄ sedes: iudicantes duodecim trib⁹ Israel. Postc.

Quos cęlesti dn̄e alimēto satiasti, apostolicis ītercessionibus ab oī aduersitate custodi. Per. Scda oro. Sūptis dn̄e. tertia. Quęsum⁹. vel Hęc nos.

¶ In octaua apostolorum Petri, ⁊ Pauli. Introitus. die. 6.



Sapiētiā sanctorū narrēt populi, ⁊ laudes eorum nunciet ecclesia: noīa autem eorū viuent in sęculum sęculi. ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, cuius dextera beatū Petrum ambulantem in fluctib⁹, ne mergeretur, erexit: ⁊ coapostolum ei⁹ Paulum tertiò naufragantē, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius: ⁊ concede: vt amborum meritis,

meritis, ęternitatis gloriam cō-
sequamur. Qui viuis ꝛ regnas.

Lectio libri Sapientię.

eccl. 44. HJ sunt viri misericordię, quorū iustitię obliuionē, nō accepērūt. Cū semine eoꝛuꝫ pérmanēt bona: hęreditas sancta nepotes eoꝝ. Et in testamētis stetit semē eoꝛū: ꝛ filij eoꝝ, ꝑpter eos in ęternū manēt, Generatio eoꝛū, ꝛ gloria eoꝛū, nō derelinquetur. Coꝛpoꝛa eoꝛū in pace sepulta sunt: ꝛ nomina eoꝛū viuēt in sęcula. Sapiētiaꝫ eoꝝ narrēt omnes populi: ꝛ laudē eoꝛū pꝛonūciet omnis ecclesia sanctoꝛum. Gradua. Justoꝛum animę in manu dei sunt ꝛ non tanget illos toꝛmentum malitię. ℣. Uisi sunt oculis insipientium moꝛi illi autē sunt in pace. Halah, halah. ℣. Uos estis, qui permansistis mecū in tentationibus meis: ꝛ ego dispono vobis regnū, vt sedeatis super thꝛonos, iudicantes duodecim tribus Jsrael. Haleluiah.

Sequē. S. euāg. ſm Mattheū.

c. 14. JN illo tēpoꝛe: Jussit Jesus discipulos ascendere in nauiculā, ꝛ pręcēdere eū trās fretū, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascēdit im mōtē solus oꝛare. Uespere autē facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim cōtrarius vēt⁹. Quarta aūt vigilia noctis, venit ad eos, ambulās supꝛa mare. Et videntes euꝫ supꝛa mare ambulātē, turbati sunt, dicētes: qꝛ phātasma est. Et pꝛę timoꝛe clamauērūt. Statimqꝫ locutus est eis Jesus, dicēs. Habete fiduciam: ego suꝫ: nolite timēre. Respōdens aūt Petrus dixit. Dn̄e, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Ueni. Et descēdens Petrus de nauicula, ambulabat super aquā, vt veniret ad Jesuꝫ. Uidēs verò ventum vālidum, timuit. Et cū cępisset mergi, clamauit dicēs. Domine, saluum me fac. Et cōtinuò extendēs Jesus manum, appꝛehēdit eum: ꝛ ait illi. Modicę fidei, quare dubitasti? Et cum ascēdisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venērunt, ꝛ adoꝛauērunt eum dicētes. Uerè fili⁹ dei es. dicitur Credo. Offertoꝛium. Exultabunt sancti in gloꝛia, lętabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eoꝛum. Secreta.

OFferimus tibi domine pꝛeces ꝛ munera: q̄, vt tuo sint digna cōspectu, apostoloꝛū tuoruꝫ Petri ꝛ Pauli pꝛecibus adiuuemur. Per dominum no.

Pręfatio de Apostolis. Cōio.

Justoꝛū aīę in manu dei sunt: ꝛ nō tanget illos toꝛmētū malitię: visi sunt oculis īsipiētiū moꝛi: illi aūt sunt in pace. Postcō.

PRotege domine populū tuuꝫ: ꝛ apostoloꝛum tuo-

rum Petri & Pauli patrocinio cōfidentem, perpetua defensione conserua. Per dominum n.

die. 10. ¶ In festo sanctorum mar. Septē fratrum, ac Ruffinę & Secundę virginum & martyrū. Introit⁹.



Laudate pueri dominū, laudate nomē dn̄i: qui habitare facit sterilē in domo matrem filiorū lętantem. ps. Sit nomē domini benedictū, ex hoc nūc, & vsq3 in seculu3. ℣ Gloria pa. Or̄o.

Presta, qs, om̄ps deus: vt q gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouim⁹, pios apud te i nr̄a intercessione sentiam⁹. P. Epist. Mulierē fortē. de cōi nec virg. nec mar. f. 257. Grad. Anima nostra, sicut passer erepta est de laqueo venātiū. ℣ Laqueus contrit⁹ est, & nos liberati sumus: adiutoriū nostru3 in nomine dn̄i, qui fecit cęlū & terram. Halleluiah, halleluiah. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenēs regna cęlestia. Halleluiah. Seq. sctī euang. s̄m Mattheū.

c. 12. In illo tp̄e: Loquēte Jesu ad turbas ecce mater eius & fratres stabāt foris, q̄rentes loq ei. Dixit aūt ei quida3. Ecce mater tua & fratres tui foris stāt quęrentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quę est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum suā in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei: Quicunque enim fécerit voluntatem patris mei, qui in cęlis est: ipse me⁹ frater, & soror, & mater est. Offert. Anima nr̄a, sicut passer erépta est de laqueo venātium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secreta.

Sacrificijs pręsentibus, quę sumus domine, intēde placatus: & intercedentibus sanctis tuis, deuotioni nostrę p̄ficiāt, & saluti. Per dominum. Cōio.

Quicunque fécerit voluntatē patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit dominus. Postcomunio.

Quęsumus, omnipotēs deus: vt intercedētibus sanctis tuis, illius salutaris capiam⁹ effectum, cui⁹ per hęc mysteria pignus accépimus. Per dn̄m.

¶ Sancti Pij papę & martyris. missa. Statuit ei dominus. vt in cōi vnius marty. pont. f. 239. die. 11.

¶ Sanctorum martyrum Naboris & Felicis. Missa. Intret i cōspectu tuo. de cōi plurimo. marty. f. 245. pręter orationē, quę dicitur vt infra. Oratio. die. 12.

Presta, quęsumus dn̄e: vt, sicut nos sanctorū martyrum tuoru3 Naboris & Felicis natalitia celebranda non deserunt:

runt: ita iugiter suffragijs comitentur. Per dominum. Secre.
Munera plebis tuę, q̄s dn̄e, sāctorū martyrū tuorū Naboris ꝛ Felicis fiat grata suffragijs: ꝛ quorum triūphis tuo noī offerūtur, ipsorū digna perficiātur ꝛ meritis. Per d. Postcōio.
Natalitijs sanctorum tuorum, q̄s domine, ꝛ sacramenti munere vegetati: bonis, q̄bus per tuā gratiā nunc fouemur, pfruamur ęternis. Per do.

die. 13. ¶ In festo scti Anacleti papę ꝛ marty. Missa. Sacerdotes dei. de cōi vni⁹ marty. pōtifi. f. 240.

die. 14. ¶ In festo scti Bonauēturę episcopi ꝛ confessoris. Introit⁹.



Sacerdotes tui dn̄e induant iustitiā, ꝛ scti tui exultēt: propter Dauid seruū tuū, nō auertas faciē Christi tui. ps. Memēto domine Dauid, ꝛ oīs māsuetudinis eius. ℣ Gloria pa. Oratio.
Exaudi, q̄s dn̄e, preces nostras: quas in beati Bonauēturę ꝯfessoris tui atq₃ pōtificis solēnitate deferim⁹: ꝛ q tibi digne meruit famulari, ei⁹ itercedētib⁹ meritis, ab oībus nos absolue peccatis. Per d. Epist.
Testificor corā deo. de cōi doctorū. fo. 250. Grad. Os iusti meditabitur sapientiā, ꝛ lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: ꝛ nō supplantabuntur gressus ei⁹. Halleluiah, halleluiah. ℣. Iurauit domin⁹, ꝛ nō pęnitebit eum: tu es sacerdos in ęternum secundū ordinē Melchisedech. Halleluiah. Euāge. Homo quidā peregre. de cōi cofesso. pontifi. fo. 249. Of.
Ueritas mea, ꝛ misericordia mea cū ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.
Sancti Bonauēturę ꝯfessoris tui atq₃ pōtificis q̄s domine, annua solennitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hęc pię placationis officia, ꝛ illū beata retributio comitetur, ꝛ nobis gratię tue dona ꝯciliet. Per dominum. Cōmunio. Beat⁹ seruus, quē cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amē dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcom.
Deus fideliū remunerator animarū, pręsta: vt beati Bonauēturę cōfessoris tui atq₃ pontificis, cuius venerandā celebram⁹ festiuitatē, p̄cib⁹ indulgentiā consequamur. Per do.

¶ Sancti Alexij confess. Intr. die. 17.



Os iusti meditabitur sapiētiā, ꝛ lingua ei⁹ loquet̄ iudiciū: lex dei ei⁹ i corde ip si⁹. ps. Noli ęmulari in malignan-

signātib⁹: nec zelaueris faciētes iniquitatē. ℣. Alle. Oro.

DEus, qui nos beati Alexij confessoris tui annua solennitate letificas: concede propitius: vt cui⁹ natalitia colim⁹, etiam actiones imitemur. Per.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Timotheum.

1.c.6 FRatres. Est questus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulim⁹ in hūc mundum: haud dubium q nec auferre quid possumus. Habētes autem alimēta, & quibus tegamur: his contenti simus. Nā qui volunt diuites fieri: incidūt in tentationem & in laqueū diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, que mergūt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorū, est cupiditas. Quod quidam appetentes, errauerunt a fide: & inseruerūt se doloribus multis. Tu autem o homo dei, hec fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatē, patientiam, māsuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam eternam. Graduale. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuā, & veritatem tuam per noctem. Halleluiah, halleluiah. ℣. Beatus vir qui suffert tentationē: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronā vite. Halleluiah. Euangelium. Ecce nos reliquim⁹ omnia: de cōmuni Abba. f. 253. Offe. Veritas mea & misericordia mea cū ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

LAudis tibi dñe hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per dñm. Communio. Beat⁹ seruus, quē cum venerit dominus inuenerit vigilantē: amen dico vobis, super omnia bona sua cōstituet eum. Postcommunio.

REfecti cibo potuque celesti de⁹ noster te supplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione percepimus, ei⁹ muniamur & precibus. Per do.

¶ Sācte Symphorose cum septē filijs martyrib⁹. Introitus. die. 18.



Clamauerūt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationib⁹ eorum liberauit eos. Ps. Benedicam dominū in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos cōcedis sanctorum martyrum tuorū, Symphorose & filiorū natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere.

dere. Per dominum. Epistola. Sancti per fidem vicérunt regna. de comuni plurimo. marty. fo. 247. Grad. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguētum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Haleluiah, haleluiah ℣. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia. Haleluiah. Euangelium. Attendite à fermento pharisęorum. de eodem communi. fol. 249. Offertorium. Letamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Munera tibi domine nostrę deuotionis offérimus: quę & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per do. Cōio. Quicunque fécerit voluntatem patris mei qui in cęlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit dominus. Postcommunio.

Presta nobis, quesumus, domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Symphorosa & filijs: vt, quę ore contingimus, pura mēte capiamus. Per dominum nostrum &c.

die. 20. ¶ Sanctę Margarite virginis & martyris. Missa. Me expectauérunt. de communi virginum & martyrum. folio. 254.

¶ Sāctę Praxedis virginis. Introitus. die. 21.



Loquebar de testimonijs tuis in cōspectu regum, & nō cōfundebar: & meditabar in mādatis tuis, q̄ dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria. Oro.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beatę Praxedis virginis tuę festiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur effectu. Per. Epist. De virginibus p̄ceptū dn̄i nō habeo. de cōi virginū. fo. 256. Gra. Dilexisti iustitiā: & odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te Deus tuus oleo letitię. Halah, halah. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: itēde, p̄sperè, p̄cede, & regna, Halah. Euāg. Simile est regnū cęlorū thesauro abscondito in agro. de eodē communi. fo. 255. Offer. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum, & in sęculū sęculi. Secreta.

Accepta tibi sit dn̄e sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorū se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per. Cōio. Simile est regnū cęlorū homini negociatori, quęrenti bonas

margaritas: inuenta vna precio sa margarita, dedit omnia sua, et comparauit eã. Postcõmunio.

Satiasti dñe familiam tuaz muneribꝰ sacris: eius, quę sumꝰ, interuẽtione nos réfoue, cuiꝰ solennia celebramꝰ. Per.

die. 22. ¶ In festo sanctę Marię Magdalenę. Introitus.



Me expectauérũt peccatores, vt perderent me: testimonia tua dñe intellexi: omnis consummationis vidi finem: latũ mandatũ tuũ nimis. ps. Beati immaculati in via, qui ambulát in lege domini. ℣. Gloria. Orõ.

Beatę Marię Magdalenę, q̃s domine, suffragijs adiuuemur: cuiꝰ p̃cibus exoratꝰ quatriduanũ fratrẽ Lázarum viuũ ab īferis resuscitasti. Qui viuis.

Lectio libri sapientię.

ca. 3. Surgam, et circuibo ciuitatem: per vicos et platéas quęraz quẽ diligit anima mea. Quęsiui illuz: et nõ inueni. Inuenérunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num, quẽ diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertrãsissem eos, inuéni quẽ diligit anima mea. Ténui eum, nec dimittã, donec introducam illum in domum matris meę, et in cubiculuz genitricis meę. Adiuro vos filię Jerusalem per cápreas, ceruósque camporũ: ne suscitetis, neq́z euigilare faciatis dilectã, donec ipsa velit. Pone me vt signaculũ super cor tuuz, vt signaculuz super brachium tuum: quia fortis est vt mors, dilectio: dura sicut infernus, ęmulatio. Lámpades eius, lámpades ignis, atq́z flãmarum. Aquę multę nõ potuérunt extinguere charitatez: nec flúmina obruẽt illam. Si déderit homo omnem substantiã domus suę pro dilectione: quasi nihil despiciet eam. Graduale.

Dilexisti iustitiã, et odisti iniq́tatem. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus óleo lętitię. Halláh, halláh. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deꝰ in ęternũ. Halláh. Euãgeliũ. Rogabat Jesum quidam phariseus. in feria quinta Dominicę passionis. fo. 69. dr̃ Credo. Offer. Filię regũ in honore tuo: ástitit regina à dextris tuis ĩ vestitu deaurato: circũdata varietate. Secr.

Munera nostra, quęsumus dñe, beatę Marię Magdalenę gloriosa merita tibi reddant accepta: cuius oblationis obsequiuz vnigenitus filius tuus clemẽter suscepit impensuz. Qui te. Cõmunio. Feci iudicium et iustitiã dñe, non calũnientur mihi superbi, ad oĩa mãdata tua dirigebar, omnem viaz iniquita-

quitatis odio habui. Postcõio.

S Umpto, quęsumus domine, vnico ac salutari remedio, corpore scilicet, ⁊ precioso sanguine tuo: ab oĩbus malis, sanctę Marię Magdalenę patrocinijs eruamur. Qui viuis.

die. 23. ¶ In festo sancti Apollinaris episcopi ⁊ martyris. Introitus.



Sacerdotes dei benedicite dominũ: sancti ⁊ humiles corde laudate deũ: ps. Benedicite oĩa opera dñi dño: laudate ⁊ superexaltate eũ i sęcula. ℣ Glia. Oro.

D Eus, fideliũ remunerator aĩarum, quiqz hũc diẽ bti Apollinaris sacerdotis tui martyrio ꝯsecrasti: tribue, q̃s, nobis famulis tuis: vt cui⁹ venerãdã celebramus festiuitatẽ, p̃cib⁹ ei⁹ indulgentiã ꝯsequamur. Per d.

Lectio epistolę b. Petri apli.

c. 5 C Harissimi: Seniores q in vobis sunt obsecro, consenior ⁊ testis Christi passionũ, q ⁊ ei⁹ q̃ i futuro reuelãda est, glorię cõicator. Pascite q i vobis est gregẽ dei: ꝓuidẽtes nõ coactè, sed spõtaneè ẜm deũ: neqz turpis lucri gratia, sed volũtariè: neque vt dominãtes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cũ apparuerit princeps pastorum, ꝑcipietis immarcessibilẽ glorię coronã. Similiter adolescẽtes subditi estote seniorib⁹. Oẽs enim inuicẽ humilitatẽ insinuate. Quia deus superbis resistit, humilib⁹ aũt dat gratiã. Humiliamini igitur sub potẽti manu dei: vt vos exaltet in tẽpore visitationis: omnẽ solicitudinẽ vestrã ꝓijciẽtes in eũ, quoniã ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, ⁊ vigilate: q2 aduersari⁹ vester diabol⁹ tãquàm leo rugiẽs circuit, quęrens quẽ deuoret. Cui resistite, fortes in fide: sciẽtes eã dẽ passionẽ ei quę in mũdo est, vestrę fraternitati fieri. Deus aũt omnis gratię, qui vocauit nos in ęternã suã gloriã in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, cõfirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, ⁊ imperium in sęcula sęculorũ. Amen. Grad.

I Nueni Dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meũ confortabit eũ. ℣ Nihil ꝓficiet inimic⁹ in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Haľah, haľah. ℣ Jurauit dñs: ⁊ non pęnitebit eum: tu es sacerdos in ęternum secundum ordinẽ Melchisedech. Haľah.

Sequen. S. euang. ẜm Lucam.

I N illo tpe: Facta est cõtẽtio inter discipulos, quis eorũ videretur esse maior. Dixit autẽ eis Jesus. Reges gẽtiũ dominãtur eorũ, ⁊ q potestatẽ habẽt super eos, benefici vocantur c. 22.

tur

tur. Uos autẽ non sic. Sed qui
maior est in vobis, fiat sicut mi-
nor: ⁊ q̄ precessor est, sicut mini-
strator. Nã quis maior est: qui
recũbit, an qui ministrat? Nõ-
ne qui recumbit? Ego autez in
medio vestrũ sum, sicut qui mi-
nistrat. Uos autẽ estis, qui per-
mansistis mecum in tentationi-
bus meis. Et ego dispono vo-
bis, sicut disposuit mihi pater
meus, regnum: vt edatis ⁊ biba
tis super mensam meã in regno
meo: ⁊ sedeatis super thronos,
iudicantes duodecim trib⁹ J-
srael. Offerto. Ueritas mea, ⁊
misericordia mea cũ ipso: ⁊ i noie
meo exaltabit cornu eius. Sec.
REspice dñe propitius sup
hec munera: que pro beati
sacerdotis ⁊ martyris tui Apol
linaris cõmemoratione deferi-
mus, ⁊ p̄ nostris offensionib⁹
immolamus. Per do. Cõmu.
Domine quinq; talẽta tradidi
sti mihi: ecce alia quinq; super-
lucrat⁹ sum: euge serue fidelis,
q̄a in pauca fuisti fidelis, supra
multa te constituã, intra in gau-
diũ domini tui. Postcõmunio.
TUa sancta sumẽtes, quesu
m⁹ domine: vt beati Apol
linaris nos foueant continuata
presidia: quia nõ desinis propi
tius intueri, quos talibus auxi-
lijs cõcesseris adiuuari. Per d.
die ℭ Missa vigilie sancti Jacobi
24. dicat de cõi in vigilia vni⁹ Apo
stoli. Et pro commemor. sancte
Christine virginis ⁊ martyris,
dicit oratio. Indulgẽtiã. cũz
sua secreta, ⁊ postcõione de cõi
virg. ⁊ mar. f. 254. ⁊ tertia oro
dr̃ de S. M. Concede nos fa.
ℭ Si festum sancti Jacobi ve-
nerit feria ij. de vigilia fit cõme.
in Missa sancti Apollinaris, de
sancta Christina in dominica.
ℭ In festo sancti Jacobi apo- die
stoli. Introitus. 25.



MIhi autẽ ni-
mis honora
ti sunt amici
tui deus, ni-
mis confor-
tat⁹ est prin-
cipatus eorũ.
Ps. Dñe p̄-
basti me, ⁊ cognouisti me: tu co
gnouisti sessionẽ meã, ⁊ resurre
ctionẽ meã. ℣. Glia pa. Oro.
ESto dñe plebi tue sanctifi
cator ⁊ custos: vt, apostoli
tui Jacobi munita presidijs, ⁊
conuersatione tibi placeat, ⁊ se-
cura mente deseruiat. Per do.
In missis priuatis pro comme.
sancti Christophori martyris,
oratio. Presta quesumus om
nipotens deus. de communi
vni⁹ mar. folio. 241. In Missa
solẽni nulla cõm. fit de eodem.
Lectio epistole beati Pauli a-
stoli ad Corinthios.
FRatres: Puto, quod deus 1. C. 4.
nos apostolos nouissimos
ostendit, tanquã morti destina
tos: quia spectaculũ facti sumus
mundo,

mūdo, ⁊ angelis, ⁊ hominibus. Nos stulti ꝓpter Christū: vos aūt prudētes in Christo. Nos infirmi: vos aūt fortes. Vos nobiles, nos aūt ignobiles. Usqꝫ in hāc horā ⁊ esurimꝰ, ⁊ sitimꝰ, nudi sumꝰ, ⁊ colaphis cędimur, ⁊ īstabiles sumꝰ, ⁊ laboramꝰ operātes manibꝰ nostris. Maledicimur, ⁊ benedicimꝰ. Persecutionē patimur: ⁊ sustinemꝰ. Blasphemamur: ⁊ obsecramus. Tāquā purgamēta huiꝰ mūdi facti sumꝰ, omniū peripema vsqꝫ adhuc. Non vt confundā vos, hęc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. Nam, si decē milia pędagogorū habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Jesu, per euangelium ego vos genui. Grad. Constitues eos principes super omnem terram: memores erūt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, ꝓpterea populi cōfitebuntur tibi. Haľah, haľah. ℣. Ego vos elegi de mūdo, vt eatis, ⁊ fructum afferatis, ⁊ fructus vester maneat, Haleluiah. Seq. scti euāg. sm Mattheum.

c. 20. In illo tpe: Accessit ad Jesuz mater filiorū Zebedęi cū filijs suis, adorās ⁊ petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeāt hi duo filij mei, vnꝰ ad dexterā tuā ⁊ vnꝰ ad sinistrā in regno tuo. Respōdēs aūt Jesꝰ dixit. Nescitis qd petatis. Potestis bibere calicē, quē ego bibiturꝰ suz? Dicūt ei. Possumꝰ. Ait illis. Calicē qdē meū bibetis: sedere aūt ad dexterā meā ⁊ sinistrā, nō est meū dare vobis: sed quibꝰ paratum est à patre meo. Dicit. Credo. Offert. In omnem terrā exiuit sonus eorū, ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Oblationes populi tui, quęsumus domine, beati apostoli tui Jacobi passio beata cōciliet: ⁊, quę nostris, nō apta sunt meritis, fiant tibi placita eiꝰ deprecatione. Per do. Prefatio de Apostolis. fo. 120. Cōmu. Uos, q secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcom.

Beati apostoli tui Jacobi quęsumus domine, intercessione nos adiuua: pro cuius festiuitate percēpimus tua sancta lętantes. Per dominum n.

¶ Sancti Pantaleonis martyris, Missa. Lętabitur iustus. de communi vniꝰ mart. f. 242. die. 27.

¶ In festo sanctorū Nazarij, Celsi, ⁊ Uictoris martyrū, ⁊ Innocentij Papę ⁊ confessoris, Missa. Intret i cōspectu. f. 245 cum Epistola. Reddidit deꝰ mercedē. 247. De cōi plurimorz martyrum, pręter orationes, quę dicuntur vt infra. Oratio. die. 28.

Sanctorū tuorum nos dn̄e Nazarij, Celsi, Uictoris, ⁊ Innocentij confessio beata com-

ta communiat: ⁊ fragilitati nostrę subsidiũ dignanter exoret. Per dominum nost. Secreta.

C Oncede nobis omnipotens deus: vt his muneribus, quę pro sanctorum tuorũ Nazarij, Celsi, Victoris, ⁊ Innocẽtij honore deferimus, ⁊ te placemus exhibitis, ⁊ nos viuificemur acceptis. P. d. Postcõ.

S Anctorũ Nazarii, Celsi, Victoris, ⁊ Innocẽtij domine intercessione placatus, p̄sta quęsumus: vt, quod temporali celebram⁹ actione, ꝑpetua saluatione capiamus. Per do.

die 29. ¶ In festo sanctę Marthę virginis. Introitus.



Dilexisti iustitiã, ⁊ odisti iniquitatẽ: ꝓpterea vnxit te de⁹, de⁹ oleo letitię, prę consortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

E Xaudi nos deus salutaris noster: vt, sicut de beatę Marthę virginis festiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur effectu. Per dñm. Pro cõmemoratione sanctorum marty. Felicis, Simplicij, Faustini, ⁊ Beatricis. Oratio.

P Ręsta q̄s domine: vt, sicut populus Christian⁹ martyrum tuorum Felicis, Simplici, Faustini, ⁊ Beatricis temporali solennitate congaudet, ita perfruatur ęterna: ⁊ qđ votis celebrat, comprehendat effectu. Tertia oratio. A cunctis. Epistola. Qui gloriatur, in domino glorietur. de communi virginum. folio. 255. Graduale.

S pecie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, prospere procede, ⁊ regna. ℣. Propter veritatẽ, ⁊ mansuetudinem, ⁊ iustitiam, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Halah, haleluiah. ℣. Adducẽtur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi in lętitia, Halah. Euange. Intrauit Jesus i quoddã cast. vt in festo Assumptionis Beatę Marię. f. 222. Offer. Filię regũ in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Secre.

A Ccepta tibi sit dñe sacratę plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorũ: quorũ se mẽritis de tribulatione percepisse cognoscit auxiliũ. Per dñm. Pro cõmemoratione sanctorum marty. Felicis, Simplicij, Faustini, ⁊ Beatricis. Secreta.

H Ostias tibi dñe pro sanctorum martyrũ tuorũ Felicis, Simplicij, Faustini, ⁊ Beatricis cõmemoratione deferim⁹, suppliciter deprecantes: vt indulgentiã nobis pariter conferãt, ⁊ salutẽ. Cõio. Quinque pruden-

prudentes virgines accepérũt oleum in vasis suis cũ lampádibus: media aũt nocte clamor factus est, ecce sponsus venit: exite obuiá Christo dño. Postcõio.

Satiasti dñe familiá tuá muneribꝰ sacris: eiꝰ, q̃s, semp interuẽtione nos réfoue: cuiꝰ solénia celebramꝰ. Per dominũ.

Pro cõmemoratione sanctorũ martyꝝ Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis. Postcõio.

PResta, quesumꝰ, omnipotens deus: vt sanctorum martyruz tuorũ Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis celestibꝰ mysterijs celebrata solennitas, indulgentiam nobis tue propitiationis acquirat.

die. 30. ¶ Sanctorum martyrum Abdon ꝛ Sennen. Introitus.



Intret in cõspectu tuo domine gemitꝰ cõpeditorũ: redde vicinis nostris séptupluz in sinu eoꝝ: vindica sanguinez sanctorũ tuorũ qui effusus est. ps. Deus, venérunt gentes in hereditaté tuam: polluérũt téplũ sanctũ tuũ: posuérunt Jerusalé in pomoꝝ custodiá. ℣. Glia. oro.

DEus qui sanctis tuis Abdon ꝛ Sennen ad hãc gloriá veniẽdi copiosuz munꝰ gratie cõtulisti: da famulis tuis suorum véniá peccatorũ: vt sanctorum tuorũ intercedentibus meritis, ab omnibꝰ mereamur aduersitatibus liberari. Per do.

Episto. Exhibeamus nosmetipsos. de cõi plurimoruz mar. fo. 247. Gra. Gloriosus deꝰ in sanctis suis: mirabilis in maiestate: faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est i virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Halaꝉh, halaꝉh. ℣. Justorum aie in manu dei sunt: ꝛ nõ tanget illos tormẽtũ malitie. Halaꝉh. Euangelium. Vidẽs Jesus turbas. de eodẽ communi. fo. 248. Offertoriũ.

Mirabilis deꝰ in sanctis suis: deus Israel ipse dabit virtutẽ, ꝛ fortitudinem plebi sue: benedictus deus. Secreta.

HAec hostia, quesumus domine, quá in sanctoꝝ martyruz tuorum natalitijs recensentes offérimus, ꝛ vincula nostre prauitatis absoluat, ꝛ tue nobis misericordie dona cõciliet. Per dominum. Communio.

Posuérunt mortalia seruorũ tuorũ domine escas volatilibꝰ celi: carnes sanctorũ tuoruz bestijs terre: secundũ magnitudinẽ brachij tui, possíde filios morte punitorũ. Postcommunio.

PEr huius dñe operationẽ misterij, ꝛ vitia nostra purgẽtur, ꝛ intercedentibꝰ sanctis tuis Abdon, ꝛ Sennen, iusta desideria cõpleantur. Per dñm.

¶ Festa

Festa Augusti.

Die. I. In festo sancti Petri ad vincula. Introitus.



Nunc scio verè, quia misit dominus angelũ suũ: & eripuit me de manu Herodis, & de oĩ expectatione plebis Judęoꝝ. Ps. Dñe ꝓbasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã, & resurrectionẽ meã. ℣. Glia. Oratio.

Deus, qui beatum Petrum apostolũ, à vinculis absolutũ, illęsum abire fecisti: nostrorum, quęsumus, absolue vincula peccatorum: & omnia mala à nobis ꝓpitiat⁹ exclude. Per d.

Deinde fit commemoratio de sancto Paulo. Oratio.

Deus, qui multitudinẽ gẽtium beati Pauli apostoli prędicatione docuisti: da nobis, quęsumus: vt cuius cõmemorationem colim⁹, eius apud te patrocinia sentiamus. Pro commemoratione sanctorũ martyrum Machabeorum. Oratio.

Fraterna nos dñe martyrum tuorum corona lętificet: quę & fidei nostrę p̃beat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio cõsolet̃. Per do. Epist. Misit Herodes rex manus. vt in festo apostolorũ Petri & Pauli. f. 208. Gra. Constitues eos principes sup omnẽ terrã, memores erũt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi. Al'ah, Hal'ah. ℣. Solue iubẽte deo terrarum Petre catenas: qui facis, vt pateant cęlestia regna beatis, Hal'ah. Euange. Venit Jesus ĩ partes Cęsareę Philippi. ibidẽ vbi epist. f. 208. Et dicitur Credo. Offert. Constitues eos principes sup omnẽ terrã: memores erũt nominis tui dñe in oĩ ꝓgenie & gñatione. Secr.

Oblatum tibi domine sacrificium, intercedente beato Petro apostolo tuo, viuificet nos semper, & muniat. Per do. Pro sancto Paulo. Secreta.

Apostoli tui Pauli p̃cibus domine plebis tuę dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis.

Pro commemo. sanctorũ martyrum Machabeorum. Secre.

Iterata mysteria dñe, pro sanctorũ martyrũ tuorum cõmemoratione, deuota mẽte tractem⁹: quib⁹ p̃sidium nobis crescat & gaudium. Per. Prefa. de aplis. f. 120. Cõio. Tu es Petr⁹: & super hanc petrã ędificabo ecclesiã meam. Postcõ.

Corporis sacri, & preciosi sanguinis repleti libamine, q̃s dñe de⁹ noster: vt, qđ pia deuotione gerimus, certa redẽptione

ptione capiamus. Per domi.
Pro sancto Paulo. Postcõio.
PErceptis dñe sacramẽtis, beatis apostolis interuenientibus deprecamur: vt, quę pro illorũ celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam.
Pro commemoratione sanctorum Machabeorũ. Postcõio.
PRęsta, q̃s, op̃s de⁹: vt quorum memoriã sacramenti participatione recolimus, fidẽ quoq; ꝑficiẽdo sectemur. Per.

Die. 2. ¶ Sancti Stephani Papę, & martyris. Introitus.



SAcerdotes ei⁹ induãt salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. Ps. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.
DEus, qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua solennitate lętificas: cõcede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdẽ etiam ꝓtectione gaudeamus. Per dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum, qui te.
Lectio actuum Apostolorum.
c.20. IN dieb⁹ illis. A Mileto Paul⁹ mittẽs Ephęsum: vocauit maiores natu ecclesię. Qui cum venissent ad euz, & simul essent, dixit eis. Uos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscũ per omne tempus fuerim, seruiens domino cuz omni humilitate & lacrymis, & tentationibus, quę mihi acciderunt ex insidijs Judęorũ: quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium, quomin⁹ annunciarem vobis, & docerez vos publicè, & per domos, testificans Judęis atque gentilibus in deum pęnitentiaz & fidem in dominum nostruz Jesuz Christum. Grad. ECce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legẽ excelsi. Haleluiah, haleluiah. ℣. Tu es sacerdos in ęternum, secundũ ordinẽ Melchisedech. Haleluiah. Euangeliũ. Si quis vult venire post me. de communi vnius marty. pontif. fo. 240.
Offertoriuz. INueni Dauid seruũ meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Secreta.
MUnera tibi domine dicata sanctifica: & intercedente beato Stephano martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placat⁹ intende: Per dominũ.
Commu. DOmine quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque super lucrat⁹ sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã: intra i gaudiũ dñi tui. Postco.

Haec nos cōio dn̄e purget à crimine: & intercedēte beato Stephano martyre tuo atque pontifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dn̄m.

die. 3. ¶ In Inuentione scti Stephani protomartyris, ad Missā oia dn̄r de natali eius. f. 12. Et vbi dr̄ i oroone natalitia celebram⁹, dicat̄ Inuentionē celebramus

die. 4. ¶ In festo sancti Dominici cōfessoris. Introitus.



Os iusti meditabit̄ sapiētiā: & lingua eius loquet̄ iudiciuz: lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹. ps. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatē. ℣. Gloria patri, & fi. Oratio.

Deus, q ecclesiā tuā, beati Dominici cōfessoris tui illuminare dignat⁹ es meritis & doctrinis, ↄcede: vt ei⁹ intercessione tēporalib⁹ non destituat̄ auxilijs, & spiritualibus semper ꝓficiat incrementis. Per dn̄m. Epistola. Testificor corā deo. de cōi doctor. fo. 250. Grad.

Iust⁹ vt palma florebit: sicut cedr⁹ libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annūciādum mane misericordiam tuā, & veritatem tuam per noctem. Halł'ah, hal'ah. ℣. Justus germinabit sicut liliū: & florebit in ęternuz ante dominū. Hal'ah. Euang. Sint lumbi vestri pręcincti. de cōmuni confess. non pontificū. f. 251. Offert. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica: vt meritis beati Dominici confessoris tui, nobis proficiant ad medelā. Per do. Cōio. Fidelis seru⁹ & prudēs, quē cōstituit dn̄s super familiā suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōmunio.

Concede, q̄s, omnipotens de⁹: vt, q peccatorum nostroruz pōdere prēmimur, beati Dominici cōfessoris tui patrocinio subleuemur. Per dn̄m.

¶ In dedicatione sanctę Marię ad Niues, Missa. Salue sācta parens. vt in missis votiuis beatę Marię virginis à Pētecoste vsque ad Aduentum. fol. 265. Et dicitur Credo. Prefatio de Sancta Maria. Et te in Festiuitate beatę Marię. folio. 119. die. 5.

¶ In festo Transfigurationis dn̄i nostri Jesu Christi. Intro. die. 6.



Illuxerunt coruscationes tuę orbi terrę: commota est, & contremuit terra. Psal. Quaz dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū: concu-

piscit, ⁊ deficit anima mea ī atria
domini. ℣. Gloria p. Oratio.
DEus, qui fidei sacramen-
ta in vnigeniti tui glorio-
sa Transfiguratione patrū testi
monio roborasti: adoptionem
filiorum perfectā, voce delapsa
in nube lucida, mirabiliter prę-
signasti: cōcede propitius: vt ip
sius regis glorię nos coheredes
efficias, ⁊ eiusdē glorię tribuas
esse consortes. Per eundez do.
Pro commemoratione sancto-
rum martyrum Xisti, Felicissi-
mi, ⁊ Agapiti. Oratio.
DEus qui nos cōcedis san
ctorū martyrum tuorū Xi
sti, Felicissimi, ⁊ Agapiti natali-
tia colere: da nobis ī ęterna bea
titudine de eorū societate gau
dere. Per dominū. Lectio epi-
stole beati Petri apostoli.
2.c.1. CHarissimi: Nō doctas fa
bulas secuti, notā fecimus
vobis dñi nostri Iesu Christi
virtutē ⁊ psentiā: sed speculato-
res facti illiꝰ magnitudinis. Ac
cipiēs enim à deo patre honorē
⁊ gloriā, voce ad eū delapsa hu
iusmodi à magnifica glia. Hic
est filiꝰ meꝰ dilectꝰ, in quo mihi
cōplacui: ipm audite. Et hāc vo
cē nos audiuimus de cęlo alla-
tā: cū essemꝰ cū ipso in mōte san
cto. Et habemus firmiorē pro-
pheticum sermonē: cui benefa-
citis attendentes, quasi lucernę
lucēti in caliginoso loco: donec
dies illucescat, ⁊ lucifer oriatur

in cordibus vestris. Gradua.
SPeciosus forma prę filijs ho
minū: diffusa est gratia in labijs
tuis. ℣. Eructauit cor meū ver-
bū bonū: dico ego opera mea re
gi. Aľah, haľah. ℣. Cādorē
lucis ęternę: speculū sine macula
⁊ imago bonitatis illiꝰ. Haľah.
Sequē. S. euāg. fm Mattheū.
IN illo tpe: Assumpsit Ie- c.17.
sus Petrū, ⁊ Iacobum, ⁊
Iohānez fratrē eius, ⁊ duxit il-
los in montē excelsum seorsuz:
⁊ trāsfiguratus est ante eos. Et
resplēduit facies eiꝰ sicut sol, ve
stimenta aūt eiꝰ facta sunt alba
sicut nix. Et ecce apparuērunt il
lis Moyses ⁊ Elias, cum eo lo-
quentes. Respondens autem
Petrus dixit ad Iesum. Domi
ne, bonū est nos hic esse. Si vis,
faciamus hic tria tabernacula:
tibi vnum, Moysi vnuz, ⁊ Elię
vnum. Adhuc eo loquēte, ecce
nubes lucida obumbrauit eos.
Et ecce vox de nube, dicens.
Hic est filius meus dilectus, in
quo mihi bene cōplacui: ipsum
audite. Et audientes discipuli,
ceciderunt in faciem suam, ⁊ ti-
muērunt valde. Et accessit Ie-
sus, ⁊ tetigit eos: dixitque eis.
Surgite, ⁊ nolite timere. Leuā
tes autem oculos suos, neminē
vidērunt nisi solum Iesum. Et
descendentibus illis de mōte,
pręcepit eis Iesus, dicens. Ne
mini dixeritis visionez: donec
filius hominis à mortuis resur

gat; dicitur Credo. Offerto. Gloria ⁊ diuitię in domo eius, ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi, Haleluiah. Secre.

Oblata, q̄s domine, munera, gloriosa vnigeniti tui Trāsfiguratione sanctifica: nósque à peccatorum maculis, splēdoribus ipsius illustrationis emunda. Per eundem dominum no. Pro commemoratione sanctorum martyrum Xisti, Felicissimi, ⁊ Agapiti. Secre.

Munera tibi dn̄e nostrę deuotionis offérimus: quę ⁊ pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: ⁊ nobis salutaria te miserāte reddantur. Per domi. Prefatio de Natiuitate dn̄i. Quia per incarnati, f. 114.

Cōmunio. Visionem quam vidistis, némini dixéritis: donec à mortuis resurgat filius hominis. Postcommunio.

Presta, quęsum⁹ omnipotens deus: vt sacrosancta Trāsfigurationis mysteria, quę solenni celebramus officio, purificatę mentis intelligentia cōsequamur. Per dominum no. Pro commemoratione sanctorum martyrū Xisti, Felicissimi, ⁊ Agapiti. Postcommunio.

Presta nobis, quęsumus domine, intercedentibus sanctis tuis Xisto, Felicissimo, ⁊ Agapito: vt, quę ore contingimus, pura mēte capiam⁹. Per dominum nostrum Jesum ⁊c.

¶ Sancti Donati episcopi ⁊ martyris. Introitus. die. 7.



Sacerdotes dei benedicite dn̄m: sancti ⁊ humiles corde laudate deū. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri, ⁊c. Oratio.

Deus tuorum gloria sacerdotum: pręsta, quęsumus: vt sancti martyris tui ⁊ episcopi Donati, cui⁹ festa gérimus, sentiamus auxiliū. Per dominū. Epistola. Omne gaudiū existimate fratres mei, de communi vnius martyris. f. 242. Gra. Os iusti meditabit sapiētiā: ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsi⁹: ⁊ nō supplantabuntur gressus eius. Hal'ah, hal'ah. ℣. Just⁹ non cōturbabitur: quia dominus firmat manum eius. Hal'ah. Euangelium. Videte, vigilate, de communi cōfessorū pontificū. f. 250. Offer. Inueni Dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eum: man⁹ enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachiū meum confortabit eū. Secre.

Presta, quęsum⁹ domine vt sancti martyris tui ⁊ episcopi Donati intercessione, quē ad laudem nominis tui dicatis mune-

muneribus honoram⁹, pię nobis fruct⁹ deuotionis accrescat. Per dominum. Communio. Fidelis seru⁹ & prudens: quē constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

Omnipotens & misericors deus, qui nos sacramētorum tuorum & participes efficis & ministros: p̄sta quęsumus: vt intercedēte beato Donato martyre tuo atq; pontifice, eiusdez proficiamus & fidei consortio, & digno seruitio. Per dominuz nostrum Jesum Christum &c.

die. 8 ¶ In festo Sanctorum martyrum Cyriaci, Largi, & Smaragdi. Introitus.



Timete dominum oēs sancti eius, qm̄ nihil deest timentibus eū: diuites eguērūt, & esuriērūt: inquirentes autem dominū nō deficient omni bono. ps. Benedicam dominum in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, q nos annua beatorum martyrum tuorū Cyriaci, Largi, & Smaragdi solēnitate lętificas: concede propitius: vt, quorum natalitia colimus, virtutez quoq; passionis imitemur. Per dominum no.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

Fratres: Gratias agimus deo sine īter missione: quoniā cū accepissetis à nobis verbū auditus dei, accepistis illud non vt verbuz hominuz, sed sicut est verè, verbuz dei, qui operatur in vobis qui credidistis. .c.2

Uos enim imitatores facti estis, fratres: ecclesiarū dei, quę sunt in Judęa, in Christo Jesu: quia eādem passi estis & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi à Judęis: qui & dominum occidērūt Jesum, & prophetas: & nos persequuti sunt: & deo nō placent: & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentib⁹ loqui: vt salui fiant: vt impleant peccata sua semper. Peruēnit enim ira dei super illos vsq; in finem. Graduale. Timete dominū omnes sancti ei⁹: quoniam nihil deest timentib⁹ eū. ℣. Inquirentes autem dominum, non deficiēt omni bono. Halłah, hałłah. ℣. Fulgebunt iusti: & tanquā scintillę in arūdineto discurrēt in ęternū, hałłah.

Seq. sancti euang. scd'm Marcū.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Euntes in mūdū vniuersuz p̄dicate euāgeliū oī creaturę. Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit, salu⁹ erit. Qui xo nō crediderit cōdēnabit. Signa autē eos qui crediderint, hęc sequētur. In no- ca. 19

mine meo demonia eijciēt: linguis loquentur nouis: serpentes tollēt: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super egros manus imponēt, & bene habebunt. Offer. Letamini in dño, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secr.

Accepta sit in cōspectu tuo dñe nostra deuotio: & eorū nobis fiat supplicatione salutaris, pro quorū solēnitate defertur. Per do. Cōio. Signa aūt eos, qui in me credūt, hec sequentur, demonia eijcient: super egros manus imponent, & bene habebunt. Postcommu.

Refecti participatione muneris sacris, qs, dñe deus noster: vt quoz exequimur cultū, sentiamus effectū. Per domi.

die. 9. ¶ In vigilia Sancti Laurētij martyris. Introitus.



Dispsit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculuz seculi: cornu eius exaltabit in gloria. ps. Beatus vir qui timet dominū: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris: & intercessione beati Laurētij martyris tui, cuius preuenimus festiuitatez, perpetuam nobis misericordiā benignus impende. Per do.

Pro commemoratione Sācti Romani martyris. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt intercedente beato Romano martyre tuo, & à cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mūdemur in mēte. Per dominū. Tertia oratio de sancta Maria. Concede nos.

Si festum Sancti Laurentij venerit feria secunda, de vigilia fit cōmemora. i sabbatho, & de sancto Romano in dominica. Ubi autez fuerit ecclesia collegiata, in sabbatho dicat etiā missa de vigilia. Lectio libri sapientie.

Confitebor tibi dñe rex, & collaudabo te deū saluatorē meū. Confitebor nōi tuo: qm̄ adiutor & protector factus es mihi: & liberasti corpus meū à perditione: à laqueo lingue inique, & à labijs operātiū mēdaciū: & in cōspectu persequentiū factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundū multitudinē misericordie nōis tui à rugientibus preparatis ad escā, de manibus querentium animaz meā: & de portis tribulationum que circūdederūt me: à pressura flamme que circundedit me: & in medio ignis nō sum estuatus. De altitudine vētris inferi: & à lingua coinquinata, & a verbo mēdacij: à rege iniquo: & à lingua iniusta: Laudabit vsque ad mortē anima ec. 51.

ma mea dominũ: quoniã eruis sustinentes te: & liberas eos de manu angustię, domine de⁹ noster. Graduale. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. ℣. Potẽs in terra erit semen eius, generatio rectorũ benedicet. Euãg. Siquis vult venire post me. de cõi vni⁹ mart. fol. 233. Offert. Oratio mea mũda ẽ: & ideo peto, vt detur loc⁹ voci meę in cęlo: q ibi est iudex me⁹, & cõscius meus: in excelso ascendat ad dominũ deprecatio mea. Secre. Hostias domine, quas tibi offerimus, propitius suscipe: & intercedente beato Laurẽtio martyre tuo, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per do.

Pro commemoratione sancti Romani martyris. Secreta.

Accepta sit in cõspectu tuo dñe nr̃a deuotio: & ei⁹ nobis fiat supplicatione salutaris, p cui⁹ solẽnitate defertur. Tertia de S. M. Cõio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. Postcommunio. Da, q̃s, dñe deus noster: vt, sicut beati Laurentij martyris tui cõmemoratione, tẽporali gratulamur officio, ita perpetuo lętemur aspectu. Per d.

Pro commem. sancti Romani martyris. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, q̃s, dñe de⁹ noster: vt sancti Romani martyris tui, cuius exequimur cultũ, sentiam⁹ effectũ. Tertia de S. M.

¶ In festo scti Laur. mar. Int. die. 10.



Confessio & pulchritudo in cõspectu eius: sanctitas & magnificẽtia in sanctificatione eius. ps. Cãtate domino canticũ nouum: cãtate domino omnis terra. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat &c. Oratio. Da nobis, quęsumus omnipotens deus, vitiorum nostrorũ flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incẽdia superare. Per dominum no.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Qui parcè seminat, parcè & metet. Et qui 2. c. 9
seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: vnusquisque prout destinauit in corde suo: nõ ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potẽs est autem deus omnem gratiam abũdare facere in vobis: vt ĩ omnibus semper omnem sufficientiã habentes, abundetis in omne opus bonum: sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculũ secu-

li. Qui autē administrat semen seminānti, ꝛ panē ad māducandum prestabit. Et multiplicabit semē vestrū: ꝛ augebit incremēta frugū iustitię vestrę. Grad.
Probasti domine cor meū ꝛ visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti. ꝛ nō est inuenta in me iniquitas. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonū opus operatus est: qui per signū Crucis cęcos illuminauit, alleluia.
Sequentia sancti euangelij secundum Johannem.
c.12. In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Amē amē dico vobis: nisi granū frumēti cadēs in terrā, mortuū fuerit: ipsuz solū manet. Si autem mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat animam suam, perdet eam: ꝛ qui odit animam suam in hoc mundo, in vitā ęternam custodit eam. Siquis mihi ministrat, me sequat, ꝛ vbi ego suz, illic ꝛ minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit: honorificabit eū pater meus, qui est in celis. nō dicitur Credo. nisi in ecclesia propria, ꝛ nisi venerit in dominica. Offert. Cōfessio ꝛ pulchritudo in conspectu eius, sanctitas ꝛ magnificētia in sanctificatione eius. Secreta.
Accipe, q̄s dn̄e, munera dignāter oblata: ꝛ beati Laurētij suffragātibus meritis, ad nostre salutis auxiliū pervenire cōcede. Per dominum. Cōmu.
Qui mihi ministrat, me sequatur: ꝛ vbi ego suz, illic ꝛ minister meus erit. Postcommunio.
Sacro munere satiati, supplices te domine deprecamur: vt, quod debitę seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurētio martyre tuo, saluationis tuę sentiamus augmentum. Per dominū nostrū Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vni.
¶ Infra octauā sancti Laurētij fit idem officium quod in die: ꝛ post oratione diei dicitur oratio de festo simplici occurrente, tertia de S. Maria. Cōcede.
¶ Pro comme. sanctoruz martyr. Tyburtij ꝛ Susannę. Orō. die. 11.
Sanctorū martyrum tuorum Tyburtij ꝛ Susannę nos domine foueant continuata presidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs cōcesseris adiuuari. Per dominum nostrū. tertia oratio de S. Maria. Cōcede. nisi venerit in dominica: tūc enim tertia oratio erit de sanctis. Secre.
Adesto domine precibus populi tui: adesto muneribus: vt, quę sacris sunt oblata mysterijs, tuorum tibi placeant intercessione sanctorū. Per dominum nostrum. Postcōmu.
Sumpsimus domine pignus redēptionis ęternę: quod sit nobis, quęsumus, interueniētibus sanctis martyribus tuis, vitę

vitę pręsentis auxiliuz pariter, & futurę. Per dominū nostruz.

¶ Pro commemoratione sancte Clarę virginis. Oratio.

die. 12. Exaudi nos deus salutaris noster: vt, sicut de beatę Clarę virginis festiuitate gaudem⁹, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per d. Tertia orō de S. Maria. Concede. Sec.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorū: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominū. Postcōmunio.

Satiasti dn̄e familiā tuā muneribus⁹ sacris: eius q̄s semper interuētione nos rēfoue, cuius solēnia celebram⁹. Per d.

¶ Pro commemoratione Sāctorum martyrum Hippolyti, & Cassiani. Oratio.

die. 13. Da, q̄s, omnipotēs deus: vt, beatorū martyrū tuorū Hippolyti, & Cassiani veneranda solennitas, & deuotionē nobis augeat & salutē. Per do. Tertia oratio, de sancta Maria. Concede nos famu. Secreta.

Respice dn̄e munera populi tui sanctorum festiuitate votiua: & tuę testificatio veritatis nobis proficiat ad salutez Per domi. Postcommunio.

Sacramentorum tuorū domine communio sumpta nos saluet: & in tuę veritatis luce confirmet. Per dominum.

¶ In vigilia Assumptionis beatę marię virg. Introitus. die. 14.



Vultum tuū deprecabūtur omnes diuites plebis: adducētur regi virgines post eā: proximę ei⁹ adducent tibi, i lętitia & exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. V. Gloria pat: nō dicit Gloria in excel. Orō.

Deus, qui virginalē aulā beatę Marię virginis, in qua habitares, eligere dignat⁹ es: da, quęsumus: vt sua nos defensione munitos, iucundos facias suę iteresse festiuitati. Qui viuis & regnas cum deo patre.

¶ Pro commemoratione sancti Laurentij. Oratio.

Da nobis, quęsumus, omnipotens deus, vitiorum nostrorū flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suoruz incendia superare. Deinde pro sancto Eusebio cofessore. Oratio.

Deus, q nos beati Eusebij cōfessoris tui annua solēnitate lętificas: cōcede ppitius: vt, cuius natalitia cōlim⁹, per eius ad te exēpla gradiamur Per d.

Lectio libri Sapientię.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris: & flo- eccl. 24.
res

res mei, fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sancte spei. In me oīs gratia vie, & veritatis: in me omnis spes vite, & virtutis, Transite ad me omnes qui cōcupiscitis me: & a generationibus meis adimplemini. Spirit⁹ enim me⁹ super mel dulcis: & hereditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generatione seculoruẑ. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audiunt me, nō confundētur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam eternam habebūt. Gradua. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quē totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Sequen. S. euang. sḳm Lucaẑ.

c. 11. In illo tēpe: Loquēte Jesu ad turbas: extollēs vocē quedā mulier de turba, dixit illi. Beat⁹ vēter qui te portauit: & vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo, beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Offer. Beata es virgo Maria que omnium portasti creatorē genuisti qui te fecit, & in eternū permanes virgo. Secreta.

Munera nostra, domine, apud clementiā tuaẑ dei genitricis commendet oratio: quaẑ idcirco de presenti seculo transtulisti, vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem dominum.

Pro sancto Laurentio. Secre.

Accipe, q̄s dñe, munera dignanter oblata: & b̄ti Laurētij suffragātibus meritis, ad n̄re salutis auxiliū p̆uenire cōcede.

Pro cōme. S. Eusebij. Secre.

Laudis tibi dñe hostias immolamus, in tuorum cōmemoratione sanctorum: quibus nos, & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per do. Pref. cōis. Cōio. Beata viscera Marie virginis: q̄ portauērunt eterni patris filiū. Postcō.

Concede misericors deus fragilitati nostre presidiū: vt qui sancte dei genitricis festiuitatē preuenimus, intercessionis ei⁹ auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eun.

Pro sancto Laurentio.
Postcommunio.

Sacro munere satiati, supplices te domine deprecamur: vt quod debite seruitutis celebramus officio, intercedēte Beato Laurētio martyre tuo, saluationis tue sentiamus augmentū. Per dominū nostrū.

Pro cōme. S. Eusebij. Postcō.

Refecti cibo potuqẑ celesti, deus noster, te supplices exoramus: vt, in cuius hec commemoratione percepimus, ei⁹ muniamur & precibus. Per d.

¶ In

die. 15. ¶ In Assumptione beatę Marię Virginis. Introitus.



Gaudeamus omnes in domino, diem festum celebrantes sub honore beatę Marię virginis: de cuius Assumptione gaudent Angeli: & collaudant filiuz dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & fi. Oratio.

eccl. 24. Famulorum tuorum, quęsumus dñe, delictis ignosce: vt, qui tibi placére de actib⁹ nostris nõ valemus, genitricis filij tui dñi nostri intercessione saluemur. Per eundem domi.

Lectio libri Sapientię.

In omnibus requiẽ quęsiui: & in hereditate domini morabor. Tũc pręcepit, & dixit mihi creator oĩum: & q creauit me, requieuit ĩ tabernaculo meo, & dixit mihi. In Jacob inhabita: & in Israel hęreditare: & in electis meis mitte radices. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Jerusalẽ potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei, hęreditas illi⁹: & in plenitudine sanctorũ detẽtio mea. Quasi cedr⁹ exaltata suz in Libano: & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades: & quasi plãtatio rosę in Jericho. Quasi oliua speciosa in cãpis: & quasi plãtanus exaltata suz iuxta aquas. In platéis, sicut cinnamomũ, & balsamũ aromatizãs, odorẽ dedi. Quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris. Gradua. Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã: qa ɔcupiuit rex speciẽ tuã. Halĺah, halĺah. ℣. Assumpta est Maria in cęlũ gaudet exercit⁹ angelorũ. Halĺah.

Seq. sancti euang. ſm Lucam.

c. 10. In illo tpe: Intrauit Jesus in quoddã castellũ: & mulier quędaz Martha nomine, excepit illũ in domũ suã. Et huic erat soror nomine Maria: quę etiã sedẽs secus pedes dñi, audiebat verbũ illius. Martha autem satagebat circa frequẽs ministeriũ. Quẽ stetit, & ait, Domine, non est tibi curę quòd soror mea reliquit me solaz ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò, vnum est necessarium. Maria optimam partez elégit: quę non auferetur ab ea. dicit Credo. Offerto. Assumpta est Maria in cęlũ: gaudent angeli: collaudantes benedicunt dominuz, haleluiah. Secreta.

Subue-

SUbueniat dñe plebi tuę dei genitricis oratio: quaz etsi ꝑ cõditione carnis migrasse cognóscimus, in cęlesti gloria apud te pro nobis intercedere sentiam⁹. Per eund. Prefatio de beata Maria. f.119. Communio. Optimam partem elégit sibi Maria: quę nõ auferetur ab ea in ęternuz. Postcõio.

MEnsę cęlestis participes effecti, imploram⁹ clemẽtiã tuã dñe de⁹ noster: vt, q Assumptionẽ dei genitricis cólim⁹, à cũctis maliꝭ imminẽtib⁹, ei⁹ intercessione liberemur. Per eũdẽ.

die. 17. ¶ Infra octauam Assumptionis, ꝛ in ei⁹ octa. fit idẽ offiñ qḋ in die. Et infra octauã post orõnẽ diei dr̃ orõ de Spiritu sãcto: Deus qui corda fideliũ. tertia Ecclesię. vel ꝑ Papa. Et non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici autez fit tantum commemoratio.

¶ In octa. S. Laurẽtij. Intr.



Robasti domine cor meũ, ꝛ visitasti nocte: igne me examinasti, ꝛ nõ est inuenta in me iniquitas. Ps. Exaudi dñe iustitiã meam, intende deprecationez meam. ℣. Gloria pa. Oratio.

EXcita dñe i ecclesia tua spiritum, cui beatus Laurẽtius levita seruiuit: vt, eodẽ nos repleti, studeam⁹ amare quod amauit, ꝛ opere exercére quod docuit. Per dñm. in vni. eiusd. Et fit commemoratio de octaua Assumptionis beate Marię. Epistola. Qui parcè seminat. vt in festo eiusdẽ. f.220. Grad. Gloria ꝛ honore coronasti eũ. ℣. Et constituisti eũ super opera manuum tuarum. All'a. all'a. ℣. Levita Laurẽti⁹ bonũ opus operat⁹ est, qui per signum crucis cęcos illuminauit, all'a. Euange. Nisi granuz frumẽti. vt in eius festo. f.220. Et dicit Credo. Offer. In virtute tua domine lętabitur iustus, ꝛ super salutare tuũ exultabit vehementer: desideriũ animę eius tribuisti ei. Secreta.

SAcrificiũ nostrũ tibi dñe, q̃s, beati Laurẽtij precatio sancta conciliet: vt, cui⁹ honore solẽniter exhibetur ei⁹ meritis efficiat acceptũ. Per do. Cõio. Qui vult venire post me, abneget semetipsuz, ꝛ tollat crucẽ suam, ꝛ sequatur me. Postcõ.

SUpplices te rogam⁹ omnipotens deus: vt, quos donis cęlestib⁹ satiasti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectione custodias. Per dominũ nostrũ.

¶ Pro commemoratione sancti Agapiti martyris. Oratio. die. 18.

LAetetur ecclesia tua deus, beati Agápiti martyris tui confisa

confisa suffragiis, atque eius
precibus gloriosis, & deuota
permaneat, & secura consistat.
Tertia de Spiritu sancto. De
us qui corda fidelium. Secre.
Suscipe domine munera,
quę in eius tibi solénitate
deférimus, cuius nos cõfidim⁹
patrocinio liberari. Postcõio.
Satiasti dñe familiã tuã mu
neribus sacris: ei⁹, q̃s, sem-
per interuentione nos réfoue,
cuius solennia celebramus.
die. ¶ In festo sancti Bernardi ab
20. batis, Missa: Os iusti medita.
de cõi vnius Abbatis. fo. 253.
Epistola Iustus cor suum. in
communi doctorũ. fo. 251. fit
cõmemoratio de octaua Assum
ptio beatę Marię: & di Credo.
die. ¶ In octaua Assumptionis
22. beatę Marię missa vt in die, cũ
cõmemoratione sanctorũ mar-
tyrum Timothei, Hippoly-
ti, & Symphoriani. Oratio.
Auxilium tuum nobis do-
mine, quęsumus, placat⁹
impende: & intercedentib⁹ bea-
tis martyrib⁹ tuis Timotheo,
Hippolyto, & Symphoriano,
dexterã super nos tuę propitia-
tionis extende. Per dñm no-
strum Iesum Christũ. Secre.
Accepta tibi sit, domine, sa
cratę plebis oblatio, p tuo
rum honore sanctorum: quorũ
se meritis percepisse de tribula
tione cognoscit auxilium. Per
dominum. Postcommunio.

Diuini muneris largitate sa
tiati q̃s dñe de⁹ noster: vt
intercedẽtib⁹ sanctis martyrib⁹
tuis Timótheo, Hippolyto, &
Symphoriano in ei⁹ semp par
ticipatione viuamus. Per do.
¶ Missa vigilię scti Bartholo
mei dicatur de cõi vni⁹ aposto- die. 23.
li. Ego autẽ sicut oliua. f. 239. vel. 24.
Sequẽs festũ sancti Bartholo
mei celebretur secundum cõsue
tudinẽ locorũ vel die 24. vel 25.
Augusti. Romę autẽ celebrat
die 25. cum cõmem. S. Ludo-
uici, in missis tantum priuatis.
¶ In festo sancti Bartholo- die.
mei Apostoli. Introitus. 24.



Mihi autẽ ni- vel.
mis honora 25.
ti sunt amici
tui deus, ni-
mis cõforta-
tus est prin-
cipat⁹ eorũ.
ps. Dñe p-
basti me, & cognouisti me: tu co
gnouisti sessionẽ meã, & resurre
ctionez meã. ℣. Gloria. Oõ.
Omnipotẽs sempiterne de
us: q huius diei venerãdã
sanctãmqz lętitiã, in beati apo-
stoli tui Bartholomęi festiuita
te tribuisti: da ecclesię tuę, q̃s, &
amare quod crédidit, & prędica
re quod docuit. Per dominũ.
Lectio epistolę beati Pauli
apostoli ad Corinthios.
Fratres: Uos estis corp⁹ 1. ca.
Christi, & mẽbra de mem- 12.
bro.

bro. Et quosdã quidẽ posuit deus in ecclesia: primo apostolos, secũdo pphetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationũ, opitulationes, gubernationes, gña linguarũ, interpretationes sermonũ. Nũquid oẽs apostoli? nũquid oẽs pphetę? nũquid oẽs doctores? nũquid oẽs virtutes? nũquid oẽs grãz habẽt curationũ? nũquid oẽs linguis loquũtur? nũquid oẽs interpretãtur? Aemulamini autẽ charismata meliora. Gradua. Constitues eos principes super omnem terrã: memores erũt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: ppterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Te gloriosus apostolorũ chorus laudat dñe, Alleluia. Sequẽ. S. euang. sm Lucam.

ca. 6. In illo tpe: Exijt Jesus in mõtẽ orare: & erat pernoctãs in oratione Dei. Et cũ dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Simonẽ, quẽ cognominauit Petrũ, & Andreã fratrẽ ei⁹: Jacobũ & Johannẽ, Philippũ & Bartholomeũ, Mattheum & Thomam, Jacobum Alphei, & Simonẽ qui vocatur Zelotes, & Judam Jacobi, & Judã Iscarioten, qui fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorũ ei⁹, & multitudo copiosa plebis ab omni Judea & Jerusalem: & Maritima & Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur a languorib⁹ suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quęrebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat oẽs. dicitur Credo. Offerto. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Beati apostoli tui domine Bartholomei solennia recensentes, qs: vt eius auxilio tua beneficia capiam⁹, pro quo tibi hostias laudis immolam⁹. Per dñm nostrũ. Prefatio de Apostolis. f. 120. Cõio. Uos q secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicãtes duodecim trib⁹ Israel, dicit domin⁹. Postcõ.

Sumptum domine pign⁹ redẽptionis ęternę sit nobis, quęsum⁹, interueniẽte beato Bartholomeo apostolo tuo, vitę presentis auxiliũ pariter & futurę. Per dominum nostrũ.

¶ Scti Ludouici confes. Intr. die. 25.



Os iusti meditabit sapiẽtiã: & lingua eius loquetur iudiciũ, lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli ęmu-

li ęmulari in malignantibus, neque zelaueris faciētes iniqui tatem. ℣. Gloria pat. Oratio.
Deus q beatū Ludouicuz cōfessorē tuū, de terreno regno ad cęlestis regni gloriaz trāstulisti: eius q̄s meritis ⁊ intercessione, regis omniū Jesu Chr̄i filij tui nos cohęredes effi cias. Per d. Epist. Iustū deduxit dn̄s. de cōi vnius marty. nō ponti. fo. 241. Grad. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabit̄ in domo domini. ℣. Ad annunciādū mane misericordiā tuā, ⁊ veritatem tuā per noctē. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniā cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, alleluia. Euangeliuz. Homo quidā nobilis abijt in regionem longinquam. de cōmuni confessorum nō pontificum. fo. 252. Offertoriū. Veritas mea ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Presta, quęsumus, omnipotens deus: vt sicut beatus Ludouicus cōfessor tuus, spretis mūdi oblectamētis, soli regi Christo placere studuit, ita eius orō nos tibi reddat acceptos. Per dominum. Cōio. Beatus seruus, quem cū venerit dominus, inuenerit vigilantem: amē dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcōio.
Deus, qui beatuz confessorem tuum Ludouicū mirificasti in terris: quęsumus: vt quem in cęlis gloriosum fecisti, ecclesię tuę constituas defensorem. Per dominum nostrum.
¶ Sancti Zephyrini Papę, ⁊ martyris, Missa. Sacerdotes dei. de communi vnius martyris pōtificis. fo. 240. preter orationē, que dicitur vt infra. Orō. die. 26.
Presta, quęsumus, omnipotens deus: vt beati Zephyrini martyris tui atque pōtificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exēplis. Per do. Secreta.
Munera tibi domine dicata sanctifica: ⁊ intercedente beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice, per eādem nos placatus intēde. Per d. Postcō.
Haec nos communio, domine, purget à crimine: ⁊ intercedente beato Zephyrino martyre tuo atq3 pontifice, cęlestis remedij faciat esse cōsortes. Per dominum nostrum ⁊c.
¶ In festo scti Augustini episcopi ⁊ confessoris, ac doctoris ecclesię. Introitus. die. 28.



In medio ecclesię aperuit os eius, ⁊ impleuit eū dominus spiritu sapientię ⁊ intellectus: stolam glorię induit eum. Psalmus.

Bonum est confiteri domino ꝛ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, ꝛc. Oratio.

Adesto supplicationib⁹ nostris omnipotens deus: ꝛ quibus fiduciam sperandę pietatis indulges, intercedēte beato Augustino cōfessore tuo atque pōtifice, consuetę misericordię tribue benignus effectum. Per dominum nostrum ꝛc.

Pro commemoratione Sācti Hermetis martyris. Oratio.

Deus, qui beatum Hermetem martyrē tuū virtute cōstantię in passione roborasti: ex ei⁹ nobis imitatione tribue, pro amore tuo ꝓspera mundi despicere, ꝛ nulla ei⁹ aduersa formidare. Per dn̄m. Epist. Testificor, de coi doctorū. fo. 250. Grad. Os iusti meditabitur sapientiā: ꝛ lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: ꝛ non supplantabuntur gressus eius. Halleluiah, halleluiah. ℣. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eū, Halleluiah. Euang. Vos estis sal terrę. de eodem communi. fo. 251. Et dicitur Credo. Offer. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Sec.

Sancti confessoris tui Augustini nobis, domine, pia non desit oratio: quę ꝛ munera nostra conciliet, tuā nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nostrum ꝛc.

Pro commemoratione Sancti Hermetis. Secreta.

Sacrificiū tibi domine laudis offerimus in tuorum cōmemoratione sanctorū: da, quęsumus: vt, quod illis contulit ad gloriā, nobis prosit ad salutem. Per dominum. Cōio.

Fidelis seruus ꝛ prudēs, quē constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

Vt nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus cōfessor tuus Augustinus ꝛ pōtifex, quęsumus, precator accedat. Per dominum nostrum.

Pro commemoratione sancti Hermetis. Postcommunio.

Repleti dn̄e bn̄dictionē cęlesti, q̄s clemētiā tuā: vt intercedēte beato Hermete martyre tuo, quę humiliter gerim⁹ salubriter sentiam⁹. Per dn̄m.

¶ In Decollatione sancti Ioannis Baptistę. Introitus. die. 29.



Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regū, ꝛ nō cōfundebar: ꝛ meditabar i mādatis tuis, quę dilexi nimis. ps. Bonum est confiteri domino, ꝛ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, ꝛ filio ꝛ spiri. Oratio.

Sancti

Sancti Johannis Baptistę, pręcursoris, ⁊ martyris tui, quęsum⁹ domine, venerãda festiuitas, salutaris auxilij nobis pręstet effectum. Qui viuis ⁊c.

Pro commemoratione sanctę Sabinę martyris. Oratio.

Deus, qui inter cętera potentię tuę miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: ɔcede ꝓpitius: vt qui beatę Sabinę martyris tuę natalitia colimus per eius ad te exempla gradiamur. Per do.

Lectio Hieremię prophetę.

a. 1. In diebus illis: Factuz est verbuz domini ad me, dicens. Accinge lumbos tuos, ⁊ surge: ⁊ loquere ad Juda omnia quę ego pręcipio tibi. Ne formides à facie eorũ: nec enim timere te faciam vultum eoruz. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatẽ munitaz, ⁊ in columnam férream, ⁊ in murum ęreum super omnem terrã, regibus Juda principibus eius, ⁊ sacerdotibus, ⁊ omni populo terrę. Et bellabunt aduersuz te, ⁊ nõ pręualebunt: quia ego tecuz sum, ait dñs, vt liberem te. Gradua.

Iust⁹, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuã, ⁊ veritatem tuã per noctẽ. Haleluiah, hal'ah. ℣. Justus germinabit sicut liliũ: ⁊ florebit in ęternum ante dominũ, haleluiah.

M. N. R

Seq. scti euang. ſm Marcum.

In illo tpe: Misit Herodes, ac tenuit Johannẽ, ⁊ vinxit euz in carcerẽ, ꝓpter Herodiadẽ vxorẽ Philippi fratris sui: qa duxerat eã. Dicebat eniz Johãnes Herodi. Nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Herodias aũt insidiabaẽ illi: ⁊ volebat occidere eũ, nec poterat. Herodes enim metuebat Johãnẽ, sciens eũ virũ iustũ, ⁊ sanctũ: ⁊ custodiebat eũ: ⁊ audito eo multa faciebat, ⁊ libẽter euz audiebat. Et cũ dies opportun⁹ accidisset, Herodes natalis sui cęnaz fecit principib⁹, ⁊ tribunis, ⁊ primis Galilęę. Cũqz introisset filia ipsi⁹ Herodiadis, ⁊ saltasset, ⁊ placuisset Herodi, simúlqz recumbẽtib⁹: rex ait puellę. Pete à me qđ vis: ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: qa qcqd petieris dabo tibi, licet dimidiũ regni mei. Quę cũ exisset: dixit matri suę. Quid petã? At illa dixit. Caput Johãnis Baptistę. Cũqz itroisset statim cũ festinatione ad regẽ, petiuit, dicẽs: Volo vt ꝓtinus des mihi in disco caput Johannis Baptistę. Et cõtristat⁹ est rex. Propter iusiurãdũ, ⁊ propter simul discumbẽtes, noluit, eã cõtristare: sed misso spiculatore pręcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere. Et attulit caput ei⁹ in disco: ⁊ dedit illud puellę: ⁊ puella dedit matri suę. Quo audito: discipuli eius ca. 6.

Ff venẽ-

venérunt, ⁊ tulérunt corpus eius ⁊ posuérunt illud in monumento. Offertorium. In virtute tua domine letabitur iustus: ⁊ super salutare tuũ exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Munera, que tibi, domine, pro sancti martyris tui Johãnis Baptiste passione deferimus, quesumus, vt eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per dominum nostrum ⁊c.

Pro commemoratione Sancte Sabine. Secreta.

Hostias tibi domine beate Sabine martyris tue dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrũ Jesum Christum.

Cõmunio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcommunio.

Conferat nobis domine sancti Johannis Baptiste vtraqz solennitas: vt ⁊ magnifica sacramenta que sumpsimus significata veneremur, ⁊ in nobis potius édita gaudeamus. Per dominum nostrum ⁊c.

Pro commemoratione sancte Sabine. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, quesumus domine deus noster: vt intercedente beata Sabina martyre tua, in eius semper participatione viuamus. Per dominum nostrum ⁊c.

Sanctorum Felicis, ⁊ Adaucti martyrum. Introitus.



Sapientiam sanctorũ narrẽt populi, ⁊ laudes eorũ nũciet ecclesia, nomina autem eorũ viuent in seculum seculi. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

Maiestatem tuam domine supplices exoramus: vt, sicut nos iugiter sanctorum tuoruz commemoratione letificas, ita semper supplicatione, defendas. Per dominum. Epistola. Reddidit deus iustis mercedẽ. de cõi plurimorũ mart. fo. 247.

Grad. Iustorũ anime in manu dei sunt. ⁊ nõ tanget illos tormẽtũ malitie. ℣. Uisi sunt oculis insipientiuz mori: illi autem sunt in pace. Haleluiah, haleluiah. ℣. Fulgebũt iusti, ⁊ tanquam scintille in arũdineto discurrẽt in eternum, Haleluiah. Euãg. Qui vos audit. de communi plurimorũ marty. f. 248.

Offerto. Letamini in domino, ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostias domine plebis tue intende: ⁊ quas in honore sanctorum tuoruz deuota mente célebrant, proficere sibi sentiant ad salutem. Per dominũ.

Com-

Cōio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dominus: et quod in aure auditis, prędicate sup tecta. Postcōio.

Repleti dñe muneribus sacris, q̄s: vt, intercedentib⁹ sanctis tuis, in gratiarum tuarū semp actione maneamus. Per.

¶ Festa Septembris.

die.1. ¶ Sācti Aegidij Abbatis. Missa. Os iusti medi. vt in cōmuni Abbatū. fo.253. cum commemoratione sanctorum martyrū duodecim Fratrum: Oratio.

Fraterna nos dñe martyrū tuorū corona lętificet: quę et fidei nostrę prębeat incremēta virtutū, et multiplici nos suffragio consoletur. Per do. Secre.

Iterata mysteria, dñe, pro sctōrū martyrū tuorū cōmemoratione deuota mēte tractemus: qbus nobis et presidiū crescat, et gaudiū. Per do. Postc.

Presta, quęsumus, omnipotens deus: vt, quorum memoriā sacramēti participatione recolimus, fidem quoqz proficiendo sectemur. Per do.

die.8 ¶ In Natiuitate sanctę Marię virginis. Introitus.



Salue sancta parens, enixa puerpera regem: qui cęlum terramque regit in sęcula sęculorum. M. N. R.

Ps. Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Famulis tuis, quęsumus, domine, cęlestis gratię munus impertire vt quibus beatę Virginis partus extitit salutis exordium, Natiuitatis eius votiua solennitas, pacis tribuat incrementum. Per dominum nostrum Jesum Christū.

In missis priuatis pro cōmem. sancti Adriani marty. Oratio. Presta quęsum⁹ omnipotēs. de cōi vnius matyris. fol.242.

Lectio libri Sapientię.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. Ab ęterno ordinata sum, et ex antiquis, ante quaz terra fieret. Nondū erant abyssi: et ego iam cōcepta eram. Necdū fontes aquarum eruperant: necdū montes graui mole cōstiterant. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terrę. Quando prępara bat cęlos, aderaz. Quando certa lege et gyro vallabat abyssos. Quando ęthera firmabat sursum: et librabat fontes aquaruz. Quando circundabat mari terminuz suum: et legē ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terrę, cuz eo eram cuncta componēs, Et delectabar per singulos dies, (Prouer. 8.)

ludens coram eo omni tempo-
re, ludens in orbe terrarũ: ⁊ de-
litię meę esse cũ filijs hominuꝫ.
Nũc ergo filij audite me. Bea-
ti qui custodiũt vias meas. Au-
dite disciplinaꝫ, ⁊ estote sapien-
tes: ⁊ nolite abijcere eam. Bea-
tus homo qui audit me: ⁊ qui
vigilat ad fores meas quotidie
⁊ obseruat ad postes ostij mei.
Qui me inuénerit, inueniet vi-
tã, ⁊ hauriet salutẽ à dño. Gra.
Benedicta ⁊ venerabilis es vir
go Maria: quę sine tactu pudo
ris, inuenta es mater saluatoris.
℣. Uirgo dei genitrix, quẽ tot⁹
nõ capit orbis, in tua se clausit vi
scera, fact⁹ homo. Hal'ah, ha-
l'ah. ℣. Felix es sacra virgo Ma
ria, ⁊ oĩ laude dignissima: q͛ ex
te ortus est sol iustitię. Hal'ah.
Initiũ sctĩ euãg. ẜm Mattheũ.
ca. i. Liber generationis Jesu
Christi filij Dauid, filij A-
braham. Abrahã genuit Jsaac.
Jsaac aũt, genuit Jacob. Jacob
autem, genuit Judam ⁊ fratres
eius. Judas autẽ, genuit Pha-
res ⁊ Zaram de Thamar. Pha
res aũt, genuit Esron. Esron au
tẽ genuit Arã. Arã aũt, genuit
Aminadab. Aminadab aũt, ge
nuit Naason. Naason aũt, ge-
nuit Salmon. Salmon aũt, ge-
nuit Booz de Raab. Booz aũt,
genuit Obeth ex Ruth. Obeth
autẽ, genuit Jesse. Jesse, autẽ,
genuit Dauid regẽ. Dauid aũt
rex genuit Salomonem ex ea
quę fuit Urię. Salomon aũt, ge
nuit Roboam. Roboam autẽ,
genuit Abiã. Abias aũt, genuit
Asa. Asa aũt, genuit Josaphat.
Josaphat autẽ, genuit Joram.
Jorã autẽ, genuit Oziã. Ozias
aũt, genuit Joathan. Joathan
autẽ, genuit Achaz. Achaz au-
tẽ, genuit Ezechiam. Ezechias
aũt, genuit Manassez. Manas-
ses autẽ, genuit Amon. Amon
autẽ, genuit Josiam. Josias au
tem, genuit Jechoniã ⁊ fratres
eius in transmigratione Baby
lonis. Et post transmigrationẽ
Babylonis, Jechonias genuit
Salathiel. Salathiel autem ge
nuit Zorobabel. Zorobabel au
tem, genuit Abiud. Abiud au-
teꝫ, genuit Eliachim. Eliachim
autem, genuit Azor. Azor aũt,
genuit Sadoc. Sadoc autẽ, ge-
nuit Achim. Achim autem, ge-
nuit Eliud. Eliud auteꝫ, genuit
Eleazar. Eleazar auteꝫ, genuit
Mathan. Mathan autem, ge-
nuit Jacob. Jacob autẽ, genuit
Joseph virum Marię, de qua
natus est Jesus, q̃ vocatur Chri
stus. Credo. Offertorium.
Beata es virgo Maria, quę
omniuꝫ portasti creatorem: ge
nuisti qui te fecit: ⁊ in ęternum
permanes virgo. Secreta.
Unigeniti tui dñe nobis
succurrat humanitas: vt,
qui natus de virgine, matris in-
tegritatem nõ minuit, sed sacra
uit: in Natiuitatis eius solen-
nijs,

nijs, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostraz sibi faciat acceptam Jesus Christus dñs noster. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vninate. Prefatio de beata Virgine. fo. 119. Cōmunio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. Postcōmunio.

Sumpsimus domine celebritatis annuę votiua sacramēta: pręsta, quęsumus: vt temporalis vitę nobis remedia prębeant, ⁊ ęternę. Per dominum.

¶ Infra octauam Natiuitatis beatę Marię, ⁊ in die octaua de Missa sicut in die: Sed inf. octauam secunda oratio dicitur de Spiritu sancto. Deus q corda fideliuz, ⁊ tertia. Ecclesię. vel pro Papa. Deus omniū fidelium. ⁊ nō fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici aūt fit tantū cōmemoratio.

die. 9. ¶ Pro commemoratione sancti Gorgonij martyris. Orō.

Sanctus tuus dñe Gorgonius sua nos intercessione lętificet: ⁊ pia faciat solēnitate gaudere. Per do. tertia orō de spiritu sancto. Deus q corda fide. nisi venerit in dñica: tunc enim tertia orō erit de Sācto. Secre.

Grata tibi sit dñe nrę seruitutis oblatio: pro qua sanctus Gorgonius martyr interuentor existat. Per do. Postc.

Familiam tuā deus suauitas ęterna contingat, ⁊ vegetet: quę in martyre tuo Gorgonio, Christi filij tui bono iugiter odore pascatur. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ⁊c.

¶ Pro cōme. sanctorū martyrū die. 11.
Proti, ⁊ Hyacinthi. Oratio.

Beatorū martyrū tuorum Proti, ⁊ Hyacinthi nos domine foueat preciosa cōfessio: ⁊ pia iugiter intercessio tueatur. Per. Tertia de Spū sctō. Sec.

Pro sanctorum martyruz tuorum Proti, ⁊ Hyacinthi commemoratione, munera tibi dñe, quę debemus, exoluimus: pręsta, q̄s: vt remediuz nobis perpetuę salutis operentur. Per dominum. Postcōmu.

Et perpetua nos domine tua sancta purificent, beatorum martyrum tuoruz Proti, ⁊ Hyacinthi, quęsumus, imploret oratio. Per dominum.

¶ In Exaltatione sanctę Crucis. Introitus. die. 14.



Os autē gloriari oportet in Cruce domini nostri Jesu Chri: in quo est salus, vita, ⁊ resurrectio nostra: per quem saluati, ⁊ liberati sumus. ps. Deus misereatur nostri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultuz suum super nos, ⁊ misereatur nostri. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

 Deus,

DEus, q nos hodierna die Exaltationis sanctę Crucis annua solennitate lętificas: presta, quęsumus: vt cuius mysterium in terra cognouimus, eius redemptionis pręmia in cęlo mereamur. Per eundē dn̄m nostrū ꝛc. Et fit commemoratio de Natiuitate sanctę Marię. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca 2. FRatres: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortē: mortē autē Crucis. Propter qđ ꝛ de⁹ exaltauit illū: ꝛ donauit illi nomen, qđ est sup omne nomē: vt in nomine Jesu omne genu flectatur cęlestiū, terrestriū, ꝛ infernoruꝫ: Et omnis lingua confiteatur: quia dn̄s Jesus Christ⁹ in gloria est dei prīs. Gra. Christus factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortem: mortē autem Crucis. ℣. Propter quod ꝛ deus exaltauit illuꝫ: ꝛ dedit illi nomē: quod est sup omne nomen. Halla͡h, halla͡h. ℣. Dulce lignū, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę sola fuisti digna sustinere regem cęloruꝫ, ꝛ dn̄m, Halla͡h. Seq. scti euang. sm̄ Johannē.

c. 12. IN illo tēpore: Dixit Jesus turbis Judęorū. Nūc iudiciū est mundi: nunc princeps huius mūdi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, oīa traham ad meipsuꝫ. Hoc autē dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege, qꝛ Christus manet in ęternum. Et quōmodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hoīs? Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicū, lumē in vobis est. Ambulate, duꝫ lucē habetis: vt non tenebrę vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dū lucem habetis, credite in lucē, vt filij lucis sitis. Dꝫ Credo. Off.

PRotege domine plebem tuā per signū sanctę Crucis, ab insidijs inimicorū omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutē, ꝛ acceptabile tibi fiat sacrificiuꝫ nostrum, Haleluiah. Secreta.

IEsu Chrī dn̄i nostri corpore ꝛ sanguine saginandi, ꝑ quem Crucis est sanctificatū vexillū, q̄s dn̄e deus noster: vt sicut illud adorare meruimus, ita perēniter eius glorię salutaris potiamur effectu. Per eūdem. Pręfatio de Cruce. folio. 115. Commu. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Postcōmunio.

ADesto nobis domine deus noster: ꝛ quos sanctę Crucis lętari fecisti honore, eius quoqꝫ perpetuis defende subsidijs. Per dominum nostruꝫ.

¶ In octaua Natiuitatis beatę Marię, Missa vt in die, cum commemoratione sancti Nicomedis martyris. Oratio. die. 15.

Adesto

Adesto dñe populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita preclara suscipiēs, ad impetrandam misericordiā tuā semper eius patrocinijs adiuuetur. Per dñm. Secreta.

Suscipe dñe munera propitius oblata: que maiestati tue, beati Nicomedis martyris tui commēdet oratio. Per dominum no. Postcommunio.

Purificent nos domine sacramēta que sumpsimus: ꝛ intercedēte beato Nicomede martyre tuo, à cunctis efficiant vitijs absolutos. Per dominū.

¶ In festo sanctorum Pontificum ꝛ martyruz Cornelij ꝛ Cypriani. Missa. Intret in cōspectu tuo. de communi plurimoꝝ martyruz. fo. 234. cuz commemoratio, aliorū mart. vt inf. nisi fuerit dñica qꝛ tunc cōmemoratio sequens fit in dñica, ꝛ festuz predictuz transfertur in ij. feriā.

¶ Pro commemoratione sanctorum martyrum Euphemie, Lucie, ꝛ Geminiani. Oratio.

Presta domine precibꝰ nostris cum exultatione prouentum: vt, quorū diem passionis annua deuotione recolimꝰ, etiam fidei constantiā subsequamur. Tertia oratio. A cunctis nos quesumus. Secreta.

Vota populi tui, quesumus domine, propitiatꝰ intende: ꝛ quorum nos tribuis solennia celebrare, fac gaudere suf-

M. N. R.

fragijs. Per do. Postcommunio.

Exaudi dñe preces nostras ꝛ sctōꝝ martyrū tuoꝝ Euphemie, Lucie, ꝛ Geminiani, quoꝝ festa solēniter celebramꝰ, cōtinuis foueamur auxilijs. P.

¶ In vigilia sctī Matthei apostoli ꝛ euangeliste. Introitus. die. 20.



PResta, q̃s, oĩps deus: vt beate Felicitatis martyris tue solẽnia recẽsentes, meritis ipsius ꝓtegamur, ⁊ ꝓcibus. Tertia oro. A cũctis. Epist. Imitatores mei esto. vt supra in dñica xxiij. post Pẽte f.138. Grad. Iurauit dñs, ⁊ nõ penitebit eũ: tu es sacerdos in eternũ ſm ordinẽ Melchisedech. ℣. Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis. Halleluiah, halleluiah. ℣. Hic est sacerdos, quẽ coronauit dominus. Halleluiah. Euangeliũ. Vigilate, quia nescitis. De cõi confessorũ pontificũ. fol. 250. Offer. Veritas mea ⁊ misericordia mea cũ ipso, ⁊ in nomine meo exaltabit cornu eius. Secr.

MUnera tibi domine oblata sanctifica, ⁊ intercedẽte beato Clemẽte martyre tuo atque pontifice, ꝑ hec nos a peccatorũ nostrorũ maculis emunda. Per do. Pro cõmemoratione Sancte Felicitatis. Secreta.

VOta populi tui domine, ꝓpitiatus intende: ⁊ cuius nos tribuis solennia celebrare, fac gaudere suffragijs. Cõmu. Beatus seruus, quẽ cũ venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super oĩa bona sua constituet eum. Postcõ.

COrporis sacri ⁊ preciosi sanguinis repleti libamine quesumus, dñe deus noster: vt, quod pia deuotione gerimus, intercedente beato Clemente martyre tuo atqꝫ pontifice, certa redẽptione capiamus. Per d.

Pro commemoratione sancte Felicitatis. Postcommunio.

SUpplices te rogamus oĩps deus: vt intercedẽtibus sanctis tuis, ⁊ tua ĩ nobis dona multiplices, ⁊ tẽpora nostra disponas.

¶ Sancti Chrysogoni marty. Missa. In virtute tua domine. de communi vnius martyris. folio. 241. preter oratiõe, que dicitur vt infra. Oratio. die. 24.

ADesto dñe supplicationibus nostris: vt, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Chrysogoni martyris tui intercessione liberemur. Per dominũ. Secreta.

OBlatis, q̃s, dñe, placare muneribus: ⁊ intercedente beato Chrysogono martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Postcõ.

TUi dñe perceptione sacramenti: ⁊ a nostris mundemur occultis, ⁊ ab hostium liberemur insidijs. Per dñm n.

die. 25. ¶ In festo Sancte Catharine virginis ꝛ martyris. Introit⁹.



Oquebar de testimonijs tuis in cōspectu regum, ꝛ non ↄfundebar: ꝛ meditabar in mādatis tuis, q̄ dilexi nimis. ps. Beati immaculati ī via, q ambulāt in lege domini. ℣. Gloria. Orō. Eus q dedisti legē Moysi in summitate montis Sinai: ꝛ in eodez loco per sanctos angelos tuos corpus beatę Catharinę virginis ꝛ martyris tuę mirabiliter collocasti: p̄sta, q̄s: vt, ei⁹ meritis ꝛ intercessione, ad mōtem qui Christus est peruenire valeamus. Per eundē do. Epistola. Onfitebor tibi domine rex. de comuni vnius virginis ꝛ martyris. fo. 253. Graduale. Ilexisti iustitiam: ꝛ odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus, de⁹ tuus, oleo lętitię. Halł'ah, hall'ah. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proxime eius afferētur tibi in lętitia, Hall'ah. Euangeliū. Simile est regnum cęlorum decē virginibus. de eodem comuni. folio. 254. Offer. Afferentur regi virgines post eā: proximę eius afferentur tibi. Secreta. Uscipe domine munera, quę in beatę Catharinę virginis ꝛ martyris tuę solennitate deferimus: cuius nos cō fidim⁹ patrocinio liberari. Per do. Cōio. Cōfundātur superbi, qꝛ iniuste iniquitatē fecerūt ī me: ego aūt ī mādatis tuis exercebor, ꝛ meditabor ī tuis iustificationib⁹, vt nō ↄfūdar. Postc. Auxilietur nobis domine sumpta mysteria: ꝛ ītercedēte beata Catharina virgine ꝛ martyre tua, sempiterna faciāt protectione gaudere. Per do.

¶ Sancti Petri Alexandrini episcopi ꝛ martyris. Missa. die. 26. Statuit ei domin⁹. de comuni vnius marty. pontifi. f. 239.

¶ Cōe sanctoruz.

In Uigilia Unius Apostoli Introitus.



Go autem sicut oliua fructificaui in domo domini: sperauī in misericordia dei mei: ꝛ expectabo nomē tuū, qm̄ bonū ē ante cōspectū sanctorū tuorū. psal. 51. ps. Quid gl'aris ī malitia, q potēs ī iniquitate? ℣. Glia pa. Orō. A, quęsumus omnipotēs de⁹: vt beati N. apostoli tui, quam pręuenimus, venerāda solennitas, ꝛ deuotionē nobis augeat ꝛ salutē. Per dn̄m.

Lectio

Lectio libri Sapientie.

eccl. 44. 7 45. Benedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi dominus hereditatez, 7 diuisit ei partem in tribubus duodecim: 7 inuenit gratiam in cōspectu oīs carnis. Magnificauit eum in timore inimicoruz: 7 in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: 7 ostēdit illi gloriā suā. In fide 7 lenitate ipsius sanctū fecit illum: 7 elégit euz ex omni carne. Et dedit illi coram prece pta: et legem vite 7 discipline: 7 excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum eternum: 7 circuncinxit euz zona iustitie: 7 induit euz dn̄s coronā glorie. Grad.

psal. 91. Iust9 vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabit in domo Domini. ℣. Ad annunciandū mane misericordiā tuā, 7 veritatem tuam per noctem.

Seq. scti euang. sm Iohānem.

c. 15. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Hoc est preceptum meum: vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionē nemo habet: vt animam suā ponat quis pro amicis suis. Uos amici mei estis: si fecéritis que ego precipio vobis. Iam non dicaz vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Uos aūt dixi amicos: qr omnia quecūque audiui à patre meo, nota feci vobis. Nō vos me elegistis: sed ego elégi vos: 7 posui vos: vt eatis, 7 fructum afferatis: 7 fruct9 vester maneat: vt quodcunque petiéritis patrem in nomine meo, det vobis. Offerto.

Gloria 7 honore coronasti eū: 7 constituisti eū super opera manuum tuarum, domine. Secre. psal.

Apostolice reuerentie culmen offérimus tibi sacris mysterijs imbuēdū: presta que sumus domine: vt beati apostoli tui N. suffragijs, cuius natalitia p̄uénim9, hec plebs tua semper 7 sua vota depromat, 7 desiderata pcipiat. Per do. Cōio.

Magna est gloria ei9 i salutari tuo: gloriā 7 magnū decorē imponens sup eum, dn̄e. Postcō.

Sancti ap̄li tui N. q̄s dn̄e, supplicatione placatus, 7 veniaz nobis tribue, 7 remedia sempiterna cōcede. Per dn̄m.

¶ In Natalitijs Apostoloruz 7 Euangelistarū, omnia vt suis locis in proprio Sanctorum.

¶ In Communi vnius martyris pontificis. Introitus.



Statuit ei dominus testamentuz pacis: 7 principē fecit euz: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternum. ps. Memento domine Dauid, 7 omnis mā suetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Infir-

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: et quia pondus proprię actionis grauat, beati N. martyris tui atque pótificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dominū.

Lectio epistolę btī Jacobi aplī.

ca. 1. Charissimi: Beatus vir q suffert tentationem, quoniā cū ꝓbat⁹ fuerit, accipiet coronā vitę: quā repromisit deus diligentib⁹ se. Nemo cū tentatur, dicat quoniā à deo tentat̄. De⁹ enim intentator malorū est: ipse autem neminez tentat. Unusquisqz vero tentat̄ à cócupiscētia sua abstract⁹ et illectus. Deinde cócupiscētia cū cóceperit, parit peccatū: peccatuz vero cū consummatū fuerit, generat mortē. Nolite itaqz errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminū: apud quē nō est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Uoluntariè enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initiū aliquod creaturę eius. Gradua. Inueni Dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meuz confortabit eum. ℣. Nihil ꝓficiet inimic⁹ in eo, et fili⁹ iniquitatis nō nocebit ei. Haleluiah, haleluiah. ℣. Tu es sacerdos in ęternū, secūdum ordinez Melchisedech, haleluiah.

Post Septuagesimā Tractus.

Desideriū animę ei⁹ tribuisti ei: et volūtate labiorū ei⁹ nō fraudasti eū. ℣. Quoniā prędeuenisti eū in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tpe: Dixit Jesus turbis. Siquis venit ad me, et nō odit patrē suū, et matrē, et vxorē, et filios, et fratres et sorores, adhuc autē et animā suā: nō pōt meus esse discipulus. Et qui nō bàiulat crucē suā, et venit post me: nō pōt me⁹ esse discipulus. c. 14.
Quis enim ex vobis volēs turrim ędificare, nō pri⁹ sedēs cōputat sumpt⁹ qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendū: ne postquàm posuerit fundamentū, et nō potuerit perficere, omnes qui vident, incipiāt illudere ei, dicentes: quia hic homo cępit ędificare, et non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere belluz aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decē millibus occurrere ei, qui cuz viginti millibus venit ad se? Alioquin, adhuc illo lógè agente, legationē mittēs, rogat ea quę pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, q nō renūciat omnibus quę possidet: nō potest meus esse discipulus. Offer. Ueritas mea, et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo

meo exaltabit cornu ei⁹. Secr. N.

Hostias tibi dñe beati N. martyris tui atqꝫ pontificis dicatas meritis, benign⁹ assume: ꝛ ad ꝑpetuū nobis tribue ꝑuenire subsidiū. Per. Comm.

Semel iuraui i sancto meo, semē eius in ęternū manebit: ꝛ sedes ei⁹ sicut sol in cōspectu meo, ꝛ sicut luna perfecta in ęternū: ꝛ testis in cęlo fidelis. Postco.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus domine deus noster: vt beati N. martyris tui atqꝫ pōtificis, cui⁹ exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum no.

¶ Secūda ī eodē cōi alia Missa. Int.



Sacerdotes dei benedicite dominū: sancti ꝛ humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate ꝛ superexaltate euꝫ in sęcula. V. Gloria patri, ꝛc. Oro.

Deus q nos beati N. martyris tui atque pontificis annua solennitate lętificas, concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdem etiā ꝓtectione gaudeamus. Per do.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

2. C.

Fratres: Benedictus deus, ꝛ pater dñi nostri Jesu Christi: pater misericordiaruꝫ, ꝛ deus totius cōsolationis: qui consolatur nos in oī tribulatione nostra: vt possimus ꝛ ipsi cōsolari eos qui in oī ꝑssura sunt, per exhortationē, qua exhortamur ꝛ ipsi à deo. Quoniaꝫ sicut abundant passiones Christi in nobis: ita ꝛ per Christum abundat cōsolatio nostra. Siue autē tribulamur, ꝓ vestra exhortatione ꝛ salute: siue consolamur, ꝓ vestra cōsolatione: siue exhortamur, ꝓ vestra exhortatione, ꝛ salute: quę operatur tolerantiam earundem passionū quas ꝛ nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes quoniam, sicut socij passionuꝫ estis, sic éritis ꝛ cōsolationis. In Christo Jesu domino nostro. Gra

duale. Gloria ꝛ honore coronasti eum. V. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, domine. Haleluiah, haľah. V. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus, haleluiah.

Post Septuagesimā Tractus.

Beat⁹ vir, q timet dñm: in mādatis ei⁹ cupit nimis. V. Potēs ī terra erit semē eius: generatio rectorū benedicetur. V. Gloria ꝛ diuitię in domo eius: ꝛ iustitia eius manet in sęculū sęculi.

Seq. scti euang. sm Mathęu. Ca. 16

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Siqs vult venire post me, ábneget semetipsū ꝛ tollat crucē suā, ꝛ sequat me. Qui

Qui enim voluerit animam suam saluã facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animaz suam propter me, inueniet eã. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animę vero suę detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enĩz hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: ꝛ tunc reddet vnicuique secundum opera

psal. 88. sua. Offertorium. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi euz: manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachiuz meum confortabit euz. Secre.

Munera tibi domine dicata sanctifica: ꝛ intercedente beato N. martyre tuo atque pontifice: per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum qui tecum viuit ꝛc. Com

psal. 20. munio. Posuisti domine in capite eius, coronam de lapide precioso. Postcommunio.

Haec nos cõmunio domine purget à crimine: ꝛ intercedente beato N. martyre tuo, atque pontifice: cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum Jesum ꝛc.

¶ Epistolę, ꝛ euangelia pro põ. ꝛ mar. assignata, legi possunt etiam pro marty. non ponti. Et quę infra habentur de mart. nõ pont. etiã pro mar. pont. Item pro mart. pont. legi possunt epistolę ꝛ euangelia inferius assignata pro confesso. pont. Epistolę etiam, ꝛ euangelia quę in vna missa de eodem communi ponuntur, dici possunt in alijs missis de eodẽ communi.

¶ In Communi vnius martyris non pontificis. Introitus.



In virtute tua domine lętabitur iustus: ꝛ super salutare tuum exultabit vehemẽter: desideriũ animę eius tribuisti ei. Psal. 20. mus. Quoniam pręuenisti euz in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Sicut erat in princ. Oratio.

Presta, quęsumus, omnipotens deus: vt qui beati N. martyris tui natalitia cõlimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per dominum nostrum ꝛc.

Lectio libri Sapientię.

Iustum deduxit dominus per vias rectas: ꝛ ostendit illi regnum dei: ꝛ dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illum in laboribus: ꝛ compleuit labores illius. In fraude circunuenientium, illi affuit: ꝛ honestum fecit illum. Custo- Sa. 10.

diuit eum ab inimicis, ⁊ à seductoribus tutauit illum: ⁊ certamen forte dedit illi, vt vinceret, ⁊ sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc, venditum iustum non dereliquit: sed à peccatoribus liberauit eum. Descenditque cum illo in foueam: ⁊ in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, ⁊ potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculauérunt eum: ⁊ dedit illi claritatem ęternam, dominus deus noster. Graduale. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Halleluiah, haleluiah. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lápide precioso, haleluiah.

Post Septuagesimã Tractus.

Desiderium animę eius tribuisti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eũ. ℣. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

c.10 In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, ⁊ filiam aduersus matrem suam: ⁊ nurum aduersus socrum suam: ⁊ inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plusquam me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, ⁊ sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animam suam, perdet eam: ⁊ qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Qui récipit vos, me récipit: ⁊ qui récipit me, récipit eum qui me misit. Qui récipit propheta in nomine prophetę: mercedem prophetę accipiet. Et qui récipit iustũ in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunque dederit vni ex minimis istis calicem aquę frigidę, tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Offertorium. Gloria ⁊ honore coronasti eum: ⁊ constituisti eũ super opera manuũ tuarum domine. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus domine, precibusq; susceptis: ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum nostrum Jesum ⁊c. Cõmunio. Qui vult venire post me, ábneget semetipsum: ⁊ tollat crucem suã, ⁊ sequatur me. Postcõmunio.

O

A, quęsumus, domine deus noster: vt sicut tuorum commemoratione sanctorum temporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aspectu. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia sęcula sęculorũ. Amen.

¶ De eodem communi alia missa. Introitus.



Aetabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Psal. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: Sicut erat in princip. Oratio.

Præsta, quęsumus, omnipotens deus: vt intercedente beato N. martyre tuo, & à cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum &c.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Timotheum.

2. Ti. c. 2. Charissime. Memor esto dominum Jesum Christũ resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operans: sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salutem consequantur, quę est in Christo Jesu, cum gloria cęlesti. Tu autem, assecutus es meã doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochię, Iconij, Lystris: quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui volunt piè viuere in Christo Jesu, persecutiones patiuntur. Gradu. Iustus cum ceciderit nõ collidétur, quia dominus supponit manum suam. ℣. Tota die miseretur, & commodat: & semen eius in benedictione erit. Halleluia, halleluia. ℣. Qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitę ęternę, halleluia. Post septuagesimã Tractus. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semẽ eius, generatio rectorũ benedicet. ℣. Gloria & diuitię in domo eius & iustitia eius manet in sęculum sęculi.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

Matth. c. 10. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Nihil opertum quod non reueletur: & occul-

⁊ occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis, prędicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui, potest ⁊ animam ⁊ corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse véneunt: ⁊ vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem ⁊ capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor ⁊ ego eum coram patre meo, qui in cęlis est.

Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petijt à te, ⁊ tribuisti ei, halah.

Sec. Accepta sit in cōspectu tuo domine nostra deuotio: ⁊ eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solennitate defertur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia sęcula sęculorum. Amen.

Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: ⁊ vbi sum ego, illic ⁊ minister meus erit.

Postcommunio. Refecti participatione muneris sacri, quęsumus domine deus nôster, vt sancti martyris tui, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuū, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritꝰ sancti deꝰ per omnia ⁊c.

Item alię epistolę, ⁊ euangelium, in cōi vnius martyris.

Lectio epistolę beati Jacobi apostoli.

Charissimi. Omne gaudium existimate fratres ca. i
mei, cum in tentationes varias incidéritis: scientes quòd probatio fidei vestrę patientiā operatur. Patientia autem opus perfectum habeat: vt, sitis perfecti ⁊ integri, in nullo deficientes. Siquis autem vestrum indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, ⁊ non impróperat: ⁊ dabitur ei. Postulet autem in fide, nihil hęsitans. Qui enim hęsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur ⁊ circunfertur. Non ergo existimet homo ille quòd accipiat aliquid a domino. Vir duplex animo inconstās est in omnibus vijs suis. Glorietur autem frater humilis, in exaltatione sua. Diues aūt, in humilitate sua, quoniam sicut flos fęni transibit: exortus est enim sol cum ardore, ⁊ arefecit fęnum, ⁊ flos eius décidit, ⁊ decor vultꝰ eius deperijt: ita ⁊ diues in itineribus suis marcescet. Beatus

tus vir qui suffert tentationez: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę: quam re promisit deus diligentibus se.

Lectio epistolę bti Petri apli.

1.c.4. CHarissimi. Communicātes Christi passionibus, gaudete: vt, ⁊ ī reuelatione glorię eius gaudeatis exultātes. Si exprobamini ī noīe Christi, beati éritis: quoniā quod est honoris, glorię, ⁊ virtutis dei, ⁊ q est eius spiritus: sup vos requiescit. Nemo autē vestrū patiat vt homicída, aut fur, aut malédicus, aut alienoꝝ appetitor. Si autē vt christianus: nō erubescat, glorificet autē deū in isto nomine. Quoniā tēp⁹ est, vt incipiat iudiciū a domo dei. Si aūt primū a nobis: quis finis eoꝝ q nō credūt dei euāgelio? Et, si iust⁹ qdem vir saluabitur: impi⁹ ⁊ peccator vbi parebūt? Itaque ⁊ hi qui patiuntur secundū voluntatem dei: fideli creatori commēdēt animas suas in benefactis.

Seq. scti euang. sm Johānem.

c.12. IN illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Amē, amē, dico vobis. Nisi granum frumenti cadens in terra, mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autez mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eā: ⁊ qui odit animam suam in hoc mundo, in vitā ętернā custodit eā. Siquis mihi ministrat, me sequat: ⁊ vbi ego suz, illic ⁊ minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eū pater meus qui est in cęlis.

In Cōi mart. tpe paschali, scilicet à dñica in octaua Pasche vsque ad vigiliam Pentecostes.

C De vno marty. Introitus.



PRotexisti me de⁹ à cōuentu malignantiū, halah: à multitudine operantiuz iniquitatē, Halah, halah. ps. Exaudi deus orationem meam, cum déprecor: à timore inimici éripe animam meam. ℣. Gloria patri.

Pro martyre ⁊ pontifice. Orō.

INfirmitatez nr̄az respice oīps deus: ⁊ qa pond⁹ ꝓprię actionis grauat, bti N. martyris tui, atqz pōtificis ītercessio gloriosa nos ꝓtegat. Per do.

Pro mart. ⁊ pont. alia Oratio.

DEus, q nos beati N. martyris tui, atque pontificis annua solénitate lętificas: concede ꝓpitius: vt cuius natalitia cólimus, de eiusdē etiā protectione gaudeamus. Per dominū. die. 18.

Pro martyre tantum. Oratio.

PRęsta, quęsum⁹, omnipotens deus: vt qui beati N. martyris tui natalitia cólimus, intercessione ei⁹ in tui nominis amore roboremur. Per dñm.

Pro martyre tantuz alia Oro.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt intercedente beato N. martyre tuo, et a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per d.

Lectio libri Sapientie.

ca. 5. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerant, et qui abstulerunt labores eorum. Uidentes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperate salutis, dicentes intra se, penitentiam agentes, et pre angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem improperij. Nos insensati, vitaz illorum estimabamus insaniam: et finem illorum sine honore. Ecce, quomodo computati sunt inter filios dei, et inter sctos sors illoruz est.

Uel epistola beati Pauli apostoli ad Timotheum. Memor esto. vt supra in coi vnius mart. extra tempus Paschale. folio. 240.

Halleluiah, halleluiah. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua dne, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Haleluiah. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso, halleluiah.

Seq. scti euang. secundum Johannem.

c. 15. In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum: et omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Siquis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent euz, et in ignem mittent, et ardet. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint: quodcunque volueritis, petetis, et fiet vobis. Offerto.

Confitebuntur celi mirabilia tua domine, et veritatem tuam in ecclesia sanctorum, halleluiah, halleluiah.

Pro marty. et pontifi. Secreta.

Hostias tibi dne beati N. martyris tui atq3 pontificis dicatas meritis, benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidiuz. Per.

Pro mart. ponti. alia Secreta.

Munera tibi dne dicata sanctifica: et intercedente beato N. martyre tuo atq3 pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrum.

Pro martyre tantum. Secreta.

Muneribus nostris, quesumus dne, precibusq3 susceptis: et celestibus nos munda mysterijs:

sterijs: ⁊ clemẽter exaudi. Ps. Do.

Pro marty. tantũ alia Secreta.

ACcepta sit in cõspectu tuo domine nostra deuotio: ⁊ eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solennitate defertur. Per dñm. Commu.

Lętabitur iust⁹ in domino, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur oẽs recti corde, halł'ah, halł'ah.

Pro mart. ⁊ pont. Postcõio.

REfecti participatione muneris sacri, quęsumus domine deus noster: vt, beati N. martyris tui atq; pontificis, cuius exequimur cultũ, sentiam⁹ effectum. Per dominum nost.

Pro mar. ⁊ põt. alia Postcõio.

HAec nos cõmunio, dñe, purget à crimine: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atque põtifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dñm.

Pro martyre tantum. Postc.

DA, quęsum⁹ domine deus noster: vt, sicut tuorũ commemoratione sanctorũ tẽporali gratulamur officio, ita ꝑpetuo lętemur aspectu. Per do.

Pro mart. tantum alia Postco.

REfecti participatione muneris sacri, quęsum⁹ dñe deus noster: vt, sancti N. martyris tui, cui⁹ exequimur cultũ, sentiamus effectum. Per dñm.

¶ Epistola ⁊ euang. supradicte missę dicuntur etiam in sequẽti missa: ⁊ quę in sequenti habentur, dici possunt in superiori.

¶ De pluribus martyribus tẽpore paschali. Introitus.



SAncti tui domine benedicẽt te, gloriã regni tui dicent, Hallał'ah. Ps. Exaltabo te deus me⁹ rex, ⁊ benedicã noĩ tuo, in sęculũ, ⁊ in sęculũ sęculi. V. Gloria pa.

Pro pluribus põt. ⁊ mar. Oro.

BEatorum martyrum tuorum pariterq; pontificũ N. ⁊ N. nos, quęsum⁹, domine festa tueantur: ⁊ eorum commẽdet oratio veneranda. Per do.

Pro plur. mart. tantũ. Oratio.

DEus, qui nos cõcedis sanctorũ martyrũ tuorũ N. ⁊ N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per dominum.

Pro plurib. mart. alia Oratio.

DEus, q nos annua sanctorũ martyrũ tuorũ N. ⁊ N. solennitate lętificas: concede propitius: vt quorũ gaudem⁹ meritis, instruamur exemplis. Per dominum nostrum ⁊c.

Lectio epistolę btĩ Petri aplĩ. 1. c. 1.

BEnedictus deus ⁊ pater domini nostri Jesu Christi, qui secundum magnã misericordiam suã regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionẽ Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilẽ, ⁊

incontaminatã, ꝛ immarcescibilem, conseruatam in cęlis in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidē in salutem, paratã reuelari in tempore nouissimo: ī quo exultabitis, modicū nūc, si oportet, contristati in varijs tētationibus: vt ꝓbatio vestrę fidei multo ꝑciosior auro (qđ ꝑ ignē probatur) inueniat in laudē ꝛ gloriã ꝛ honorē ī reuelationē domini nostri Jesu Christi. Halłaħ, halłaħ. ℣. Sancti tui domine florebunt sicut liliū, ꝛ sicut odor balsami erūt ante te. Halłaħ. ℣. Preciosa ī cōspectu dn̄i mors sanctorū eius, halłaħ.

Seq. S. euāge. ſm Johannem.

c. 15. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet ī me, ꝛ ego in eo, hic fert fructum multū: quia sine me nihil potestis facere. Siquis ī me non manserit: mittetur foras sicut palmes, ꝛ arescet, ꝛ colligēt eum, ꝛ in ignē mittent, ꝛ ardet. Si mãseritis in me, ꝛ verba mea in vobis manserint: quodcūq₃ volueritis petetis, ꝛ fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: vt fructum plurimū afferatis, ꝛ efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, ꝛ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si ꝓcepta mea seruaueritis, manebitis ī dilectione mea, sicut ꝛ ego patris mei pręcepta seruaui, ꝛ maneo in eiꝰ dilectione. Hęc locutus sum vobis: vt gaudiū meū in vobis sit, ꝛ gaudium vestrum impleatur. Offertoriū. Lętamini in dn̄o, ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini omnes recti corde, halłaħ, halłaħ.

Pro plurib. pont. ꝛ mar. Secr.

Adesto dn̄e supplicationibus nostris, quas in sancto rum tuorū commemoratione deferimꝰ: vt, qui nostrę iustitię fiduciam non habemus, eorū qui tibi placuerūt meritis adiuuemur. Per dominum nostrū.

Pro plurib. mart. tantū Secre.

Munera tibi dn̄e nostrę deuotionis offerimus: quę ꝛ pro tuorū tibi grata sint honore iustorū, ꝛ nobis salutaria te miserante reddātur. Per dn̄m.

Pro pluribus mart. alia Secr.

Oblatis, q̄s dn̄e, placare muneribus: ꝛ intercedētibus sanctis tuis N. ꝛ N. à cūctis nos defende periculis. Per. Cōio. Gaudete iusti in dn̄o, halłaħ: rectos decet collaudatio, halłaħ.

Pro pluribus Pontificibus ꝛ martyribus. Postcommunio.

Quęsumus domine salutaribus repleti mysterijs: vt, quorum solennia celebramus, eorum orationibꝰ adiuuemur. Per dominum nostrum ꝛc.

Pro pluribus martyribus tantum. Postcommunio.

Pręsta nobis, quęsumꝰ domine, intercedentibꝰ sanctis martyribus tuis N. ꝛ N. vt quod

vt quod ore cōtingimus, pura
mente capiamus. Per dñm n.

Pro plurib⁹ mar. alia Postcō.

HAec nos cōmunio domi-
ne purget à crimine: & īter
cedentibus sanctis martyribus
tuis N. & N. cęlestis remedij fa
ciat esse cōsortes. Per dñm no.

In cōi marty. tpe Paschali, alia
Epistola, & Euangelium.

Lectio libri Apocalypsis beati
Johannis apostoli.

c.19. IN diebus illis: Post hęc
ego Johānes audiui qua-
si vocē magna turbarū multaꝝ
in cęlo dicentiū, Halel'ah. Laus,
& gloria, & virt⁹ Deo nostro est:
qa vera & iusta iudicia sunt ei⁹ q
iudicauit de meretrice magna,
q̄ corrupit terrā in ꝓstitutione
sua: & vindicauit sanguinē ser-
uorū suorū de manib⁹ eius. Et
iterū dixērūt, Halel'ah. Et fum⁹
eius ascendit in sęcula sęculorū.
Et ceciderunt seniores viginti-
quatuor, & quatuor animalia, &
adorauerunt Deum sedentem
super thronū, dicentes: Amen,
Halel'ah. Et vox de throno exi-
uit dicens. Laudem dicite Deo
nostro omnes sancti eius: & qui
timetis eum pusilli & magni. Et
audiui quasi vocem turbe ma-
gnę, & sicut vocem aquarū mul
tarum, & sicut vocem tonitruo-
rum magnoruz: dicentiū, Ha-
lel'ah: quoniam regnauit domi-
nus deus noster omnipotens.
Gaudeam⁹ & exultemus, & de-
mus gloriam ei: quia venerunt
nuptię Agni, & vxor eius prępa
rauit se. Et datū est illi, vt coope
riat se byssino splendēti & candi
do. Byssinuz enim: iustificatio-
nes sunt sanctoruz. Et dixit mi-
hi. Scribe, Beati qui ad cęnam
nuptiarum Agni vocati sunt.

Sequē. S. euang. sm Johānē.

IN illo tpe: Dixit Jesus di c.16.
scipulis suis. Amen, amē
dico vobis: qr plorabitis, & fle-
bitis vos, mūdus aūt gaudebit:
vos aūt contristabimini, sed tri
stitia vestra vertetur in gaudiū.
Mulier cum parit, tristitiā ha-
bet, qr venit hora eius: cū autez
peperit puerum, iā nō meminit
pressurę propter gaudiū, qr na-
tus est homo in mundū. Et vos
igitur, nunc quidem tristitiā ha
betis, iterum autē videbo vos,
& gaudebit cor vestrum: & gau-
diū vestrū nemo tollet à vobis.

¶ In communi plurimorum
martyrum extra tempus pas-
chale. Introitus.



Intret in cō-
spectu tuo do
mine gemi-
tus cōpedi-
torū, redde
vicinis nr̄is
septuplū in
sinu eoruz:
vindica sanguinē sanctoꝝ tuoꝝ
qui effusus est. Ps. Deus vene-
runt gentes in hęreditatem tuā:
polluerunt templum sanctū tu-
um:

um: posuérunt Jerusalẽ in pomorũ custodiam. ℣. Gloria.

Pro plur. pont. & mar. Oratio.

Beatorum martyrum tuorum paritérqꝫ pontificuꝫ N. & N. nos, quęsum⁹ dñe, festa tueantur: & eorũ commẽdet oratio veneranda. Per dñm.

Si non fuerint pontifices, dicitur oratio vt in sequenti Missa.

Lectio libri Sapientię.

ca.3. Iustorũ aĩę ĩ manu dei sunt: & non tanget illos tormẽtũ mortis. Visi sunt oculis insipientiũ mori: & ęstimata est afflictio, exitus illorũ. Et ab itinere iusto abiérunt in exterminiũ: & qd à nobis ẽ iter exterminij, illi aũt sunt in pace. Et si corã hoĩb⁹ tormenta passi sunt: spes illorũ immortalitate plena ẽ. In paucis vexati, in multis bene disponẽtur: quoniã de⁹ tẽtauit eos, & inuenit eos dignos se. Tãquã aurũ in fornace probauit illos: & quasi holocausti hostiã accepit illos: & in tẽpore erit respect⁹ illorũ. Fulgebũt iusti, & tãquàm scintillę in arũdineto discurrẽt. Judicabũt nationes, & dominabunt̃ populis: & regnabit dñs illoruꝫ in perpetuum. Gradua.

Gloriosus de⁹ in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicos.

Halĺah, halĺah. ℣. Corpora sanctorũ in pace sepulta sunt, & nomina eorũ viuent in generatione & generatione, Halĺah.

Post septuagesimam Tractus.

Qui seminãt ĩ lacrymis, ĩ gaudio metent. ℣. Eũtes ibãt, & flebãt, mittẽtes semina sua. ℣. Veniẽtes aũt veniẽt cum exultatione, portantes manipulos suos.

Seq. sancti euang. sm Lucam.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Cũ audiéritis ꝓlia & seditiones, nolite terreri: oportet primũ hęc fieri, sed nõdũ statim finis. Tũc dicebat illis. Surget gẽs ꝯtra gẽtẽ, & regnũ aduersus regnũ: & terręmotus magni erũt ꝑ loca: & pestilẽtię & fames: terroréſqꝫ de cęlo & signa magna erunt. Sed ante hęc oĩa, inijciẽt vobis man⁹ suas: & ꝑsequẽtur tradẽtes in synagogas, & custodias, trahẽtes ad reges & ꝑsides, ꝓpter nomẽ meũ. Cõtinget autẽ vobis in testimoniũ. Ponite ergo in cordib⁹ vestris nõ ꝓmeditari quemadmodũ respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiã, cui nõ potérũt resistere & cõtradicere oẽs aduersarij vestri. Trademini autẽ à parẽtibus & fratribus & cognatis & amicis: & morte afficiẽt ex vobis. Et éritis odio omnibus hoĩbus propter nomen meũ: & capill⁹ de capite vestro non peribit. In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras.

Offe. Mirabilis de⁹ in sanctis suis, de⁹ Israel: ipse dabit virtutem.

tem, ꝛ fortitudinē plebi suę: benedictus deus, Alleluia. Secre.

Adesto dn̄e supplicationib⁹ nostris, quas in sanctorū tuorū cōmemoratione deférimus: vt, qui nostrę iustitię fiduciā non habem⁹, eoꝝ q̄ tibi placuérūt meritis adiuuemur. Per do. Cōio. Et si corā hominibus tormenta passi sunt: de⁹ tētauit eos: tanquam aurū in fornace probauit eos: ꝛ quasi holocausta accepit eos. Postcōmu.

Quęsum⁹ domine salutaribus repleti mysterijs: vt quoꝝ solénia celebramus, eoꝝ orationib⁹ adiuuemur. Per do.

De eodē cōi alia Missa. Intro.



Sapiētiā sanctorū narrēt populi: ꝛ laudes eoꝝ nūciet ecclesia: noīa aūt eorū viuēt i sęculū sęculi. Ps. Exultate iusti i dn̄o: rectos dcet collaudatio. ℣. Glia. Orō.

Deus, q̄ nos concedis sanctorum martyrum tuorū N. ꝛ N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per d.

Si fuerint Pontificis, dicat orō pcedētis missę, quod ꝛ i sequētibus seruet. Lectō libri Sapiētię.

ca. 5. Iusti autem in perpetuū viuent: ꝛ apud Dominū est merces eorū: ꝛ cogitatio eorum apud altissimū. Ideo accipient regnum decoris, ꝛ diadema speciei de manu dn̄i: quoniā dextera sua teget eos, ꝛ brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturā zelus illius, ꝛ armabit creaturā ad vltionē inimicoꝝ. Induet p thorace iustitiam: ꝛ accipiet pro gálea iudiciū certū. Sumet scutū inexpugnabile, ęquitatē. Gra. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū. ℣. Laqueus cōtritus est, ꝛ nos liberati sumus: adiutorium nostrū in nomine dn̄i, qui fecit cęlū, ꝛ terrā. Alleluia, alleluia. ℣. Iusti epulentur, ꝛ exultent in conspectu dei: ꝛ delectent in lętitia, alleluia.

Post septuagesimam Tractus.

Qui semināt i lacrymis, i gaudio metent. ℣. Eūtes ibāt, ꝛ flebāt, mittētes semina sua. ℣. Venientes aūt veniēt cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequē. S. euang. sm Lucam.

In illo tpe: Descēdēs Jesus de mōte, stetit in loco cāpestri, ꝛ turba discipuloꝝ ei⁹, ꝛ multitudo copiosa plebis ab oī Judęa ꝛ Jerusalē, ꝛ Maritima ꝛ Tyri ꝛ Sidónis, q̄ venerāt vt audirent eū, ꝛ sanarentur a lāguoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quęrebant eum tāgere: quia virt⁹ de illo exibat, ꝛ sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis i discipulos suos ca. 6.

suos dicebat. Beati pauperes: quoniam vestrū est regnū dei. Beati q nunc esuritis: quoniā saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis, cū vos oderint hoīes, ⁊ cū separauerint vos, ⁊ exprobrauerint, ⁊ eiecerint nomen vestruz tanquam malum, propter filiū hominis. Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce enim merces vestra, multa ē in celo. Off. Exultabūt scti in gloria, letabūtur in cubilib⁹ suis: exaltationes dei in faucibus eorū, hal'ah. Secr.

Munera tibi dñe nostre deuotionis offerim⁹: que ⁊ pro tuoruz tibi grata sint honore iustorum, ⁊ nobis salutaria te miserante reddantur. Per do. Cōio. Dico autē vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos persequuntur. Postcōio.

Presta nobis, quesum⁹ domine, intercedentib⁹ sanctis martyribus tuis N. ⁊ N. vt, quod ore cōtingimus, pura mēte capiamus. Per dominū.

¶ De eodē cōi alia missa. Intr.



Salus autem iustorū a Domino: ⁊ protector eoruz est in tempore tribulationis. ps. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Deus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorū N. ⁊ N. solennitate letificas: concede propitius: vt, quorum gaudem⁹ meritis, instruamur exemplis. Per dominum no.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Hebreos.

Fratres: Rememoramini pristinos dies, in quib⁹ illuminati, magnū certamen sustinuistis passionum. Et in altero quidē opprobrijs ⁊ tribulationibus spectaculū facti: in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Nam ⁊ vinctis compassi estis: ⁊ rapinā bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem ⁊ manentē substantiam. Nolite itaque amittere confidentiā vestraz, que magnam habet remunerationez. Patiētia eniz vobis necessaria est: vt volūtatē dei facientes, reportetis promissionez. Adhuc enim modicū aliquātulumq3, qui ventur⁹ est veniet, ⁊ nō tardabit. Justus autē ex fide viuit. c. 10.

Gra. Clamauerūt iusti, ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex oīb⁹ tribulationibus eorū liberauit eos. ℣. Juxta ē dñs his q tribulatio sūt corde: ⁊ humiles spū saluabunt. Hal'ah, hal'ah. ℣. Te martyrū cādidat⁹ laudat exercitus dñe, hal'ah. Post Septuag. Tract⁹. Qui semināt i lacrymis, i gaudio

dio metẽt. ℣. Eũtes ibãt, ⁊ flebãt, mittẽtes sémina sua. ℣. Venientes aũt veniẽt cũ exultatione, portantes manipulos suos.

Sequẽ. S. euãg. ẜm Mattheũ.

c.24. IN illo tpe: Sedente Jesu super montez Oliueti, accessérunt ad eũ discipuli eius secreto, dicentes. Dic nobis, quã do hęc erunt, ⁊ quod signũ aduentus tui, ⁊ ꝯsummationis sęculi? Et respõdens Jesus, dixit eis. Videte, neqꝫ vos seducat. Multi enim veniẽt in nomine meo dicẽtes, ego suz Christus: ⁊ multos sedúcent. Audituri enim estis ꝑlia, ⁊ opiniones pręliorũ. Videte, ne turbemini. Oportet enim hęc fieri, sed nondũ est finis. Consurget enim gens in gẽtẽ, ⁊ regnũ in regnũ: ⁊ erũt pestilẽtię, ⁊ fames, ⁊ terremot⁹ per loca. Hęc autẽ omnia, initia sunt dolorum. Tunc tradẽt vos in tribulationẽ, ⁊ occident vos, ⁊ éritis odio omnibus gẽtibus propter nomen meũ. Et tunc scandalizabuntur multi: ⁊ inuicem tradent: ⁊ odio habebunt inuicem. Et multi pseudo prophetę surgẽt: ⁊ sedúcẽt multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autẽ perseuerauerit vsqꝫ in finem: hic saluus erit.

Offerto. Iustorum animę in manu dei sunt, ⁊ nõ tanget illos tormentũ mortis: visi sunt oculis insipientium mori: illi autẽ sunt in pace, Halłáh. Secreta.

OBlatis, q̃s dñe, placare muneribus: ⁊ intercedentib⁹ sanctis tuis N. ⁊ N. à cũctis nos defende periculis. Per dñm.

Cõmunio. Quod dico vobis in tenebris, dicite ĩ lumine, dicit dominus: ⁊ qđ in aure auditis, prędicate super tecta. Postcõ.

HAec nos cõmunio domine purget à crimine: ⁊ ĩtercedentibus sanctis martyribus tuis N. ⁊ N. cęlestis remedij faciat esse cõsortes. Per dñm no.

¶ Item alię epistolę, ⁊ euangelia pro pluribus martyribus.

Lectio libri Sapientię.

REddidit deus iustis mercedẽ laborum suorũ: ⁊ deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei, ⁊ in luce stellarum per noctem. Trãstulit illos per mare rubrũ, ⁊ trãsuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorũ demersit in mare, ⁊ ab altitudine inferorũ eduxit illos. Ideo iusti tulérunt spolia impiorum: ⁊ decãtauérũt domine nomen sanctũ tuũ: ⁊ victricẽ manũ tuã laudauérũt páriter, Dñe de⁹ noster. c.10.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

FRatres. Iustificati ex fide, pacẽ habeamus ad deum per dominum nostrum Jesum Christum: per quem ⁊ habemus accessũz per fidẽ in gratiam istam, in qua stamus, ⁊ gloriamur, ca.5.

riamur, in spe glorię filiorũ dei. Non solum autem: sed et gloriamur in tribulationibus, sciẽtes quòd tribulatio patientiã operatur, patientia autẽ probationem, probatio vero spem. Spes autẽ non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctũ qui datus est nobis. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca.8. FRatres. Non sunt condignę passiones huius temporis, ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, nõ volẽs, sed propter eũ qui subiecit eã in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatẽ glorię filiorũ dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, et párturit vsque adhuc. Non solũ aũt illa, sed et nosipsi primitias spiritus habentes, et ipsi intra nos gémimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis nostri.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

2.c.6. FRatres. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs. In castitate, in sciẽtia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Per arma iustitię à dextris et à sinistris. Per gloriam et ignobilitatem: per infamiam et bonam famam: vt seductores, et veraces: sicut qui ignoti, et cogniti: quasi moriẽtes, et ecce viuimus: vt castigati, et non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletãtes: tãquam nihil habentes, et omnia possidentes.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

FRatres: Sancti per fidem vicẽrũt regna: operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones: obturauẽrũt ora leonũ: extinxerunt impetũ ignis: effugauẽrũt aciem gladij: cõualuẽrunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello: castra vertẽrunt exterorũ: accepẽrunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorẽ inuenirent resurrectionẽ. Alij verò ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres: lapidati sunt, secti sunt, tẽtati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuiẽrunt in melotis, in pellibus caprinis: egẽtes, angustiati, afflicti: quibus dignus nõ erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus et speluncis, et in cauernis terrę. Et hi omnes ca.11.

nes testimonio fidei probati inuenti sunt: In Christo Jesu domino nostro. Lectio libri Apocalypsis beati Johānis apostoli.

ca.7. In diebus illis. Respōdit vnus de seniorib⁹, ⁊ dixit mihi. Hi q amicti sunt stolis albis, qui sunt? ⁊ vnde venérunt? Et dixi illi. Domine mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sūt, q venérūt de tribulatiōe magna: ⁊ lauérūt stolas suas, ⁊ dealbauérunt eas ī sanguine Agni. Ideo sunt ante thronuȝ dei, ⁊ seruiunt ei die ac nocte in templo eius: ⁊ qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esurient, neque sitiēt ampli⁹: nec cadet sup illos Sol, neque vllus ęstus. Qm̄ Agn⁹ qui ī medio throni est, reget illos: ⁊ deducet eos ad vitę fontes aquarum: ⁊ absterget deus omnem lacrymam ab oculis eorū.

Seq. sancti euāg. sm̄ Mattheū.

ca.5. In illo tpe. Uidēs Jesus turbas, ascendit in montē. Et cū sedisset, accessérunt ad eū discipuli eius: ⁊ aperiēs os suū, docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorum est regnū cęloꝝ. Beati mites: quoniā ipsi possidebūt terrā. Beati qui lugent: quoniā ipsi consolabūtur. Beati qui esúriunt, ⁊ sitiunt iustitiam: quoniā ipsi saturabūtur. Beati misericordes quoniā ipsi misericordiā consequētur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbūt. Beati pacifici: quoniā filij dei vocabūtur. Beati qui persecutionem patiūtur propter iustitiam, quoniaȝ ipsorū est regnū cęlorum. Beati estis, cū maledixerint vobis homines, ⁊ persecuti vos fuerint: ⁊ dixerint oē malū aduersus vos, mentientes propter me. Gaudete, ⁊ exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cęlis.

Seq. scti euang. sm̄ Mattheū.

In illo tpe: Respōdēs Jesus dixit. Cōfiteor tibi pater dn̄e cęli ⁊ terrę: qr abscōdisti hęc à sapientibus ⁊ prudētibus, ⁊ reuelasti ea paruulis. Ita pater: qm̄ sic placitum fuit ante te. Oīa mihi trádita sūt à pr̄e meo. Et nemo nouit filiū, nisi pater: neqȝ pr̄em qs nouit, nisi fili⁹, ⁊ cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me oēs q laboratis, ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiā vos. Tollite iugū meū super vos, ⁊ discite à me, quia mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem animab⁹ vestris. Jugū enim meū suaue est, ⁊ onus meum leue. c.11.

Sequē. sancti euāg. sm̄ Lucā.

In illo tempore: Dicebat Jesus turbis Judęoruȝ, ⁊ principibus sacerdotū. Uę vobis, qui ędificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occidérunt illos. Profectò testificamini, quòd consentitis operibus patrū vestrorū: quoniam ipsi quideȝ eos occidérūt vos autem ędificatis eorum sepulchra. c.11.

pulchra. Propterea ⁊ sapientia
dei dixit. Mittã ad illos ꝓphe-
tas ⁊ apostolos, ⁊ ex illis occidẽt
⁊ persequentur: vt inquiratur
sanguis omnium prophetarũ,
qui effusus est à constitutione
mundi à generatione ista, à san
guine Abel, vsque ad sangui-
nem Zacharię, qui perijt inter
altare ⁊ ędem. Ita dico vobis,
requiretur ab hac generatione.

Seq. sancti euang. ẜm Lucam.

L.10. IN illo tempore: Dixit Je
sus discipulis suis. Qui
vos audit, me audit, ⁊ qui vos
spernit, me spernit. Qui autem
me spernit: spernit eũ q me mi-
sit. Reuersi sunt autẽ septuagin
taduo cũ gaudio, dicentes. Do
mine, etiã dęmonia in nomine
tuo subijciuntur nobis. Et ait il
lis. Uidebam satanam sicut ful
gur de cęlo cadẽtem. Ecce, de-
di vobis potestatẽ calcãdi supra
serpentes, ⁊ scorpiones, ⁊ supra
omnẽ virtutẽ inimici: ⁊ nihil vo
bis nocebit. Ueruntamẽ in hoc
nolite gaudere: qꝛ spiritꝰ subij-
ciunt̃ vobis: gaudete aũt qꝛ no-
mina vestra scripta sunt in cęlis.

Sequẽ. sancti euãg. ẜm Lucã.

12. IN illo tempore: Dixit Je
sus discipulis suis. Atten-
dite à fermẽto pharisęorũ, qđ
est hypocrisis. Nihil aũt opertũ
quod nõ reueletur: neqꝫ abscõ-
ditũ, quod nõ sciatur. Qm̃ quę
in tenebris dixistis, i lumine di
centur: ⁊, qđ in aure locuti estis
in cubiculis, prędicabitur in te-
ctis. Dico aũt vobis amicis me-
is: Ne terreamini ab his q occi
dũt corpus, ⁊ post hęc nõ habẽt
amplius quid faciant. Ostendã
autẽ vobis quẽ timeatis. Time
te eũ qui, postquã occiderit, ha-
bet potestatẽ mittere in gehen-
nã. Ita dico vobis, hũc timete.
None quinqꝫ passeres vęneũt
dipõdio: ⁊ vnꝰ ex illis nõ est in
obliuione corã deo? Sed ⁊ capil
li capitis vr̃i, oẽs numerati sunt.
Nolite ergo timere: multis pas
seribꝰ pluris estis vos. Dico aũt
vobis: oĩs quicũqꝫ cõfessus fue
rit me corã hoĩbus, ⁊ filius hoĩs
cõfitebitur eũ corã angelis dei.

¶ In cõmuni Confessorum
Pontificum. Introitus.



STatuit ei do
minꝰ testm̃
pacis, ⁊ prin
cipẽ fecit eũ:
vt sit illi sa-
cerdotij di-
gnitas i ęter
nũ. ps. Me
mẽto dñe Dauid, ⁊ oĩs mãsue-
tudinis eiꝰ. ℣. Gloria p. Oro.

DA, qs, oĩps deus: vt beati
N. cõfessoris tui atqꝫ põ-
tificis venerãda solẽnitas: ⁊ de-
uotionẽ nobis augeat, ⁊ salutẽ.
Per do. Lectio libri Sapiẽtię.

ECce sacerdos magnus, q Ecc. 44
in diebus suis placuit deo,
⁊ inuẽtus est iustus: ⁊ in tempo
re iracũdię factus est recõcilia-
tio.

tio. Non est inuentus similis illi, qui cõseruaret legem excelsi. Ideo iureiurãdo fecit illuz dñs crescere in plebem suã. Benedictionẽ oĩum gentiũ dedit illi, testamentũ suũ cõfirmauit sup caput ei⁹. Cognouit eũ in benedictionib⁹ suis: cõseruauit illi misericordiã suã: ⁊ inuenit gratiã corã oculis dñi. Magnificauit eũ in cõspectu regũ: ⁊ dedit illi coronã glorię. Statuit illi testamẽtũ sempiternũ: ⁊ dedit illi sacerdotiũ magnuz: ⁊ beatificauit illũ in gloria. Fũgi sacerdotio, ⁊ habere laudẽ in noĩe ipsius: ⁊ offerre illi incẽsuz dignũ: in odorẽ suauitatis. Grad. Ecce sacerdos magnus, q in dieb⁹ suis placuit deo. ℣. Nõ est inuẽtus similis illi, q cõseruaret legem excelsi. Hal'ah, hal'ah. ℣. Tu es sacerdos in ęternum secundum ordinẽ Melchisedech. Haleluiah.

¶ Tẽpore Paschali Graduale omittitur vsqz ad Haleluiah, ⁊ addit seqũẽs ℣. Hic est sacerdos, quẽ coronauit dñs, hal'ah.

Post Septuagesimã Tractus.

Beatus vir, qui timet dominũ, in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semẽ eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię i domo ei⁹, ⁊ iustitia ei⁹ manet in sęculũ scli.

Seq. scti euang. scdm Mattheũ.

c.25. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidã peregre proficiscens, vocauit seruos suos, ⁊ tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta: alij autẽ duo, alij vero vnũ. Unicuiqz scdm propriã virtutẽ: ⁊ pfect⁹ est statim. Abijt aũt q quinqz talenta accẽperat, ⁊ operat⁹ est in eis, ⁊ lucratus est alia quinque. Similiter ⁊ qui duo talenta accẽperat, lucrat⁹ est alia duo. Qui aũt vnũ accẽperat, ãbiens fodit in terrã, ⁊ abscõdit pecuniã dñi sui. Post multuz vero tẽporis venit dñs seruorũ illorum, ⁊ posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinqz talenta accẽperat, obtulit, alia quinque talenta, dicens. Dñe, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinqz superlucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone ⁊ fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituam: intra in gaudiũ dñi tui. Accessit autẽ ⁊ qui duo talẽta accẽperat: ⁊ ait. Domine, duo talẽta tradidisti mihi: ecce, alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone ⁊ fidelis: quia super pãuca fuisti fidelis, supra multa te constituaz: intra in gaudiũ dñi tui.

Offertoriuz. Inueni Dauid seruuz meum, õleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachiuz meum confortabit eum.

Secreta.

Sancti tui, qs dñe, nos vbique lętificent: vt, duz eorũ merita recolimus, patrocinia

sentiamus. Per dñm no. Cõio.
Fidelis seruus ꝛ prudens: quẽ constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõio.
PResta, quęsumꝰ, omnipotens deus: vt de perceptis munéribus gratias exhibẽtes, intercedente beato N. confessore tuo atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per dñm.

¶ De eodem communi alia missa. Introitus.



Sacerdotes tui dñe iduant iustitiã: ꝛ scti tui exultent propter Dauid seruum tuũ, nõ auertas faciẽ Chr̃i tui. Ps. Memẽto dñe Dauid, ꝛ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.
EXaudi, q̃s dñe, preces nostras: quas in beati N. confessoris tui atq3 pontificis solennitate deférimus: ꝛ qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedẽtibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per do.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

ca. 7. FRatres: Plures facti sunt sacerdotes secundum legem, iccirco quòd morte prohiberentur permanere. Jesus autem eò quòd maneat in ęternuz, sempiternũ habet sacerdotium. Unde ꝛ saluare in perpetuum potest, accedẽs per semetipsuz ad deũ, semp viuẽs ad interpellanduz pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutꝰ, segregatus à peccatoribꝰ, ꝛ excelsior cęlis factꝰ. Qui nõ habet quotidie necessitatẽ (quẽadmodũ sacerdotes) priꝰ pro suis delictis hostias offérre, deinde ꝑ populi. Hoc enim fecit semel se offerendo, dñs noster Jesus Christus. Grad. Sacerdotes eiꝰ induãt salutare: ꝛ sancti eius exultatione exultabũt. ℣. Illuc ꝑducã cornu Dauid: paraui lucernã Christo meo. Hal'ah, hal'ah. ℣. Jurauit dñs, ꝛ nõ pęnitebit eũ: tu es sacerdos i ęternũ ſm ordinez Melchisedech, hal'ah.
Tpe Paschali Graduale omittitur, ꝛ addit sequẽs ℣. Amauit eũ dñs, ꝛ ornauit euz: stolã glorię induit euz, Hal'ah. Post septuagesimã Tractus. Beatus vir, qui timet dñm, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectoruz benedicet̃. ℣. Gloria ꝛ diuitię in domo eius: ꝛ iustitia eius manet in sęculum sęculi.
Seq. scti euang. ſm Mattheũ. c. 24.
IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Uigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniã si sciret pater familias qua hora fur veni-

veniret: vigilaret vtiqz, ꝛ nō sineret perfodi domū suā. Ideo ꝛ vos estote parati: quia nescitis qua hora fili⁹ hoīs vēturus sit. Quis, putas, est fidelis seru⁹ ꝛ prudēs, quē cōstituit dn̄s sup familiā suā, vt det illis cibū in tpe? Beat⁹ ille seru⁹, quē cū venerit dn̄s ei⁹, inuēnerit sic faciētē. Amē dico vobis, qm̄ sup oīa bona sua constituet eū. Off. Ueritas mea, ꝛ misericordia mea cuz ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti N. cōfessoris tui atque pontificis, q̄s, dn̄e, annua solēnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt ꝑ hęc pię placationis officia, ꝛ illuz beata retributio comitetur, ꝛ nobis gratię tuę dona cōciliet. Per. Comu.

Beatus seruus, quē cū vēnerit dn̄s inuēnerit vigilantē: amen dico vobis, super omnia bona sua cōstituet eum. Postcōio.

Deus fideliū remunerator animaruz, pręsta: vt beati N. confessoris tui atqz pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precib⁹ indulgentiam cōsequamur. Per do.

¶ Item alię Epistolę ꝛ Euangelia pro Confess. ponti.

Lcō eplę btī Pau. apli ad Heb.

ca. 5. Fratres. Omnis pontifex ex hoībus assumptus pro hoīb⁹ cōstituit in ijs quę sunt ad deū: vt offerat dona ꝛ sacrificia, ꝓ peccatis. Qui ꝯdolēre possit ijs q ignorāt: ꝛ errant: qm̄ ꝛ ipse circūdat⁹ est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodū ꝓ populo, ita etiā ꝛ pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquā sumit sibi honorē: sed qui vocatur à Deo, tanquā Aaron.

Lcō eplę btī Pau. apli ad Heb.

Fratres: Mementote pręc. 13. positorū vestrorū, qui vobis locuti sunt verbū Dei: quoꝝ intuētes exitū ꝯuersationis, imitamini fidē. Jesus Christus heri ꝛ hodie: ipse ꝛ in sęcula. Doctrinis varijs ꝛ peregrinis nolite abduci. Optimuz est enim gratia stabilire cor, nō escis: quę nō profuērunt ambulātibus in eis. Habemus altare: de quo ēdere non habent potestatē qui tabernaculo deseruiūt. Quorū enim aīaliū infert sanguis ꝓ peccato in sancta ꝑ pōtificē, hoꝝ corpora cremātur extra castra. Propter qđ ꝛ Jesus, vt sanctificaret ꝑ suū sāguinē populū, extra portā passus est. Exeam⁹ igit ad eū extra castra: improperiū ei⁹ portātes. Nō enim habem⁹ hic manētē ciuitatē: sed futurā inquirimus. Per ipsum ergo offēramus hostiā laudis semp deo, id est, fructū labiorū ꝯfitentiuz noī eius. Beneficentię aūt ꝛ cōmunionis nolite obliuisci: talib⁹ enim hostijs ꝓmeret deus. Obedite prępositis vestris, ꝛ subiacēte eis. Ipsi enim peruigilāt, quasi rationez pro animab⁹ vestris reddituri.

c.11. Seq. sancti euang. sm Lucam.

In illo tpe: Dixit Jesus di-
scipulis suis. Nemo accen
dit lucernã, & i abscõdito ponit,
neqz sub modio, sed sup cãdela
brũ: vt q igrediunt lumẽ vide-
ant. Lucerna corpis tui, ẽ ocul⁹
tu⁹. Si ocul⁹ tu⁹ simplex fuerit:
totũ corpus tuũ luciduz erit. Si
aũt nequã fuerit: ẽt corp⁹ tuũ te
nebrosum erit. Uide ergo ne lu
mẽ, qđ in te est: tenebrę sint. Si
ergo totũ corp⁹ tuũ lucidũ fue-
rit, nõ habẽs aliquã partẽ tene-
brarũ, erit lucidũ totum: & sicut
lucerna fulgõris illuminabit te.

Seq. sancti euang. sm Marcũ.

c.11. In illo tpe: Dixit Jesus di-
scipulis suis. Uidete, vigi-
late, & orate. Nescitis enim qñ
tẽp⁹ sit. Sicut homo, q peregre
pfect⁹ reliqt domũ suã: & dedit
seruis suis ptãtẽ cuiusqz opis, &
ianitori pcepit vt vigilet. Uigi-
late ergo (nescitis enim quãdo
dñs dom⁹ veniat: serõ an media
nocte, an galli cantu, an mane)
ne, cũ venerit repente, inueniat
vos dormientes. Quod aũt vo
bis dico, oĩbus dico, Uigilate.

¶ In Cõi Doctoruz. Introit.



In medio ec
clię aperuit
os ei⁹, & iple
uit eum dñs
spũ sapiẽtię,
& intellect⁹:
stolã glię in-
duit eũ. ps.
Bonũ est ɔfiteri dño, & psállere
nõi tuo altissime. ℣. Glo. Orõ.

Deus, qui populo tuo ęter
nę salutis beatũ N. mini-
strũ tribuisti: pręsta, quęsumus:
vt, quẽ doctorẽ vitę habuimus
in terris, intercessorem habere
mereamur in cęlis. Per dñm.

Lectio epistolę beati Pauli apo
stoli ad Timotheum.

Charissime. Testificor co- 2. c.4.
rã deo & Christo Jesu q iu
dicaturus est viuos & mortuos,
p aduentũ ipsius, & regnũ eius:
pręedica verbuz: insta opportu-
nẽ, importunẽ: arguẽ, obsecra,
increpa in oĩ patiẽtia & doctrina.
Erit enim tẽpus cũ sanã doctri-
nã nõ sustinebũt: sed ad sua de si
deria coaceruabunt sibi magi-
stros, pruriẽtes aurib⁹: & a veri-
tate qdẽ auditũ auertent, ad fa-
bulas aũt cõuertent. Tu vero vi
gila, in oĩbus labora, opus fac
euãgelistę ministerium tuũ im-
ple. Sobrius esto. Ego enim iã
delibor: & tẽp⁹ resolutionis meę
istat. Bonũ certamẽ certaui, cur
sum consummaui, fidẽ seruaui.
In reliquo, reposita est mihi co
rona iustitię, q̃z reddet mihi dñs
in illa die, iustus iudex: nõ solũ
autẽ mihi, sed & ijs qui diligunt
aduentuz eius. Grad. Os iu-
sti meditabitur sapiẽtiam, & lin-
gua eius loquetur iudiciuz. ℣.
Lex dei eius in corde ipsius: &
non supplantabuntur gressus
eius. All'a, all'a. ℣. Ama-
uit

nit eũ dñs, ⁊ ornauit eum, stolã glorię induit eũ, haleluiah.

¶ Tempore Paschali Graduale omittitur: ⁊ additur sequens ℣. Justus germinabit sicut lilium, ⁊ florebit in ęternũ ante dominum, haleluiah.

Post Septuagesimã Tractus.

Beatus vir, qui timet dominũ, in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semẽ eius: generatio rectorũ bñdicet. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iustitia eius manet i sęculũ sęculi.

Sequentia sancti euang. sm Matthęu.

ca. 5. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Vos estis sal terrę. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilũ valet vltrà, nisi vt mittatur foras, ⁊ conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mũdi. Nõ potest ciuitas abscõdi supra mõtẽ posita. Neque accendunt lucernã, ⁊ ponũt eã sub modio, sed sup candelábrũ, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corã hominibus: vt videãt opera vestra bona, ⁊ glorificent patrẽ vestrũ qui in cęlis est. Nolite putare quoniã veni soluere legem, aut prophetas: nõ veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cęlum ⁊ terra, iota vnũ aut vnus apex nõ pręteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, ⁊ docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno cęlorũ. Qui autẽ fécerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno cęlorũ.

Off. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quę in libano est, multiplicabitur.

Secreta.

Sancti tui N. nobis domine pia nõ desit oratio: quę ⁊ munera nostra conciliet, ⁊ tuã nobis indulgẽtiam semper obtineat. Per dñm.

Communio.

Fidelis seruus ⁊ prudẽs, quẽ constituit dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Ut nobis, domine, tua sacrificia dent salutem, beatus N. confessor tuus ⁊ doctor egregius peccator accedat. Per.

Alia epistola pro Doctoribus.

Lectio libri Sapientię.

Justus cor suum tradet ad eccl. 39.
vigilandũ diluculo ad dominum qui fecit illum, ⁊ in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione: ⁊ pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit, spiritu intelligẽtię replebit illum: ⁊ ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientię suę, ⁊ in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consiliũ eius ⁊ disciplinam: ⁊ in abscõditis suis consiliabitur. Ipse palàm faciet disciplinã doctrinę suę ⁊ in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius, ⁊ vsque

in seculũ nõ delebit. Nõ recedet memoria ei⁹, ꝛ nomẽ ei⁹ requiret à gñatione in gñationẽ. Sapiẽtiã ei⁹ enarrabũt gentes, ꝛ laudem ei⁹ enũciabit ecclesia.

¶ In Communi Confessoꝛuz non Pontificum. Introitus.



Os iusti meditabit sapientiã, ꝛ lingua eius loquet iudiciuz: lex dei ei⁹ in coꝛde ipsius. Ps. Noli ęmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloꝛia patri ꝛc. Oratio.

DEus, q nos beati N. confessoꝛis tui annua solennitate lętificas: concede propiti⁹: vt cuius natalitia colimus, etiã actiones imitemur. Per dñm.

Lectio libri Sapientię.

eccl. 31. BEatus vir, qui inuẽtus est sine macula: ꝛ q post aurũ nõ abijt, nec sperauit in pecunię thesauris. Quis est hic, ꝛ laudabim⁹ eũ? fecit enim mirabilia i vita sua. Qui pbatus est in illo, ꝛ pfectus inuentus, est ꝛ erit illi gloꝛia ęterna. Qui potuit transgredi, ꝛ non est transgressus: facere mala, ꝛ nõ fecit. Ideo stabilita sunt bona illi⁹ in dño: ꝛ eleemosynas illius enarrabit oĩs ecclesia sanctoꝛũ. Grad. Iustus vt palma floꝛebit: sicut cedrus libani multiplicabit i domo dñi. ℣. Ad annũciandũ mane misericoꝛdiã tuã, ꝛ veritatẽ tuaz per noctẽ. H. al'ah, hal'ah. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum pꝛobatus fuerit, accipiet coꝛonã vitę, haleluiah.

¶ Tẽpoꝛe Paschali Graduale omittit, ꝛ additur sequens ℣. Amauit eũ dñs, ꝛ oꝛnauit euz: stolã gloꝛię induit eum, hal'ah.

Post Septuagesimã Tractus.

BEatus vir, qui timet dñm, in mãdatis ei⁹ cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semẽ ei⁹: generatio rectoꝛũ benedicet. ℣. Gloꝛia ꝛ diuitię in domo ei⁹: ꝛ iustitia eius manet in seculuz seculi.

Seq sancti euang. sm Lucam.

IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Sint lũbi vestir pręcincti, ꝛ lucernę ardentes in manib⁹ vestris. Et vos, similes hoibus expectãtibus dñm suũ quãdo reuertat à nuptijs: vt cũ venerit ꝛ pulsauerit, cõfestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cũ venerit dñs, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd pręcinget se, ꝛ faciet illos discũbere, ꝛ transiens ministrabit illis. Et, si venerit in secũda vigilia: ꝛ si in tertia vigilia venerit, ꝛ ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, qm̃ si sciret pater familias qua hoꝛa fur veniret: vigilaret vtiq3, ꝛ nõ sineret pèrfodi domũ suam: Et vos estote parati: quia qua hoꝛa non putatis, filius hois veniet. c. 12.

Offert.

Off. Veritas mea ꝛ misericordia mea cuꝫ ipso: ꝛ in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Laudis tibi dñe hostias im molamus in tuorum commemoratione sanctorum: q̃bus nos ꝛ presentib⁹ ẽxui malis confidimus, ꝛ futuris. Per. Cõio.

Beatus seruus, quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis, super omnia bona sua constituet euꝫ. Postcõmunio.

Refecti cibo, potuque cęlesti, de⁹ noster, te supplices exoramus: vt, in cuius hęc commemoratione percẽpimus, ei⁹ muniamur ꝛ precibus. Per do.

¶ De eodẽ Cõialia Miss. Int.



Iust⁹, vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit, plãtatus in domo Dñi, in atrijs dom⁹ Dei nostri. ps. Bonũ est confiteri dño, ꝛ psallere nomini tuo altissime. ꝟ. Gloria. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris, quas in beati N. cõfessoris tui solennitate deférim⁹: vt, q̃ nostrę iustitię fiduciã nõ habemus, eius q̃ tibi placuit precibus adiuuemur. Per.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

c.4. Fratres: Spectaculum facti sumus mundo, ꝛ angelis, ꝛ hominib⁹. Nos stulti propter Christum: vos autem prudẽtes in Christo. Nos infirmi: vos autẽ fortes. Vos nobiles: nos aũt ignobiles. Usq; in hãc horã ꝛ esurim⁹, ꝛ sitimus, ꝛ nudi sum⁹, ꝛ colaphis cędimur, ꝛ instabiles sum⁹, ꝛ laboramus operãtes manib⁹ nostris. Maledicimur: ꝛ benedicim⁹. Persecutionẽ pátimur: ꝛ sustinem⁹. Blasphemamur: ꝛ obsecram⁹. Tanquã purgamẽta huius mũdi facti sumus, oĩuꝫ peripsẽma vsq; adhuc. Non vt confundã vos, hęc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo, In Christo Iesu dño nostro. Grad. O s iusti meditabitur sapientiã, ꝛ lingua eius loquetur iudiciũ. ꝟ. Lex dei eius in corde ipsius: ꝛ non supplantabuntur gressus eius. Haleluiah, haleluiah. ꝟ. Beatus vir, qui timet dñm: in mãdatis eius cupit nimis, haleluiah.

¶ Tpe paschali Grad. omittitur, ꝛ additur sequẽs ꝟ. Iustus germinabit sicut liliũ, ꝛ florebit in ęternũ ante dñm, haleluiah.

Post Septuagesimã Tractus.

Beat⁹ vir, q̃ timet dñm: in mãdatis ei⁹ cupit nimis. ꝟ. Potẽs in terra erit semen eius: gñatio rectoruꝫ benedicetur. ꝟ. Gloria ꝛ diuitię in domo eius: ꝛ iustitia eius manet in sęculũ sęculi.

Seq. sancti euang. sm Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nolite c.12.

timere pusillus grex, qa cōplacuit patri vestro dare vobis regnum. Uendite quę possidetis, ꝛ date eleemosynā. Facite vobis sacculos qui non veterascūt, thesaurū non deficientem in cęlis: quò fur nō appropiat, neqꝫ tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi ꝛ cor vestrū erit. Off. In virtute tua dñe lętabiť iustus, ꝛ sup salutare tuū exultabit vehemēter: desideriū animę eius tribuisti ei. Secre.

Presta nobis, q̄s, oṗs deus: vt nostrę humilitatis oblatio, ꝛ pro tuoꝝ tibi grata sit honore sanctorū, ꝛ nos corpore pariter ꝛ mēte purificet. Per d. Communio. Amen dico vobis, quòd vos qui reliquistis omnia, ꝛ secuti estis me, centuplū accipietis, ꝛ vitam ęternam possidebitis. Postcomunio.

Quęsumus, oṗs deus: vt q cęlestia alimenta percępimus, intercedente beato N. cōfessore tuo, per hęc cōtra omnia aduersa muniamur. Per.

¶ Item alia epistola ꝛ Euāgelium pro Confesso. nō pontifi. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca.3. Fratres: Quę mihi fuērūt lucra, hęc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Ueruntamen existimo omnia detrimētū esse propter eminentem scientiam Jesu Christi domini mei: propter quez omnia detrimētū feci, ꝛ arbitror, vt stércora, vt Christuz lucrifaciā: vt ꝛ inueniar in illo nō habens meā iustitiā quę ex lege est, sed illam quę ex fide est Christi Jesu, quę ex deo est iustitia in fide: ad cognoscendū illū, ꝛ virtutē resurrectionis eius, ꝛ societatē passionis illius: cōfiguratus morti eius, siquomodo occurrā ad resurrectionem quę est mortuis. Non quòd iā acceperim, aut iā perfectus sim: sequor autē, siquomodo comprehendā in quo ꝛ comprehensus sum à Christo Jesu. Sequen. scti euāg. sm Lucam.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hāc. c.19. Homo qdaꝫ nobilis abijt in regionē lōginquā accipere sibi regnū, ꝛ reuerti. Uocatis aūt decē seruis suis, dedit eis decē mnas, ꝛ ait ad illos. Negociamini dū venio. Ciues aūt eius óderāt eū: ꝛ misērūt legationē post illū, dicētes. Nolumus hunc regnare sup nos. Et factū est vt rediret accepto regno: ꝛ iussit vocari seruos qbus dedit pecuniā, vt sciret quantū quisqꝫ negotiatus esset. Uenit autē primus, dicens. Dñe, mna tua decē mnas acqsiuit. Et ait illi. Euge serue bone, qa in modico fuisti fidelis, eris potestatē habens sup decem ciuitates. Et alter venit, dicens. Domine, mna tua fecit quinqꝫ mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit,

venit, dicēs. Dn̄e, ecce mna tua quā habui, reposita est in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis qđ nō posuisti, ⁊ metis qđ nō seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue nequā. Sciebas qđ ego homo austerus sum, tollēs quod non posui, ⁊ metēs qđ nō seminaui: ⁊ quare nō dedisti pecuniā meā ad mēsam, ⁊ ego veniens cū vsuris vtiqȝ exissem illā? Et astātib⁹ dixit. Auferte ab illo mnam, ⁊ date illi qui decē mnas habet. Et dixērunt ei. Dn̄e, habet decem mnas. Dico autem vobis, q: omni habenti dabit̄, ⁊ abundadit: ab eo aūt qui non habet, ⁊ quod habet auferetur ab eo.

¶ De eodē cōmuni pro Abbatibus alia missa. Introitus.



Os iusti meditabit̄ sapientiā, ⁊ lingua ei⁹ loquet̄ iudiciū: lex dei ei⁹ i corde ipsi⁹. Ps. Noli ęmulari in malignātib⁹: neqȝ zelaueris facientes iniqtatē. ℣. Gloria. Orō.

Intercessio nos, quęsum⁹ domine, beati N. Abbatis cōmendet: vt, quod nostris meritis nō valemus, ei⁹ patrocinio assequamur. Per dn̄m.

Lectio libri Sapientię.

eccl. 45. Dilect⁹ deo ⁊ hoībus, cuius memoria i bn̄dictione est. Similē illū fecit i gloria sctōrū, ⁊ magnificauit eū in timore inimicorū ⁊ in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit eū in conspectu regū, ⁊ iussit illi corā populo suo, ⁊ ostendit illi gloriam suā. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctū fecit illū, ⁊ elegit eū ex oī carne. Audiuit enim vocē ipsius, ⁊ induxit illū in nubē. Et dedit illi corā pręcepta, ⁊ legē vitę, ⁊ disciplinę. Grad. Dn̄e pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. ℣. Vitā petijt à te, ⁊ tribuisti ei longitudinē dierū in sęculū sęculi. Haleluiah, halal̄ah. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur, halal̄ah.

¶ Tpe paschali Gradu. omittit̄, ⁊ addit̄ sequēs ℣. Iust⁹ germinabit sicut liliū, ⁊ florebit in ęternum ante dn̄m, haleluiah.

Post Septuagesimā Tractus.

Beatus vir, qui timet dn̄m, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię i domo ei⁹. ⁊ iustitia ei⁹ manet in sęculū scl̄i.

Seq. scti euāg. fm Matthęum.

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum. c. 19. Ecce, nos reliquimus omnia, ⁊ secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos q secuti estis me, i regeneratione,

ne, cuz séderit filius hominis in sede maiestatis sue, sedébitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrem, aut vxorez, aut filios, aut agros, ꝑpter nomen meũ: centuplũ accipiet, et vitam eternã possidebit. Off. Desiderium anime eius tribuisti ei dñe, et voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eũ: posuisti in capite eiꝰ coronã de lapide precioso. Secr.

Sacris altaribꝰ dñe hostias superpositas sanctꝰ N. abbas, qs, in salutẽ prouenire deposcat. Per dñm. Cõmu. Fidelis seruus et prudens, quem constituit dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõmunio.

Protegat nos domine cuz tui perceptione sacramenti beatus N. abbas pro nobis intercedendo: vt, et conuersationis eius experiamur insignia, et intercessionis ipsius ꝑcipiamus suffragia. Per dñm nostrum.

¶ In Communi virginuz.

¶ Pro virgine et marty. Intr.



Loquebar de testimonijs tuis in cõspectu regum, et nõ cõfundebar: et meditabar i mandatis tuis, q̃ dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, q inter cetera potentie tue miracula: etiã i sexu fragili victoriã martyrij cõtulisti: cõcede propitius: vt qui beate N. virginis et martyris tue natalitia cólimus, ꝑ eiꝰ ad te exempla gradiamur. Per dominuz.

Lectio libri Sapientie.

Confitebor tibi dñe rex, et collaudabo te deũ saluatorem meum. Cõfitebor nomini tuo: quoniã adiutor et protector factus es mihi: et liberasti corpꝰ meuz à perditione, à laqueo lingue inique, et à labijs operantiũ mendaciũ: et in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundũ multitudinem misericordie nominis tui à rugientibus preparatis ad escã: de manibus querentiuz animã meã, et de portis tribulationuz, que circundederũt me. A pressura flãme, que circũdedit me, et in medio ignis non sum estuata. De altitudine ventris inferi, et à lingua coinquinata, et à verbo mendacij, et rege iniquo, et à lingua iniusta. Laudabit vsque ad mortẽ anima mea dominũ: quoniam éruis sustinentes te, et liberas eos de manibus gentiũ dñe deꝰ noster. Gra. Dilexisti iustitiaz, et odisti iniqtatẽ. ℣. Propterea vnxit te deꝰ deus tuus oleo letitie. Halah, halah. ℣. Ad

Eccl. 51.

℣. Adducentur regi virgines post eã, proximę eius afferent̃ tibi in letitia, halłah. Tpe paschali, Gra. omittit̃, & addit̃ sequẽs ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intẽde, prospere, procede, & regna, halłah. Post septuag. Tractus. Ueni sponsa Christi, accipe coronam, quã tibi dñs preparauit in eternũ: pro cuius amore sanguinẽ tuũ fudisti. ℣. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo letitię pre cõsortibus tuis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intẽde, prospere procede, & regna. Seq. scti euang. scdm Matthęũ.

c.25. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celorũ decẽ virginib⁹: quę accipientes lãpades suas exierũt obuiã spõso & spõsę. Quinq3 aũt ex eis erãt fatuę, & quinq3 prudẽtes. Sed quinq3 fatuę, acceptis lãpadib⁹, nõ sumpserũt oleum secũ. Prudentes vero accepẽrũt oleum in vasis suis cũ lampadibus. Morã3 autẽ faciẽte sponso, dormitauerũt omnes & dormierũt. Media autẽ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite, obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illę, & ornauerũt lampades suas. Fatuę autẽ sapiẽtibus dixerũt. Date nobis de oleo vr̃o: q2 lampades nostrę extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes. Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite poti⁹ ad vendentes, & ẽmite vobis. Du3 aũt irent ẽmere, venit spõsus: & quę paratę erant, intrauerũt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime vero veniunt & reliquę virgines, dicẽtes. Dñe, dñe aperi nobis. At ille respondẽs, ait. Amẽ dico vobis, nescio vos. Uigilate itaq3, quia nescitis diẽ neq3 horam. Offe. Afferẽtur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. Secre.

Suscipe dñe munera, quę in beatę N. virginis & martyris tuę solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominũ no. Cõio. Confundãtur superbi, quia iniuste iniquitatẽ fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, & meditabor in tuis iustificationibus, vt non confundar. Postcommunio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente beata N. virgine & martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per dñm.

¶ Item pro virgine & martyre alia Missa. Introitus.



Me expectauerũt peccatores, vt perderẽt me: testimonia tua dñe itellexi: oĩs consummationis vidi

vidi finem: latum mandatū tu-
um nimis. ps. Beati immacu-
lati in via, qui ambulant in le-
ge dñi. ℣. Gloria pa. Oratio.
INdulgentiam nobis, q̄s
domine, beata N. virgo ⁊
martyr imploret: quę tibi grata
semp extitit, ⁊ merito castitatis,
⁊ tuę professione virtutis. Per.
Lectio libri Sapientię.
eccl. 51. DOmine de⁹ me⁹ exaltasti
sup terrā habitationē me-
am, ⁊ p morte defluēte depreca
ta sū: Inuocaui dñm, patrē dñi
mei, vt nō derelinquat me in die
tribulationis meę, ⁊ in tpe supbo
rū sine adiutorio. Laudabo no
mē tuū assidue, ⁊ collaudabo il
lud in cōfessione, ⁊ exaudita est
orō mea. Liberasti me de pditio
ne, ⁊ eripuisti me de tpe iniquo.
Propterea cōfitebor tibi, ⁊ lau-
dē dicā nomini tuo dñe de⁹ no
ster. Gra. Adiuuabit eā deus
vultu suo: deus in medio eius
non cōmouebit. ℣. Fluminis
impetus lętificat ciuitatē dei: san
ctificauit tabernaculū suū altis-
simus. Haleluiah, haleluiah.
℣. Hęc est virgo sapiens, ⁊ vna
de numero prudentum, hal'ah.
¶ Tpe paschali Grad. omittit,
⁊ addit sequēs ℣. O q̄ pulchra
est, casta generatio cū claritate,
hal'ah. Post Septuag. Tract.
VEni sponsa Christi, accipe co
ronā, quā tibi dñs pręparauit in
ęternū: pro cuius amore sangui
nē tuū fudisti. ℣. Dilexisti iusti
tiā, ⁊ odisti iniquitatē: ppterea
vnxit te deus, deus tuus, oleo
lętitię pręcōsortib⁹ tuis. ℣. Spe
cie tua, ⁊ pulchritudine tua: in-
tende, psperè procede, ⁊ regna.
Seq. scti euang. sm Mattheū.
IN illo tpe: Dixit Jesus di
scipulis suis parabolā hāc. c. 13.
Simile est regnū cęlorū thesau-
ro abscōdito in agro: quē q inu-
enit homo, abscōdit, ⁊ prę gau
dio illi⁹ vadit ⁊ vendit vniuersa
q̄ habet, ⁊ emit agrū illū. Iterū
simile est regnū cęloꝝ hoi nego
ciatori, querēti bonas margari
tas, inuēta aūt vna preciosa mar
garita, abijt ⁊ vēdit oīa quę ha-
buit, ⁊ emit eā. Iterū, simile est
regnū cęloꝝ sagenę missę in ma
re, ⁊ ex oī genere pisciū congre-
gāti. Quā, cū impleta esset, edu
cētes, ⁊ secus litt⁹ sedētes, elegē
rūt bonos in vasa, malos aūt fo
ras miserūt. Sic erit in consum
matione sęculi. Exibūt angeli, ⁊
separabūt malos de medio iusto
rū, ⁊ mittēt eos in caminū ignis.
Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū.
Intellexistis hęc omnia? Dicūt
ei: Etiā dñe. Ait illis. Ideo, om
nis scriba doctus in regno cęlo
rū, similis est homini patrifami
lias, qui profert de thesauro suo
noua ⁊ vetera. Offer. Diffusa
est gratia in labijs tuis, propte-
rea benedixit te deus in ęternū,
⁊ in sęculum sęculi. Secreta.
HOstias tibi domine beatę
N. virginis ⁊ martyris tuę
dicatas

dicatas meritis benignus assu-
me: & ad perpetuū nobis tribue
ꝓuenire subsidiuꝫ. Per. Cōio.
F eci iudicium & iustitiam, do
mine: non calumnient̄ mihi su-
perbi: ad omnia mandata tua di
rigebar: omnem viam iniquita
tis odio habui. Postcōmunio.
D Iuini muneris largitate sa
tiati, quęsumus, domine
deus noster: vt intercedēte bea
ta N. virgine & martyre tua: in
eius semper participatione vi-
uamus. Per dn̄m nostrum &c.
¶ In cōi pluriū virginū & mar.
Omnia dn̄r vt supra ꝓ vna vir
gine & martyre, excepta oratio-
ne quę dr̄ vt sequit̄, & epistola.
D e virginibus pręceptū dn̄i.
quę dicitur vt infra in cōi virgi.
non marty. folio. 255. Oratio.
D A nobis, q̄s, dn̄e deus no
ster: sanctarū virginum &
martyrum tuaruꝫ N. & N. pal
mas incessabili veneratione ve
nerari: vt, quas digna mente
non possumus celebrare, humi
libus saltem frequentemus ob-
sequijs. Per dominū. Secreta.
I Ntende, q̄s, dn̄e munera
altaribus tuis ꝓ sanctaruꝫ
martyrū & virginū tuarū N. &
N. festiuitate ꝓposita: vt sicut
ꝑ hęc beata mysteria illis gloriā
contulisti, ita nobis indulgen-
tiam largiaris. Per do. Postc.
P Ręsta nobis, q̄s, dn̄e, inter
cedentibus sanctis marty-
ribus atque virginibus tuis: vt
quod ore contingimus, pura
mente capiamus. Per dn̄m.
¶ Pro virgine tantum. Intr.



D Ilexisti iusti
tiaꝫ, & odisti
iniqtatē: ꝓ-
pterea vnxit
te de⁹ de⁹ tu⁹
oleo lętitię,
pre consorti
bus tuis. Ps.
Eructauit cor meū verbum bo-
num: dico ego opera mea regi.
℣. Gloria patri &c. Oratio.
E Xaudi nos deus salutaris
noster: vt, sicut de beatę
N. virginis tuę festiuitate gau-
demus: ita pię deuotionis eru-
diamur affectu. Per dominuꝫ.
Lectio epistolę bti Pauli apo-
stoli ad Corinthios.
F Ratres: Qui gloriatur, in 2.ca.
dn̄o glorieť. Non enim q 10. &
seipsuꝫ cōmēdat, ille ꝓbat⁹ est: 11.
sed quē de⁹ cōmēdat. Utinā su
stineretis modicū qd insipiētię
meę: sed & supportate me. Ae-
mulor enim vos dei ęmulatione.
Despōdi enim vos vni viro, vir
ginē castam exhibere Christo.
Gra. Specie tua & pulchritudi
ne tua: ītēde ꝓspere, ꝓcede, & re
gna. ℣. Propter veritatē, & mā-
suetudinē, & iustitiā: & deducet te
mirabiliter dextera tua. Alle
luiah, halľah. ℣. Adducētur re-
gi virgines post eā: proximę eius
afferentur tibi in lętitia, halľah.
¶ Tēpore paschali Graduale
omit-

omittitur: & additur sequens ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere, procede, & regna, haleluiah. Post Septuagesimam Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuā. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regū in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferent in lętitia & exultatione: adducentur in templum regis.

Euangeliū. Simile est regnū cęlorum decē virginibus. vt supra in missa virg. & mar. fo. 147.

Offertorium. Filię regum in honore tuo, ástitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circúndata varietate. Secreta.

Accepta tibi sit dñe, sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorū: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dñm.

Coīo. Quinque prudentes virgines accepérūt oleum in vasis suis cum lampádibus: media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit: exite obuiā Christo domino. Postcomunio.

Satiasti, domine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos réfoue, cuius solennia celebramus. Per dñm.

¶ Item pro virgine tantū, alia missa. Introitus.



Vultū tuū deprecabūtur omnes diuites plebis: adducent regi virgines post eā: proximę eius adducent tibi in lętitia & exultatione. ps. Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris nr̄: vt sicut de beatę N. virginis tuę festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per d. Lectio ep̄lę beati Pauli apostoli ad Corinthios. 1. Co. 7.

Fratres: De virginibus pręceptū dñi nō habeo: consiliū aūt do, tanquam misericordiam cōsecutus à dño vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instātē necessitatē, qm̄ bonū est hoī sic esse. Alligatus es vxori? noli quęrere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quęrere vxorē. Si aūt acceperis vxorē: nō peccasti. Et, si nupserit virgo: nō peccauit. Tribulationem tn̄ carnis habebunt huiusmodi. Ego aūt vobis parco. Hoc itaque dico fratres, tēpus breue est. Reliquū est, vt & q habent vxores, tanquā non habentes sint: & qui flent, tanquam nō flentes: & qui gaudent: tāquam nō gaudentes: & qui emunt: tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mun-

mundo, tanquam non vtantur. Preterit enim figura hui⁹ mundi. Uolo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est solicitus est que dñi sunt, quomodo placeat deo. Qui aut cu vxore est, solicitus est que sunt mudi, quo placeat vxori: et diuisus est. Et mulier innupta et virgo cogitat que domini sunt: vt sit sancta et corpore et spiritu: In Christo Jesu dño nostro. Gra.

Concupiuit rex decorem tuu, qm ipse est dñs deus tuus. ℣. Audi filia, et vide, et inclina aure tua. Haleluiah, haleluiah. ℣. Hec est virgo sapiens, et vna de numero prudetum, haleluiah, Tempore paschali Graduale omittitur, et additur seques. ℣. O quam pulchra est, casta generatio cum claritate, haleluiah. Post Septuagesima Tractus.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex specie tua. ℣. Uultu tuu deprecabutur omnes diuites plebis: filie regu in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post ea: proxime ei⁹ afferentur tibi. ℣. Afferentur in letitia et exultatione: adducetur in templu regis. Euang. Simile est regnu celoruz thesauro abscodito in agro. vt sup. in missa virg. et mart. fol. 255. Offerto. Afferentur regi virgines post eam, proxime eius afferentur tibi, in letitia et exultatione: adducentur in templum regi domino. Secreta.

Accepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio, p tuoru honore sctoru: quoru se meritis de tribulatione pcepisse cognoscit auxiliu. Per do. Cõio. Simile est regnum celorum homini negociatori quereti bonas margaritas: inuenta autem vna preciosa margarita, dedit oia sua, et comparauit eam. Postcõio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quesumus, semp interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per dominu.

In communi non virginuz.

¶ Pro vna martyre non virgine. Introitus.



Me expectauerut peccatores, vt pderet me: testimonia tua dñe intellexi: ois csummationis vidi finem: latum madatum tuuz nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt qui beate N. martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exepla gradiamur. Per dñm.

Si fuerint plures. Oratio.

Da

O Ra nobis, qs, dñe deus noster, sanctarum martyrũ tuarũ N. ꝛ N. palmas incessabili veneratione venerari: vt quas digna mente nõ possumus celebrare, humilib⁹ saltem frequentem⁹ obsequijs. Per do. Epist. Confitebor tibi dñe rex. vt sup. in missa virgi. ꝛ marty. fol. 253. Gra. Dilexisti iustitiã, ꝛ odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo letitie. Hallah, hallah. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua, intẽde, prospere procede, ꝛ regna, hallah. Tempore paschali Graduale omittitur, ꝛ additur sequẽs ℣. Propter veritatem, ꝛ mansuetudinẽ, ꝛ iustitiam, ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua, hallah. Post Septuagesimã Tractus. Ueni sponsa Christi, accipe coronã, quam tibi dominus preparauit in eternum: pro cuius amore sanguinem tuuz fudisti. ℣. Dilexisti iustitiã, ꝛ odisti iniquitatem: ꝑpterea vnxit te deus, deus tu⁹, oleo letitie pre consortibus tuis. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua: intende, prospere procede, ꝛ regna. Euang. Simile est regnũ celoꝝ thesauro abscõdito in agro. vt supra. fo. 254. Offer. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in eternum, ꝛ in seculũ seculi, hallah. Secreta. Suscipe, domine, munera, que in beate N. martyris tue solennitate deferimus: cuius nos confidimus, patrocinio liberari. Per dominum nostrũ. Si fuerint plures. Secreta. Intende quesumus, domine, munera altaribus tuis pro sanctarum martyrum tuarum N. ꝛ N. festiuitate proposita: vt, sicut per hec beata mysteria illis gloriam cõtulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum nostruz. Cõio. Principes persecuti sunt me gratis, ꝛ a verbis tuis formidauit cor meuz: letabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. Postcommunio. Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: ꝛ intercedente beata N. martyre tua: sempiterna faciant protectione gaudere. Per dominũ nostrũ. Si fuerint plures. Postcõio. Presta nobis, quesumus, domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis: vt, qd ore contingimus, pura mẽte capiamus. Per dominũ nostrũ.

¶ Pro nec virgine nec martyre. Introitus.



Cognoui domine qa equitas iudicia tua, ꝛ i veritate tua humiliasti me: cõfige timore tuo carnes meas, a mãdatis eni tuis timui. Psal.

Psal. Beati imaculati in via, q ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris nr̃: vt, sicut de beatę N. festiuitate gaudem⁹: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per.

Lectio libri Sapientię.

Pro. 31. Mulierem fortē quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus preciũ eius. Confidit in ea cor viri sui: & spolijs nõ idigebit. Reddet ei bonũ, & nõ malũ, oĩbus dieb⁹ vitę suę. Quęsiuit lanã & linũ: & operata est cõsilio manuũ suarũ. Facta ē quasi nauis institoris de lõge portãs panē suũ. Et de nocte surrexit, deditq; prędã domesticis suis: & cibaria ancillis suis. Cõsiderauit agrũ, & emit eũ: de fructu manuũ suarũ plãtauit vineã. Accinxit fortitudine lũbos suos: & roborauit brachiũ suũ. Gustauit & vidit, q2 bona est negociatio ei⁹: nõ extinguet̃ in nocte lucerna ei⁹. Manuz suã misit ad fortia: & digiti eius apprehẽdērũt fusuz. Manũ suam aperuit inopi: & palmas suas extẽdit ad pauperem. Nõ timebit domui suę à frigorib⁹ niuis: omnes enim domestici ei⁹ vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cuz senatoribus terrę. Sindonē fecit & vẽdidit, & cingulũ tradidit Chananeõ. Fortitudo & dēcor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum apēruit sapientię: & lex clementię in lingua eius. Considerauit semitas domus suę: & panem otiosa non comēdit. Surrexērunt filij eius, & beatissimam prędicauērunt: vir eius, & laudauit eam. Multę filię congregauērunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timẽs dñm, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eã in portis opera eius. Gradua.

Diffusa est gratia i labijs tuis, propterea benedixit te deus in ęternum. ℣. Propter veritatē & mãsuetudinē, & iustitiã, & deducet te mirabiliter dextera tua. Hal'ah, hal'ah. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende p̃spere, procede, & regna, hal'ah.

Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequẽs ℣. Propter veritatez & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, hal'ah.

Post Septuagesimã Tractus.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regũ in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in lętitia & exultatione: adducẽtur in tẽ-

plũ regis. Euang. Simile est regnũ cęlorũ thesauro abscõdito i agro. vt sup. fo. 254. Offer. Diffusa est gratia i labijs tuis: ꝓpterea benedixit te de⁹ in ęternuz, ⁊ in sęculum sęculi. Secre. Acceptatibi sit dñe sacratę plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorũ: quorũ se meritis de tribulatione pcepisse cognoscit auxiliũ. Per do. Cõio. Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo lętitię prę cõsortibus tuis. Postcommu. Satiasti, domine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuẽtione nos rẽfoue, cuius solennia celebramus. Per dominũ.

¶ Itẽ alia epistola pro vidua. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Timotheum.

1.c.5. Charissime. Viduas honora: quę verè viduę sunt. Si qua autẽ vidua filios aut nepotes habet: discat primũ domũ suam regere, ⁊ mutuã vicẽ reddere parẽtib⁹. Hoc enim acceptũ ẽ corã deo. Quę aũt vera vidua est ⁊ desolata, speret i deũ, ⁊ instet obsecrationib⁹ ⁊ orõnibus nocte ⁊ die. Nã q̃ in delicijs est: viuẽs mortua est. Et hoc pcipe, vt irreprehẽsibiles sint. Siquis aũt suorũ ⁊ maximę domesticorũ curã nõ habet: fidẽ negauit, ⁊ ẽ infideli deterior. Vidua eligat nõ min⁹ sexaginta annorũ, q̃ fuerit vni⁹ viri vxor, in operib⁹ bonis testimoniũ habẽs: si filios educauit, si hospitio recẽpit, si sctõrũ pedes lauit, si tribulatione patientibus subministrauit: si omne op⁹ bonũ subsecuta est.

¶ In Anniuersario dedicationis ecclesię. Introitus.



Terribilis est loc⁹ iste: hic dom⁹ dei ẽ, ⁊ porta cęli: ⁊ vocabitur aula dei. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit, ⁊ deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria. Oro. Deus, qui nobis per singulos annos, huius sancti tẽpli tui consecrationis rẽparas diẽ, ⁊ sacris semper mysterijs representas incolumes: exaudi preces populi tui, ⁊ p̃sta: vt quisq̃s hoc templũ beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lętet. Per d. Lectio libri Apocalypsis beati Iohãnis apostoli.

In diebus illis: Vidi ciuitatem sanctaz Ierusalem c.21. nouam descendentez de cęlo, à deo paratã, sicut sponsam ornatã viro suo. Et audiui vocẽ magnam de throno dicentez. Ecce tabernaculum dei cuz hominibus, ⁊ habitauit cũ eis. Et ipsi populus eius erunt: ⁊ ipse deus cum eis erit eorũ deus. Et

absterget deus omnē lacrymā ab oculis eorū, ⁊ mors vltra nō erit, neq; luct⁹, neque clamor, neque dolor erit vltra, quę prima abierunt. Et dixit q sedebat in throno: Ecce noua facio oīa.

Gradua. Locus iste à deo factus est, inęstimabile sacramentum, irreprehēsibilis est. ℣. Deus, cui astat angelorum chorus, exaudi preces seruorū tuorum.

Halaah, halaah. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuū: ⁊ cōfitebor nomini tuo, haleluiah.

¶ Tēpore paschali Graduale omittitur, ⁊ additur sequens ℣.

Bene fundata est dom⁹ dñi, super firmam petram, Haleluiah.

Post Septuagesimā Tractus.

Qui cōfidunt in domino, sicut mons Sion: non cōmouebitur in ęternum, qui habitat in Jerusalem. ℣. Montes in circuitu eius, ⁊ dñs in circuitu populi sui ex hoc nunc ⁊ vsq; in sęculū.

Seq. sancti euang. sm Lucam.

c.19. In illo tpe: Ingressus Jesus pambulabat Jericho. Et ecce vir noīe Zachęus: ⁊ hic erat pnceps publicanorū, ⁊ ipse diues. Et q̄rebat videre Jesū qs esset: ⁊ nō poterat prę turba, qr statura pusill⁹ erat. Et pcurrēs ascēdit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, ⁊ dixit ad eum. Zachęe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: ⁊ excepit illum gaudēs. Et cum viderent omnes, murmurabāt dicētes: quòd ad hominem peccatorē diuertisset. Stās aūt Zachę⁹ dixit ad Jesum. Ecce dimidiū bonorū meorū dñe do pauperibus: ⁊, siqd aliquē defraudaui, reddo quádruplū. Ait Jesus ad eū. Qr hodie sal⁹ domui huic facta est: eo quòd ⁊ ipse sit filius Abrahę. Venit enim filius hoīs quęrere, ⁊ saluū facere, qđ perierat.

Offerto. Domine deus in simplicitate cordis mei lęt⁹ obtuli vniuersa: ⁊ populum tuum qui repertus est, vidi cum ingēti gaudio: de⁹ Jsrael custodi hāc voluntatē dñe deus.

Secreta. Annue, quęsum⁹, dñe precibus nostris: vt, quicunque intra templi huius, cuius anniuersariū dedicationis diē celebramus, ambitum continemur, plena tibi atque perfecta corporis ⁊ animę deuotione placeam⁹: vt, dum hęc vota pręsentia réddimus, ad ęterna pręmia te adiuuante peruenire mereamur. Per dominū.

Cōmunio. Domus mea, dom⁹ orōnis vocabit, dicit dñs: in ea oīs q petit áccipit: ⁊ q quęrit ínuenit, ⁊ pulsanti aperietur.

Postcōmunio. Deus, qui de viuis ⁊ electis lapidibus ęternū maiestati tuę pręparas habitaculū: auxiliare populo tuo supplicanti: vt

quod ecclesię tuę proficit corporalibus spatijs, spiritualib⁹ amplificetur augmentis. Per do.

¶ Infra octauā Dedicationis ecclesię, ⁊ in die octauę dr̄ missa vt sup̄ in anniuersario Dedica. Ecclesię: sed infra octauā dr̄ secūda ōro de S. Maria. Cōcede qs̄. tertia Ecclesię, vel pro Papa.

¶ In ipsa die Dedicationis Ecclesię missa dr̄ vt supra ī anniuersario Dedicatiōis, exceptis ōrōnibus, q̄ dicunt̄ vt sequit̄. Oro.

Deus, qui inuisibiliter oīa cōtinens, ⁊ tamē pro salute generis humani signa tuę potētię visibiliter ostēdis: tēplum hoc potētia tuę inhabitationis illustra: ⁊ cōcede, vt oēs qui huc deprecaturi cōueniunt, ex quacunque tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuę beneficia ꝯsequant̄. Per d. Secr.

Deus, qui sacrādorum tibi auctores muneꝝ, effunde super hanc orationis domū benedictionem tuaꝫ: vt ab omnibus in ea inuocantib⁹ nomē tuum, defensionis tuę sentiatur auxilium. Per dn̄m. Postcō.

Quęsumus, omnipotēs deus: vt in hoc loco, quē nomini tuo indigni dedicauim⁹, cunctis petētibus aures tuę pietatis accommodes. Per dn̄m.

¶ In ipsa die dedicationis altaris totum officium agitur vt supra ī anniuersario dedicationis Ecclesię preter orationes: loco quaꝝ dn̄r sequentes. Oratio.

Deus, qui ex omni coaptatione sanctorum, ęternuꝫ tibi cōdis habitaculum: da ędificationi tuę incremēta cęlestia: vt quorū hic reliquias pio amore complectimur, eorū semper meritis adiuuemur. Per. Secr.

Omnipotēs sempiterne deus, altare hoc nomini tuo ędificatuꝫ cęlestis virtutis benedictione sanctifica, ⁊ omnibus in te sperantibus auxilij tui munus ostende: vt, ⁊ hic sacramentorum virtus, ⁊ votorum obtineatur effectus. Per d. Postc.

Quęsumus oēs de⁹: vt in hoc loco nomini tuo dedicato cūctis petētib⁹ aures tuę pietatis accōmodes. Per do.

¶ Sequētes misse votiuę, licet p̄ sacerdotis deuotione quacūque die dici possint p̄ hebdomadā, quando festū duplex nō occurrit, (qd̄ tn̄ passim nisi rationabili de causa fieri nō debet, sed quoad fieri pōt, missa cū officio ꝯueniat) cuiqꝫ tamen diei propria missa pōt assignari, vt Feria ij. (nisi dicat̄ p̄ defūctis) missa d̄ Trinitate. Feria iij. d̄ Angelis. Feria iiij. de Apl̄is. Feria v. de Spū scō. Feria vj. de Cruce. Sabbatho de S. Maria. In ipsis nō dicit̄ Gloria i excelsis. nec Credo. nisi p̄ publica ecclesię causa. In missa autē beatę Marię, ⁊ in Missa Angelorum dicitur tantum Gloria in excelsis.

¶ Missa

¶ Missa de S. Trinitate. Intr.



Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: cõfitebimur ei: qr fecit nobiscũ misericordiam suam. Ps. Dñe dñs noster, quã admirabile est nomẽ tuũ i vniuersa terra. ℣. Glia. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verę fidei, ęternę Trinitatis gloriã agnoscere, ⁊ i potẽtia maiestatis adorare vnitatẽ: q̃s: vt eiusdẽ fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. P. Lectio eplę btĩ Pauli aplĩ ad Corinthios.

C. 13. Fratres: Gaudete, pfecti estote, exortamini, idẽ sapite, pacẽ habete, ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiscũ. Gratia dñi nostri Jesu Christi, ⁊ charitas dei, ⁊ cõicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Amẽ. Gradua. Benedictus est domine, qui intueris abyssos, ⁊ sedes super Cherubim. ℣. Benedictus es domine in firmamento cęli, ⁊ laudabilis in sęcula. Halłah, halłah. ℣. Benedict⁹ es domine deus patrũ nostrorũ, ⁊ laudabilis in sęcula, halłah. Tpe paschali Graduale omittitur, vsqz ad primum Halłah, ⁊ additur alius versus vt sequit.

℣. Benedicamus patrem ⁊ filium cum sancto spiritu, halłah. Post Septuagesimã Tractus.

Te deum patrem ingenitũ, te filium vnigenitum, te Spiritũ sanctum paraclitum, sanctam ⁊ indiuiduã Trinitatẽ, toto corde confitemur, laudamus, atqz benedicimus. ℣. Dñi magnus es tu, ⁊ faciẽs mirabilia, tu es deus solus. ℣. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarũ actio, in sęcula sempiterna, o beata Trinitas. Seq. sancti euãg. sm Johãnẽ.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Cũ venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à patre, spiritũ veritatis, qui à patre procedit: ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis: quia ab initio mecũ estis. Hęc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium pręstare deo. Et hęc facient vobis: quia non nouerũt patrẽ neque me. Sed hęc locutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, qr ego dixi vobis. Offer.

C. 15. ⁊ 16.

Benedict⁹ sit deus pater, vnigenitusqz dei fili⁹, sanct⁹ quoque spiritus: quia fecit nobiscũ misericordiam suam. Secreta.

Sanctifica, quęsumus dñe deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, huius obla-

oblatiõis hostiã: ⁊ p eã nosmetipsos tibi perfice mun⁹ ęternũ. Per. Pręf. de s. Trinitate. Qui cũ vnigenito. f. 123. Cõio. Benedicim⁹ deũ cęli, ⁊ corã oib⁹ viuẽtib⁹ ↄfitebimur ei: q꞉ fecit nobiscũ misericordiã suã. Postcõ.

PRoficiat nobis ad salutez corporis ⁊ aię, dñe de⁹ nr̃, hui⁹ sacramẽti susceptio: ⁊ sempiternę, sãctę Trinitatis, eiusdẽque idiuiduę vnitatis ↄfessio. p. Tpe paschali i fine intr. Offertorij, ⁊ Cõionis, tã in superiori, quã in sequentibus missis vbi non habetur, additur. Hal'ah.

¶ Pro gratiaruz actione dicit missa de sctã Trinitate, vel de Spiritu sctõ, vel de sctã Maria, additis sequẽtib⁹ orationib⁹. Orõ.

DEus, cuius misericordię nõ est numer⁹, ⁊ bonitatis infinit⁹ est thesaur⁹, pijssimę maiestati tuę p collatis donis gratias agimus, tuã semper clemẽtiam exorantes: vt, qui petentibus postulata concedis, eosdez non deserens ad pręmia futura disponas. Per dñm. Secreta.

DOnorẽ dñe sacrificij huius cum gratiaruz actionibus suscipe suauitatis, ⁊ pręsta: vt, quos exaudire, ⁊ incolumes seruare dignatus es, ab oĩ in posterũ aduersitate custodias: ⁊ ĩ tuo seruitio ⁊ amore concrescant. Per dominum. Postcommu.

DEus, qui neminẽ in te sperantẽ, nimiuz affligi permittis, sed pium precibus pręstas auditũ: pro postulationib⁹ nostris, votisq꞉ susceptis gratias agimus, te pijssime deprecãtes: vt per hęc, quę sumpsimus, à cũctis eripi mereamur aduersis. Per dominum nostrum ⁊c.

¶ Missa de Angelis. Introit.



Benedicite dominũ omnes angeli eius, potentes virtute: qui facitis verbum ei⁹ ad audiẽdã vocem sermonũ eius. ps. Benedic amima mea domino, ⁊ oĩa quę intra me sunt nomini sancto ei⁹. ℣. Gloria. Oratio.

DE⁹, q miro ordine, angeloꝝ ministeria, hominũq꞉ dispensas: cõcede propitius, vt quib⁹ tibi ministrantibus in cęlo semp assistitur, ab his in terra vita nostra muniat̃. Per do.

Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis apostoli.

IN diebus illis. Audiui vocẽ angeloꝝ multorũ in circuitu throni ⁊ animaliũ ⁊ seniorũ: ⁊ erat numerus eoruz millia milliũ, dicentiuz voce magna. Dign⁹ ẽ agn⁹ q occisus ẽ, accipere virtutẽ, ⁊ diuinitatẽ, ⁊ sapientiã, ⁊ fortitudinẽ, ⁊ honorẽ, ⁊ gloriã, ⁊ bñdictionẽ. Et oẽz creaturã q̃ ĩ cęlo ẽ, ⁊ sup terrã, ⁊ sub terra, ⁊ q̃ sunt in mari, ⁊ q̃ in eo: oẽs audiui ca 5.

audiui dicẽtes. Sedẽti i throno ⁊ agno, bñdictio, ⁊ honor, ⁊ gloria ⁊ potestas in sęcula sęculorũ. Et quatuor animalia dicebant: Amẽ. Et vigintiquatuor seniores ceciderũt i facies suas: ⁊ adorauerũt veniẽtẽ in scl'a seculorꝝ. Gra. Laudate dñm de cęlis, laudate eũ in excelsis. ℣. Laudate eũ omnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius. Hal'ah, hal'ah. ℣. In conspectu angelorũ psallam tibi, adorabo ad templum sanctũ tuum, ⁊ cõfitebor nomini tuo, hal'ah. Tẽpore paschali Graduale omittit̃, ⁊ additur sequẽs ℣. Angelus domini descẽdit de cęlo, ⁊ accedens reuoluit lapidem, ⁊ sedebant super eum, haleluiah: Post Septuagesimã Tractus. Benedicite dominuꝫ omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedicite domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius. ℣. Benedicite domino omnia opera ei⁹: in omni loco dominationis ei⁹ benedic anima mea domino. Sequentia sancti euangelij secundum Johannem.

ca. I. In illo tempore: Uidit Jesus Nathanael veniẽteꝫ ad se: ⁊ dicit de eo. Ecce verè Israelita, in quo dolus nõ est. Dicit ei Nathanael. Unde me nosti? Respondit Jesus, ⁊ dixit ei. Priusquaꝫ te Philipp⁹ vocaret, cũ esses sub ficu, vidi te. Respõdit ei Nathanael, ⁊ ait. Rabbi tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Jesus, ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: mai⁹ his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis, videbitis cęlum apertum, ⁊ angelos dei ascẽdentes ⁊ descendentes supra filium hominis. Offertorium. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureuꝫ in manu sua: ⁊ data sunt ei incẽsa multa: ⁊ ascẽdit fumus aromatum de manu angeli in conspectu dei. Secre.

Hostias tibi domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes: vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio, ⁊ placatus accipias, ⁊ ad salutem nostram prouenire concedas. Per dominum. Cõm. Angeli, Archangeli, Principatus, ⁊ Potestates, Uirtutes cęlorũ, Dominationes, ⁊ Throni, Cherubim atque Seraphim, dominum benedicite in ęternum. Postcommunio.

Repleti, domine, benedictione cęlesti, suppliciter imploramus: vt, quod fragili celebramus officio, sanctorũ angelorum atque archangeloruꝫ nobis prodesse sentiamus auxilio. Per dominum nostruꝫ ⁊c.

¶ Alia missa votiua de sctõ Michaele archangelo, prout in ei⁹ dedicatiõe mẽse septẽb. f. 230.

¶ Missa votiua de sanctis apostolis Petro et Paulo. Introit.



Mihi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. Psal. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam, et resurrectionem meā. ℣. Gloria patri, et filio. Orō.

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantē in fluctib⁹, ne mergeret̄ erexit, et coapostolū eius Paulum tertiò naufragantez de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, et concede: vt amborum meritis, ęternitatis gloriam cōsequamur. Qui viuis et regnas.

Lectio Actuum Apostoloruz.

ca.5. In diebus illis: Per manus Apostolorum fiebant signa et ꝓdigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cęterorū autem nemo audebat se coniūgere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credētiū in domino multitudo virorum ac mulierū: ita vt in plateas eijcerent infirmos, et ponerent in lectulis et grabatis: vt veniēte Petro, saltē vmbra illius obūbraret quenquaz illorū, et liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autē et multitudo vicinaruz ciuitatū Jerusalem, offerentes ęgros et vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes.

Gradua. Cōstitues eos principes super omnem terram: memores erūt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebūtur tibi. Halłaħ, halłaħ. ℣. Nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis confortat⁹ est principatus eorum, halłaħ.

Post Septuagesimā Tractus. Qui semināt ī lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant et flebant mittētes semina sua. ℣. Uenientes aūt veniēt cū exultatione portātes manipulos suos.

Seqꝫ. S. euāg. ſm Mattheū.

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum. c.19. Ecce, nos reliquim⁹ oīa: et secuti sum⁹ te: quid ergo erit nobis? Jesus aūt dixit illis. Amē dico vobis, quòd vos q secuti estis me, in regeneratione, cū sederit fili⁹ hominis in sede maiestatis suę, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et oīs, q reliquerit domū vel fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomē meū: centuplū accipiet, et vitā ęternam possidebit.

Offertorium. In omnem terram exiuit son⁹ eorū: et in fines orbis

orbis terrę verba eorũ. Secre.

Offerimus tibi dñe preces & munera: q̃ vt tuo sint digna cõspectu, apostolorũ tuorũ Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per d. Pref. de Apl'is. fo. 119. Cõio. Vos, q secuti estis me sedebitis sup sedes iudicãtes duodecim trib⁹ Israel. Postc.

Protege dñe populũ tuũ: & apostolorũ tuorũ Petri & Pauli patrocinio ɔfidẽtẽ, ppetua defensione ɔserua. Per d.

Tpe paschali dr̃ Missa vt i festo scti Marci. f. 196. pter orõnẽ, epistolã & euãg. quę dr̃ vt supra.

¶ Missa de Spũ sctõ. Intro.



Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ: & hoc quod cõtinet omnia, scientiã habet vocis. Ps. Exurgat De⁹, & dissipẽtur inimici ei⁹: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui corda fidelium, sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per dominum. in vnitate eius.

ca. 8. Lectio Actuum Apostolorũ.

In dieb⁹ illis. Cũ audissent apostoli qui erãt Hierosolymis: q̃ recẽpit Samaria verbũ dei miserũt ad eos Petrũ & Johãnẽ. Qui cũ venissent, orauerũt p ipsis, vt acciperẽt Spiritũ sanctũ. Nõdũ enim i quenquã illorũ venerat, sed baptizati tãtũ erãt i noĩe dñi Jesu. Tũc imponebãt man⁹ sup illos, & accipiebãt Spiritũ sanctũ. Grad.

Beata gens, cuius est dñs de⁹ eorũ: popul⁹ quem elẽgit dñs in hęreditatem sibi. ℣. Verbo dñi cęli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Hal'ah, hal'ah. ℣. Veni sancte Spiritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accẽde, hal'ah. Tempore paschali Graduale omittit., & additur sequens. ℣. Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciẽ terrę, hal'ah.

Post Septuagesimã Tractus.

Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terrę. ℣. O quàm bonus & suauis est, domine, spiritus tuus in nobis. ℣. Veni sancte Spirit⁹: reple tuorum corda fideliũ: & tui amoris in eis ignem accende.

Seq. sancti euãg. sm Johãnẽ.

In illo tempore, Dixit Je c.14.
sus discipulis suis. Siquis diligit me, sermonem meũ seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonẽ quẽ audistis, non est meus: sed eius qui misit me, patris. Hęc locutus

locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oĩa, ⁊ suggeret vobis omnia quęcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis qꝛ ego dixi vobis: Uado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquàm fiat: vt cum factuꝫ fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Uenit enim princeps mũdi huius, ⁊ in me non habet quicquam. Sed, vt cognoscat mundus quia diligo patrem: ⁊ sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Offertorium.

Confirma hoc de⁹, quod operatus es in nobis: à templo sancto tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerẽt reges munera. Sec.

Munera, quęsumus domine, oblata sanctifica: ⁊ corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominum. in vnitate eius. Prefatio. Qui ascendens super omnes cęlos. fol. 124. Communio. Factus est repente de cęlo sonus aduenientes spiritus vehementis, vbi erant sedentes: ⁊ repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia dei. Postc.

Sancti spiritus, quęsumus domine, corda nostra mũdet infusio: ⁊ sui roris intima aspersione fęcundet. Per dominum. in vnitate eiusdem ⁊c.

¶ Ad postulandum gratiam Spiritus sancti, dicitur Missa vt supra cum sequentibus orationibus. Oratio.

Deus, cui omne cor patet, ⁊ omnis voluntas loquitur, ⁊ quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfectè diligere, ⁊ dignè laudare mereamur. Per dominum. in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia ⁊c. Secreta.

Haec oblatio, quęsumus domine, cordis nostri maculas emundet: vt sancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per dominum. in vnitate eiusdem spiritus sancti ⁊c. Postc.

Concede, q̃s, omnipotens deus, sanctuꝫ nos spiritũ votis promereri sedulis: quatenus eius gratia, ⁊ ab omnib⁹ liberemur tentationibus, ⁊ peccatorum nostrorum indulgentiam mereamur accipere. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdẽ spiritus sancti deus, ⁊c.

¶ Potest etiam in hac quinta feria dici Missa votiua de sanctissimo Sacramento, quę habetur in eius festo. folio. 154.

¶ Missa de sancta Cruce. Int.



Nos aut͂ gloriari oportet in Cruce domini nostri Jesu Christi: i quo est salus, vita, ꝛ resurrectio nr̃a: per quē saluati ꝛ liberati sumus. Ps. Deus misereaẗ nostri, ꝛ benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos, ꝛ misereatur nostri. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui vnigeniti filij tui p̄cioso sanguine, viuificę Crucis vexilluȝ sanctificare voluisti: concede, quęsumus, eos, qui eiusdeȝ sanctę Crucis gaudent honore, tua quoqȝ vbiqȝ ꝓtectione gaudere. Per eun.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca. 2. Fratres. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem auteȝ Crucis. Propter quod ꝛ deus exaltauit illuȝ: ꝛ donauit illi nomen, qđ est super omne nomē: vt in nomine Jesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestriuȝ, ꝛ infernorū: ꝛ omnis lingua cōfiteatur quia dominus Jesus Christus in gloria est dei patris. Graduale. Christus fact⁹ est pro nobis obediēs vsqȝ ad mortem: mortē autē crucis. ℣. Propter quod ꝛ de⁹ exaltauit illū: ꝛ dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Halleluiah, halleluiah. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera q̄ sola fuisti digna sustinere regem cęlorum, ꝛ dn̄m, halleluiah. Tempore paschali Graduale omittitur, ꝛ additur sequens ℣.

Dicite in gentibus, quia dominus regnauit à ligno, halleluiah. Post Septuagesimā Tractus.

Adoramus te Christe, ꝛ benedicimus tibi: quia per crucē tuam redemisti mundū. ℣. Tuaȝ crucem adoram⁹ domine, tuā gloriosam recolimus passionē: miserere nostri, qui passus es pro nobis. ℣. O crux benedicta, quę sola fuisti digna portare regem cęlorum ꝛ dominum.

Sequentia sancti euangelij secundum Matheum.

In illo tēpore, Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos secreto, ꝛ ait illis. Ecce, ascendimus Jerosolimā, ꝛ filius hominis tradeẗ principibus sacerdotū, ꝛ scribis: ꝛ cōdemnabūt eū morte, ꝛ tradēt eū gentibus ad illudēdū, ꝛ flagellandū, ꝛ crucifigēdū: ꝛ tertia die resurget. Offer. Protege dn̄e plebem tuā per signū sanctę crucis ab omnibus insidijs inimicorū omnium: vt tibi gratā exhibeamus seruitutē: ꝛ acceptabile tibi fiat sacrificium nostrū. Secreta. c. 20.

Hec oblatio, q̄s dn̄e, ab oibus nos purget offensis: q̄ i ara crucis immolata, etiā toti⁹ mundi

mũdi tulit offensaz. Per. Pref. de Cruce. Qui salutẽ humani generis in ligno crucis cõstitui sti. fol. 122. Cõio. Per signuz crucis ð inimicis nostris libera nos deus noster. Postcõmu. Adesto nobis dñe De⁹ nr̃: ꝛ, quos sácte Crucis letari facis honore, ei⁹ quoqz perpetuis defende subsidijs. Per do. Tempore paschali, loco prime orationis dicit sequẽs Oratio. Deus, qui pro nobis filiuz tuũ crucis patibulũ subire voluisti, vt inimici à nobis expelleres potestatẽ: cõcede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiá consequamur. Per eũdẽ d. Et ad Introituz, Offertoriũ, ꝛ Postcõionez addit Halah. vt sup. i ppria rubr. dictũ ẽ. f. 259.

¶ Alia Missa de Passione dñi nostri Jesu Christi. Introitus.



Humiliauit semetipsum domin⁹ Jesus Christ⁹ vsqz ad mortem mortez autem crucis: propter quod ꝛ deus exaltauit illũ, ꝛ donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen. ps. Misericordias dñi in eternuz cantabo: in generatione ꝛ generationem. ℣. Gloria patri ꝛc. Oratio. Domine Jesu Christe, qui de celis ad terrá de sinu patris descendisti, ꝛ sanguinez tuũ preciosuz in remissionẽ peccatorũ nostroꝝ fudisti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij, ad dexterá tuá audire mereamur venite bñdicti. Qui viuis ꝛ re.

Lectio Zacharie prophete.

Hec dicit dñs. Effundam c. 12. ꝛ 13.
super domũ Dauid, ꝛ sup
oẽs habitantes Jerusalem, spiritũ gratie, ꝛ miseratiõis: ꝛ aspicient in eũ quẽ ɔfixérunt: ꝛ plágent eũ planctu quasi super vnigenitũ: ꝛ dolebunt super eũ, vt doleri solet i morte primogeniti. In illa die erit planctus magnus in Jerusalem: ꝛ dicetur. Quid sũt plage iste i medio manuũ tuarũ? Et dicet. His plagatus sum in domo eorũ qui diligebãt me. Framea suscitare sup pastorẽ meuz, ꝛ sup virũ coherẽtẽ mihi, dicit dñs exercituuz: Percute pastorem, ꝛ dispergẽtur oues. Ait dñs omnipotẽs: Graduale. Improperiũ expectauit cor meum, ꝛ miseriam: ꝛ sustinui, qui simul mecũ contristaretur, ꝛ non fuit: consolantem me quesiui, ꝛ non inueni. Dedérunt in escam meam fel, ꝛ in siti mea potauérũt me aceto, Halah, halah. ℣. Aue rex noster: tu solus nostros es miseratus errores, patri obediens, ductus es ad crucifigendum: vt agn⁹ mansuetus ad occisionẽ, halah. Tpe paschali Gradua. omittitur, ꝛ dicitur sequẽs. ℣.

Tibi

Tibi gloria osanna: tibi triumphus ⁊ victoria: tibi summe laudis ⁊ honoris corona. Malah.

Post Septuagesima Tractus.

Vere languores nostros ipse tulit, ⁊ dolores nostros ipse portauit. ℣. Et nos putauimus eum quasi leprosum, ⁊ percussum a deo, ⁊ humiliatum. ℣. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. ℣. Disciplina pacis super eum: ⁊ liuore eius sanati sumus.

Seq. sancti euāg. s̄m Johānē.

c.19. In illo tempore. Sciēs Jesus quia iā omnia cōsummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenuz. Illi autem spongiam aceto plenaz, hyssopo circumponentes obtulérunt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetum: dixit. Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judei ergo, quoniam parasceue erat, vt non remanerēt in cruce corpora sabbatho (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauérunt Pilatū vt frangerētur eorū crura, ⁊ tollerentur. Venérunt ergo milites: ⁊ primi quidem fregérunt crura: ⁊ alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesuz autem cum venissent, vt vidérunt eum iam mortuum, non fregérunt eius crura, sed vnus militū lancea latus eius aperuit, ⁊ continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: ⁊ verū est testimoniū eius.

Off. Insurrexērūt in me viri iniqui, absqz misericordia quesiérunt me interficere: ⁊ non pepercērūt in faciē meā spuere: lāceis suis vulnerauērūt me, ⁊ concussa sunt oīa ossa mea.

Secre.

Oblatū tibi dñe, sacrificiuz, intercedēte vnigeniti filij tui passione, viuificet nos semp ⁊ muniat. Qui tecuz viuit ⁊ re.

Cōio. Fodērūt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauērūt omnia ossa mea.

Postcommu.

Domine Jesu Christe fili dei viui, q hora sexta p redēptione mūdi crucis patibulū ascendisti, ⁊ sanguinē tuuz preciosum in remissionē peccatorū nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur: vt post obitū nostrū, paradisi ianuas nos gaudēter introire concedas. Qui viuis.

¶ Missa votiua de S. Maria, a Dominica j. Aduentus vsque ad Natiuitatē dñi. Introitus.



Rorate celi desuper, ⁊ nubes pluāt iustum: aperiatur terra, ⁊ germinet saluatorē. Ps. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c.

Oratio. Deus,

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbũ tuũ angelo nunciante carnem susci pere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt qui vere eam genitricẽ dei credim⁹, ei⁹ apud te intercessionibus adiuuemur. Per eun.

Lectio Isaię prophetę.

ca.7. In diebus illis: Locutus est dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam: et nõ tẽtabo dominũ. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nũquid parum vobis est, molestos esse hominib⁹, quia molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signũ. Ecce, virgo cõcipiet, et pariet filiũ, et vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Butyrum et mel comedet, vt sciat reprobare malũ, et eligere bonum. Gradua. Tollite portas principes vestras, et eleuamini portę ęternales, et introibit rex glorię. ℣. Quis ascẽdet in montẽ domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocẽs manibus, et mundo corde. Halelah, halelah. ℣. Aue Maria, gratia plena, dñs tecum: benedicta tu in mulieribus, halelah.

Sequen. S. euang. sm Lucam.

ca.1. In illo tẽpore: Missus est angel⁹ Gabriel a deo in ciuitatem Galileę, cui nomen Nazareth, ad virginẽ despõsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo Dauid: et nomẽ virginis Maria. Et ingressus Angel⁹ ad eã dixit. Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone ei⁹, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiã apud deũ. Ecce cõcipies in vtero, et paries filium: et vocabis nomen eius Jesum. Hic erit magn⁹: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius: et regnabit in domo Jacob in ęternum: et regni eius nõ erit finis. Dixit autẽ Maria ad Angelũ. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respõdens Angel⁹, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, et virtus altissimi obumbrauit tibi. Ideoque, et quod nascet ex te sanctũ, vocabitur filius dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa cõcepit filiũ in senectute sua: et hic mẽsis est sext⁹ illi, quę vocatur sterilis: qr nõ erit impossibile apud deũ oẽ verbũ. Dixit aũt Maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi secũdũ verbũ tuũ. Offerto. Aue Maria gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui.

Secreta.

In mentibus nostris qs dñe, verę fidei sacramenta con-

ta con

ta cōfirma: vt, qui conceptū de virgine, deū verū ⁊ hominē cōfitemur: per eiusdē salutifere resurrectionis potētiā, ad eternā mereamur peruenire letitiam. Per eundem do. Pref. Et te in veneratione beatę Marię. f. 119. que in sequētib⁹ quoqꝫ Missis de sancta Maria dicit. Cōio. Ecce virgo cōcipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomē eius Emmanuel. Postcō. Gratiam tuam, quęsumus dn̄e, mētib⁹ nostris infunde: vt qui angelo nūciāte, Christi filij tui incarnationē cognouimus: per passionē eius ⁊ crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundez do.

¶ A Natiuitate dn̄i vsque ad purificationē. Introitus.



Vultū tuū deprecabūtur oēs diuites plebis adducentur regi virgines post eā: proxime ei⁹ adducētur tibi, in letitia ⁊ exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio. Deus, q salutis eternę beatę Marię virginitate fecūda, humano generi premia prestitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quaz meruim⁹ auctorem vitę suscipere, dominū nostrum Jesum Christum filiū tuū. Qui tecū viuit ⁊ regnat ⁊c.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Titum.

Charissime: Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitię quę fecim⁹ nos, sed secundum suam misericordiaz saluos nos fecit per lauacruz regenerationis ⁊ renouatiōis spiritus sancti, quez effūdit in nos abundè per Jesum Christū saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitę eterne: In Christo Jesu domino nostro. ca. 3.

Graduale. Speciosus forma pre filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Halah, halah. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis, haleluiah. Post Septuagesimā Tractus. Gaude Maria virgo. vt in sequenti missa. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tp̄e: Pastores loquebantur adinuicē. Trāseam⁹ vsqꝫ Bethlehē: ⁊ videamus hoc verbum quod factuz est: quod fecit dn̄s, ⁊ ostēdit nobis. Et venērunt festinantes: ⁊ inuenērunt Mariā ⁊ Joseph, ⁊ infan- ca. 2.

infantē positū ī presepio. Uidē-
tes autē cognouerūt de verbo,
quod dictū erat illis de puero
hoc. Et omnes qui audierūt, mi
rati sunt: & de his, que dicta erāt
à pastorib⁹ ad ipsos. Maria au
tem conseruabat omnia verba
hec, conferens in corde suo. Et
reuersi sūt pastores, glorificātes
& laudātes deū in omnib⁹ que
audierāt & viderant: sicut dictū
est ad illos. Offer. Felix nāqʒ
es sacra virgo Maria, & oī laude
dignissima: qr ex te ort⁹ ē sol iu
stitie, Christus de⁹ noster. Sec.
Muneribus nostris, quesu
mus dn̄e, precibusqʒ su-
sceptis: & celestibus nos mun-
da mysterijs, & clemēter exaudi.
Per do. Cōio. Beata viscera
Marie virginis, q̄ portauerunt
eterni patris filium. Postcōio.
Hec nos cōmunio domi-
ne purget à crimine: & in-
tercedente beata dei genitrice
Maria, celestis remedij faciat es
se consortes. Per eundem do.
¶ A Purificatione vsque ad
Pascha. Introitus.



Salue sancta
parens, eni-
xa puerpera
regē: qui ce-
lum, terrāqʒ
regit in secu
la seculorū.
Psal. Eru-
ctauit cor meum verbum bo-
num: dico ego opera mea regi.
℣. Gloria patri, &c. Oratio.
Concede nos famulos tu-
os, quesum⁹ domine de-
us, perpetua mentis & corporis
sanitate gaudere: & gloriosa bea
te Marie semper virginis inter
cessione, à presenti liberari tristi
tia, & eterna perfrui letitia. Per
dominum nostrum Jesum &c.
Lectio libri Sapientie.
Ab initio & ante secula crea Eccl. 24.
ta sum: & vsque ad futurū
seculū non desinam: & in habi-
tatione sancta, coram ipso mini
straui. Et sic in Siō firmata su;:
& ī ciuitate sanctificata similiter
requieui: & in Jerusalem pote-
stas mea. Et radicaui in populo
honorificato: & ī partes dei mei
hereditas illi⁹: & in plenitudine
sanctorū detētio mea. Grad.
Benedicta & venerabilis es vir
go Maria: que sine tactu pudo
ris inuenta es mater saluatoris.
℣. Uirgo dei genitrix, quē to-
tus nō capit orbis, in tua se clau
sit viscera factus homo. Ha-
lelu-iah. ℣. Uirga Jesse flo-
ruit: virgo deum & hominē ge-
nuit: pacem deus reddidit: in se
recōciliās ima summis, halelu-iah.
Post Septuagesimā Tractus.
Gaude Maria virgo, cunctas
hereses sola īteremisti. ℣. Que
Gabrielis archāgeli dictis cre-
didisti. ℣. Dum virgo deum &
hominē genuisti: & post partū
virgo inuiolata permāsisti. ℣.
Dei genitrix ītercede p nobis.
Sequen-

Sequē. S. euang. fm Lucam.

In illo tempore. Loquē- te Jesu ad turbas: Extol- lens vocez quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, ⁊ vbera quę su- xisti. At ille dixit. Quin immo beati qui audiūt verbum dei, ⁊ custodiunt illud. Offertoriū.

Felix nāqz es sacra virgo Ma ria, ⁊ omni laude dignissima: qr ex te ortus est sol iustitię Chri stus deus noster. Secreta.

Tua dñe propitiatione ⁊ beatę Marię semper vir- ginis intercessione: ad ppetuā atque presentē hęc oblatio no- bis proficiat prosperitatē ⁊ pa- cem. Per dñm. Cōio. Beata viscera Marię virginis, q̄ porta uérūt ęterni patris filiū. Postc.

Sumptis dñe salutis no- strę subsidijs: da quęsum⁹, beatę Marię semp virginis pa trocinijs nos vbique protegi, in cuius veneratione hęc tuę obtu limus maiestati. Per dominū.

¶ A Pascha vsque ad Pente- costen. Introitus.



Salue sancta Parēs, eni- xa puérpera regem: qui cęlum, ter- ramqz regit in sęcula sę- culorū. Ps. Eructauit cor meum verbū bo num: dico ego opera mea regi. M. N. R.

℣. Gloria patri, ⁊c. Oratio.

Concede nos famulos tu- os, q̄s, dñe de⁹ perpetua mentis ⁊ corporis sanitate gau dere: ⁊ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, ⁊ ęter- na perfrui lętitia. Per dominū.

Lectio libri Sapientię.

Ab initio ⁊ ante sęcula crea ta sum: ⁊ vsque ad futuruz sęculum nō desinam: ⁊ in habi- tatione sancta, coram ipso mini straui. Et sic in Siō firmata suz: ⁊ i ciuitate sanctificata similiter requieui: ⁊ in Jerusalem pote- stas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ i partes dei mei hereditas illi⁹, ⁊ in plenitudine sanctoꝝ detētio mea. Halłah, hałah. ℣. Uirga Jesse floruit: virgo deū ⁊ hoiez genuit: pacē de⁹ reddidit: in se recōciliās ima sūmis, hałah. ℣. Aue Maria, gratia plena, dñs tecū: benedi- cta tu in mulieribus, haleluiah. c.24.

Seq. scti euang. fm Johānem.

In illo tempore: Stabant autem iuxta crucem Jesu mater eius, ⁊ soror matris eius Maria Cleophę, ⁊ Maria Ma gdalenę. Cum vidisset ergo Je sus matrem, ⁊ discipulum stan- tem quez diligebat, dicit matri suę. Mulier ecce fili⁹ tuus. De- inde dicit discipulo. Ecce ma- ter tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Offert. c.19.

Beata es virgo Maria, q̄ om-

nium portasti creatorem: genui-
sti qui te fecit, ⁊ in ęternũ perma
nes virgo, haleluiah. Secreta.
Tua domine ꝓpitiatione,
⁊ beatę Marię semper vir
ginis intercessione: ad ꝑpetuam
atqz pręsentem hęc oblatio no-
bis proficiat prosperitatem ⁊ pa
cem. Per do. Cõmunio. Bea
ta viscera Marię virginis, quę
portauerunt ęterni patris filium,
haleluiah. Postcommunio.
Sumptis dñe salutis nostrę
subsidijs: da, quęsum⁹, bea
tę Marię semper virginis pa-
trocinijs nos vbique protegi:
in cui⁹ veneratione, hęc tuę ob-
tulimus maiestati. Per dñm.

¶ A Pentecoste vsque ad Ad-
uentum. Introitus.



Salue sancta
parẽs, enixa
puerpera re
gẽ: qui cęlũ,
terramqz re
git in sęcula
sęculorum.
Ps. Eructa-
uit cor meum verbum bonum:
dico ego opera mea regi. ℣.
Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.
Concede nos famulos tu-
os, quęsumus domine de-
us, perpetua mentis ⁊ corporis
sanitate gaudere: ⁊ gloriosa bea
tę Marię semper virginis inter
cessione, à pręsenti liberari tristi
tia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. Per.
Lectio libri Sapientię.

Ab initio ⁊ ante sęcula crea
ta sum: ⁊ vsque ad futurum
sęculum non desinam: ⁊ in habi
tatione sancta, coram ipso mini
straui. Et sic in Siõ firmata sum:
⁊ ĩ ciuitate sanctificata similiter
requieui: ⁊ in Jerusalem pote-
stas mea. Et radicaui in populo
honorificato: ⁊ ĩ partes dei mei
hęreditas illius: ⁊ ĩ plenitudine
sanctorum detẽtio mea. Grad.
Benedicta ⁊ venerabilis es vir
go Maria: quę sine tactu pudo
ris inuenta es mater saluatoris.
℣. Uirgo dei genitrix, quẽ to-
tus nõ capit orbis, in tua se clau-
sit viscera fact⁹ homo. Ha
laľah, haleluiah. ℣. Post partum vir
go inuiolata permãsisti: dei ge
nitrix intercede ꝓ nobis, halľah.
Seq. sancti euang. sm Lucam. c. xi.
In illo tpe. Loquente Je
su ad turbas: Extollẽs vo
cem quędã mulier de turba, di-
xit illi. Beat⁹ venter qui te por-
tauit, ⁊ vbera quę suxisti. At ille
dixit. Quin immo bti q audiũt
verbum dei, ⁊ custodiunt illud.
Offer. Aue maria gratia ple-
na, dominus tecum: benedicta
tu in mulieribus, ⁊ benedictus
fructus ventris tui. Secreta.
Tua domine propitiatione
⁊ beatę Marię semper vir-
ginis intercessione: ad perpetuã
atqz pręsentem hęc oblatio no-
bis proficiat ꝓsperitatem ⁊ pa-
cem. Per dominum. Commu-
nio. Beata viscera Marię vir-
ginis:

ginis, que portauerūt eterni patris filium. Postcommunio.

Sumptis dñe salutis nostre subsidijs: da quesum⁹, beate Marie semper virginis patrocinijs nos vbiqz protegi: in cui⁹ veneratione, hec tue obtulimus maiestati. Per dñm n.

¶ Alie Misse votiue pro diuersis quacunque die dicende, nisi fuerit dominica, vel officiū duplex. Que tamē passim nō dicātur nisi vrgēti de causa, vt supra dictū est de alijs missis votiuis.

¶ Missa pro quacunque necessitate. Introitus.



Salus populi ego suz, dicit dñs: de quacunque tribulatione clamauerit ad me, exaudiam eos: z ero illorum dominus in perpetuum. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.

Ineffabilez misericordiā tuā dñe nobis clementer ostēde: vt simul nos z a peccatis oībus exuas, z à penis quas p his meremur, eripias. Per do:

Lectio Jeremie Prophete.

c.14. Si iniquitates nostre contenderint contra nos: Domine fac propter nomen tuum: quoniā multe sunt auersiones nostre. Tibi peccauimus, expectatio Israel, saluator eius in tēpore tribulationis. Tu autem in nobis es domine, z nomen tuum inuocatuz est super nos: ne derelinquas nos, domine deus noster. Graduale. Libera sti nos domine ex affligentib⁹ nos: z eos qui nos oderunt, cōfudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, z nomini tuo confitebimur in secula. Halel'ah, hal'ah. ℣. Propitius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est de⁹ eorum: hal'ah. Tēpore paschali Graduale omittitur, z additur sequens ℣. Exultabo, z letabor in misericordia tua: quoniā respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animā meā, hal'ah. Post Septuagesimā Tractus.

De necessitatibus meis éripe me domine: vide humilitatem meam, z laborem meū: z dimitte oīa peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animā meā, deus me⁹ in te cōfido, nō erubescam: neque irrideāt me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant, nō confundētur: confundantur omnes facientes vana.

Seq. sancti euang. sm Marcū.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Habete fidem dei. Amen dico vobis, c.11. quia quicunqz dixerit huic mōti, Tollere, z mittere in mare, z nō hesitauerit in corde suo, sed

crediderit quia quodcunqz dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quęcunqz orantes petitis, credite quia accipietis, et euenient vobis. Offerto.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me dñe: et super iram inimicorū meoruz extendes manum tuam, et saluū me fecit dextera tua. Secreta.

Purificet nos domine, quęsumus, muneris pręsentis oblatio: et dignos sacra participatione pficiat. Per do. Cõio.

Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hęc me consolata est in humilitate mea. Postcõmunio.

Pręsta, quęsum⁹ domine: vt terrenis affectibus expiati, ad superni plenitudinē sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per dominuz.

¶ Missa p peccatis. Introit.



Misereris omniū dñe, et nihil odisti eoruz quę fecisti: dissimulans peccata hominū propter pęnitentiam, et parcens illis, quia tu es dominus deus noster. Ps. Miserere mei deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria patri. Oratio.

Exaudi, quęsum⁹ domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiā tribuas benignus, et pacem. Per.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: Condelector legi dei sm interiorē hominē. ca.7.
Uideo aūt aliaz legē in mēbris meis, repugnantem legi mētis meę: et captiuātē me in lege peccati, quę est in mēbris meis. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis hui⁹? Gratia dei per Jesuz Christū dñm nostruz. Gra. Propitius est domine peccatis nostris, nequando dicant gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, et propter honorē nominis tui dñe libera nos.

Halleluiah, halleluiah. ℣. Deus iudex iustus, fortis, et patiens: nūquid irascet̄ p singulos dies: halleluiah.

Tpe paschali Grad. omittit̄, et addit sequens ℣. Auditui meo dabis gaudiū et lętitiā, et exultabunt ossa humiliata, haleluiah.

Post Septuagesimā Tractus.

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocē meam. ℣. Fiāt aures tuę intendentes in orationē serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Sequen. scti. euāg. sm Lucam.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Petite, c.11.
et dabitur vobis: quęrite, et inuenietis: pulsate, et aperiet̄ vobis.

Omnis

Ois enim qui petit, accipit: ꝛ q q̄rit, inuenit: ꝛ pulsanti aperietur. Quis aūt ex vobis patrem petit panē, nūquid lapidē dabit illi? Aut piscē: nunquid serpentē pro pisce dabit illi? Aut si petierit ouū: nūquid porriget illi scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali, nostris bona data dare filijs vestris: quāto magis pater vester de celo, dabit spiritū bonū petētib⁹ se? Offer. Domine exaudi orōnē meā: ꝛ clamor meus ad te perueniat. Secreta.

Hostias tibi domine placationis ꝛ laudis offerim⁹: vt ꝛ delicta nostra miseratus absoluas, ꝛ nutantia corda tu dirigas. Per dominum nostrum. Cōio. Petite, ꝛ accipiētis: quę rite, ꝛ inuenietis: pulsate, ꝛ aperiētur vobis: oīs enim q petit, accipit: ꝛ q q̄rit, inuenit: ꝛ pulsanti aperietur, halłah. Postcōio.

Presta nobis ęterne saluator: vt pcipientes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per do.

¶ Missa, p eligēdo sūmo Pōtifice sede vacāte dī de Spiritu sancto, vel vt sequitur. Introit.



Suscitabo mihi sacerdotē fidelē, q iuxta cor meū ꝛ animā meam faciet, ꝛ edificabo ei domū fidelem, ꝛ ambulabit corā Christo meo cūctis dieb⁹. Ps. Memēto Dñe Dauid, ꝛ oīs māsuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

Supplici dñe humilitate deposcimus: vt sacrosanctę Romanę ecclesię cōcedat pontificem illū tua immensa pietas: q ꝛ pio in nos studio semꝑ tibi placitus, ꝛ tuo populo ꝓ salubri regimine sit assiduè ad gloriā tui nominis reuerendus. Per do.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

Fratres: Adeamus cū fiducia ad thronū gratię eius: vt misericordiā consequamur, ꝛ gratiā inueniamus in auxilio opportuno. Omnis nāque pōtifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quę sunt ad Deum: vt offerat dona ꝛ sacrificia pro peccatis. Qui condolēre possit his q ignorant ꝛ errant: quoniā ꝛ ipse circundatus est infirmitate: ꝛ propterea debet, quemadmodum ꝛ pro populo, ita ꝛ pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorē: sed qui vocatur à deo tāquā Aarō. Sic ꝛ Christ⁹ nō semetipsum clarificauit vt pōtifex fieret: sed qui locut⁹ est ad eū, fili⁹ meus es tu, ego hodie genui te. Quēadmodū ꝛ in alio loco dicit. Tu es sacerdos in ęternū, ꝑm ordinē Melchisedech. Qui in dieb⁹ carnis suę, ꝑces, supplica- ccl. a. 4.

tionésque ad eum, qui possit eũ
saluum facere à morte, cum cla-
more valido, & lacrymis offe-
rẽs, exauditus est ꝑ sui reueren
tia. Grad. Pontifex sacerdos
magnus inter fratres suos, su-
per cuius caput fusum est vnctio-
nis oleũ, & cuius manus in sacerdo
tio cõsecratę sunt, vestitusq; est
sanctis vestibus: debuit per oĩa
fratribus similari. ℣. Vt miseri-
cors fieret & fidelis pontifex ad
deũ, vt repropitiaret debita po
puli. Hal'ah, hal'ah. ℣. Sacer-
dos sit sanctus, sicut ego sum do
minus, q sanctifico vos, hal'ah.
Tpe paschali Grad. omittit, &
addit sequens ℣. Ego sum pa-
stor bonus: & cognosco oues me-
as, & cognoscũt me meę. hal'ah.
Post Septuag. Tract. Sur-
ge dñe in requiẽ tuam, tu, & arca
sanctificationis tuę. ℣. Sacer-
dotes tui induant iustitiá, & san
cti tui exultatione exultabunt.
℣. Propter Dauid seruũ tuum
non auertas faciem Christi tui.
Seq. scti euang. sm Iohannem.

c.14. In illo tempore: dixit Ie-
sus discipulis suis. Si dili
gitis me, mandata mea seruate.
Et ego rogabo patrẽ, & aliũ pa-
raclitum dabit vobis, vt maneat
vobiscũ in ęternũ, spiritũ verita
tis, quẽ mũdus non potest acci-
pere, quia non videt eũ: nec scit
eũ. Vos aũt cognoscetis eũ: qa
apud vos manebit, & in vobis
erit. Non relinquá vos orpha-
nos: veniá ad vos. Adhuc mo-
dicum: & mundus iam me non
videt. Vos autẽ videbitis me:
quia ego viuo, & vos viuetis.
Off. Non participẽtur sancta,
donec exurgat pontifex in osten
sione, & veritate. Secreta.

Tuę nobis dñe abundan-
tia pietatis indulgeat: vt
ꝑ sancta munera, quę tibi reue-
renter offérimus, gratum maie
stati tuę pontificem sanctę ma-
tris eccl'ię regimini pręesse gau-
deamus. Per dñm nostrum &c.
Communio. Veste sancta vte
tur Pontifex, qui fuerit consti-
tutus, & qui ingredietur taber-
naculum testimonij, vt ministret
in sanctuario. Postcõmunio.

Preciosi corporis & sangui
nis tui nos domine sacra-
mento refectos mirifica tuę gra
tia maiestatis de illius summi
Pontificis confessione lętificet:
qui & plebem tuam virtutibus
instruat, & fidelium mentes spiri
tualium aromatum odore per-
fundat. Qui viuis & regnas.

¶ In die creationis, & corona-
tionis Papę, & eiusdẽ diei anni
uersario, dr̃ Missa vt in Cathe-
dra bti Petri f. 183. cum orone.
Deus oĩum fideliũ. f. 273. omis
sis oronibus SS. Petri & Pauli.

¶ In anniuersario creationis
Episcopi dr̃ sequẽs Missa. In-
troitus, Sacerdotes tui. de cõ
cõfess. pont fo. 249. omissa ora
tione festi, cuius loco dr̃ oratio.
Deus

Deus omnium fideliũ, sicut pro Papa. ꝛ vbi dr̃, ecclesię tuę pręesse voluisti. nominet ecclesiam cui pręest, dicens ecclesię. N. vel huic pręesse voluisti. Epistola dicit. Omnis pontifex. de cõi confess. pontifi. fol. 250. ꝛ euãg. Uidete, vigilate, ꝛ orate. de eodem cõmuni. fol. 250.

¶ Missa ad tollendum schisma, vel pro quacunque necessitate Ecclesię. Introitus.



Saluos nos fac dñe deus noster: ꝛ congrega nos de nationibus: vt confiteamur nomini sancto tuo, ꝛ gloriemur in laude tua. Psal. Confitemini domino, qm̃ bonus: qm̃ in seculum misericordia eius. ℣. Gloria. Oratio.

Deus q errata cõrrigis, ꝛ dispsa cõngregas, ꝛ cõgregata cõseruas: qs: sup ppl'm Christianuz tuę vnionis gratiã clemẽter ĩfunde: vt diuisione reiecta, vero pastori ecclesię tuę se vniẽs tibi dignè valeat famulari. Per.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca. 4. Fratres. Obsecro vos, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cũ omni humilitate ꝛ mãsuetudine, cuz patientia, supportãtes inuicem in charitate: soliciti seruare vnitatẽ spirit⁹ in vinculo pacis. Unũ corpus, ꝛ vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Unus dominus, vna fides, vnũ baptisma. Unus deus ꝛ pater oĩuz, qui est sup omnes, ꝛ per oĩa, ꝛ in omnibus nobis. Unicuíqz aũt nr̃m data est gratia ẜm mẽsurã donationis Christi: donec occurram⁹ omnes in vnitatem fidei ꝛ agnitionis filij dei, in virũ perfectũ, in mensurã ętatis plenitudinis Christi, vt iã non simus paruuli, fluctuãtes, ꝛ circunferamur omni vẽto doctrinę in nequitia hoĩuz, in astutia ad circunuẽtionem erroris. Ueritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ca. 2. ex quo totuz corpus compactũ ꝛ connexuz per omnem iuncturam subministrationis, secũdũ operationem in mensurã vnius cuiusque membri, augmentuz corporis facit in ędificationem sui in charitate. Hoc igitur dico ꝛ testificor in dño vt iam non ambuletis sicut ꝛ gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habentes intellectũ, alienati à vita dei p ignorantiam, quę est in illis propter cęcitatem cordis ipsorũ. Qui desperantes, semetipsos tradidérunt impudicitię, in operationem immũditię oĩs, in auaritiam. Uos autez nõ ita didicistis Christũ: si tamẽ illũ audistis, ꝛ in ipso edocti

cti estis: sicut est veritas in Christo Jesu domino nostro. Gra.
Rogate que ad pacē sunt Jerusalem, ⁊ abundantia diligētibus te. ℣. Fiat pax ī virtute tua, ⁊ abundantia in turribus tuis.
Halaħ, haleluiah. ℣. Lauda Jerusalem dominum, lauda deum tuum Sion, haleluiah.
Tempore paschali Graduale omittitur, ⁊ additur sequēs ℣.
Qui posuit fines tuos pacē, ⁊ adipe frumenti satiat te, halaħ.
Post Septuagesimā Tractus.
Notus in Judea de⁹, in Israel magnum nomen eius. ℣. Et factus est in pace locus eius, ⁊ habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias, arcum, scutū, gladiū, ⁊ bellum. Sequētia sancti euangelij śm Johannē.
c.7. In illo tēpore: Subleuatis Jesus oculis in celum, dixit. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut ⁊ nos. Cum essem cū eis, ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: ⁊ nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, vt scriptura impleret. Nūc aūt ad te venio: ⁊ hec loquor in mūdo, vt habeant gaudium meū impletū in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: ⁊ mūdus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut ⁊ ego non sum de mundo. Nō rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt: sicut ⁊ ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in mundū, ita ⁊ ego misi eos in mundū. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint ⁊ ipsi sanctificati in veritate. Nō pro eis autem rogo tantum, sed ⁊ pro eis qui credituri sunt per verbum eorū in me: vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me, ⁊ ego in te: vt ⁊ ipsi in nobis vnū sint, vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatē, quā dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut ⁊ nos vnum sumus. Ego in eis, ⁊ tu in me: vt sint consummati in vnum. Offertorium. Det vobis de⁹ idipsum sápere in alterutrum: vt vnanimes vno ore honorificetis deum nostrum. Secreta.
Munera hec pro vnione populi Christiani tibi domine oblata sanctifica: per que vnitatis ⁊ pacis in ecclesia tua nobis dona concede. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum qui tecum ⁊c.
Cōmunio. Unus panis ⁊ vnū corpus multi sumus, omnes qui de vno pane ⁊ de vno calice participamus. Postcommu.
Haec tua domine sumpta sacra cōmunio, sicut fidelium in te vnionē presignat: sic in tua ecclesia vnitatis quesum operetur effectum. Per dn̄m

¶ Missa cõtra paganos. Intr.



Exurge: quare obdormis dñe? exurge, ꝛ ne repellas in finẽ: quare faciẽ tuaꝫ auertis? obliuisceris tribulationẽ nr̃am: adhesit in terra vẽter noster: exurge dñe, adiuua nos, ꝛ libera nos. Ps. Deꝰ auribꝰ nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria p. Oro.

Omnipotens sempiterne deus, in cuius manus sunt oiuꝫ potestates, ꝛ oı̃um iura regnorũ, respice in auxiliũ Christianorũ: vt gentes paganorũ, q̃ in sua feritate cõfidunt, dextere tue potẽtia cõterant. Per d. Epistō. In diebus illis: Orauit Mardocheus ad dominuꝫ dicẽs. vt in feria quarta post secundam Dominicam Quadragesime. folio. 44. Graduale.

Sciant gentes, quoniã nomẽ tibi deus: tu solus altissimus super omnem terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotã, ꝛ sicut stipulam ante faciem vẽti. Halleluiah, haleluiah. ℣. Excita domine potentiam tuam, ꝛ veni: vt saluos facias nos, haleluiah. Tpe paschali Graduale omittitur, ꝛ dicitur sequens ℣. Deus virtutum conuertere, respice de celo, ꝛ vide, ꝛ visita vineam istam: ꝛ perfice eam quam plantauit dextera tua, haleluiah. Post Septuagesimã Tractus.

Adiuua nos deꝰ salutaris noster, ꝛ propter gloriaꝫ nominis tui domine libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuum. ℣. Ne forte dicant in gentibus, vbi est deus eorum? ꝛ innotescat coram oculis nostris. ℣. Ultio sanguinis seruorum tuorũ qui effusus est, intret in cõspectu tuo gemitus compeditorum. Euangelium.

Quis vestrum habebit amicũ. vt in Rogationibus. fol. 140. Offerto. Populum humileꝫ saluũ facies, ꝛ oculos superborum humiliabis, quoniaꝫ quis deus preter te domine? Secre.

Sacrificium domine, quod immolamus intende: vt, propugnatores tuos ab omni eruas paganoruꝫ nequitia, ꝛ in tue protectionis securitate constituas. Per dñm no. Commu.

In salutari tuo anima mea, ꝛ in verbũ tuum speraui: quãdo facies de persequẽtibꝰ me iudiciũ? iniq persecuti sunt me, adiuua me dñe deus meus. Postc.

Protector nr̃ aspice deus, ꝛ propugnatores tuos a paganorum defende periculis: vt, ab omnibus perturbationibus semoti, liberis tibi mẽtibꝰ seruiãt. Per dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat ꝛc.

¶ Missa

¶ Missa tempore belli. Intro.



Eminiscere miseratio- nũ tuarũ do mine, ⁊ mise ricordię tuę quę à seculo sunt: ne vn- quã domi- nẽtur nobis inimici nostri, libe ra nos de⁹ Israel ex oĩb⁹ angu stijs nostris. ps. Ad te dñe le- uaui animam meam: deus me⁹ in te confido, non erubescã. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊c. Oratio.

Deus qui cónteris bella, ⁊ impugnatores in te sperã tium potentia tuę defensionis expugnas: auxiliare famulis tu is implorantibus misericordiã tuam: vt omnium inimicorum suorũ feritate depressa, incessa- bili te gratiarum actione laude mus. Per dominum nostrum.

Lectio Hieremię prophetę.

c. 42. In dieb⁹ illis. Accessérũt omnes principes bellato rum: dixerúntque ad Iere- miam prophetam. Ora pro no bis ad dominum deum tuum: Et factum est verbum domini ad Ieremiam. Uocauitq; Io- hanan filium Caree, ⁊ omnes principes bellatorum, ⁊ vniuer sum populuz à minimo vsq; ad magnum. Et dixit ad eos. Hęc dicit dominus deus Israel, ad quem misistis me, vt prosterne rem preces vestras in cóspectu eius. Si quiescentes mãséritis in terra hac, ędificabo vos, ⁊ nõ destruam ⁊ plãtabo, ⁊ non euel lam. Iam enim placat⁹ sum su- per malo, quod feci vobis. No lite timere à facie regis Babylo nis, quẽ vos páuidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit do- minus: quia vobiscuz sum ego, vt saluos vos faciam, ⁊ eruam de manu eius. Et dabo vobis misericordias, ⁊ miserebor ve- stri: ⁊ habitare vos faciam in ter ra vestra: Dicit dñs oĩpotens.

Graduale. Tu es de⁹, qui fa- cis mirabilia solus: notũ fecisti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo popu- lum tuũ: filios Israel ⁊ Ioseph. Halla͞h, halla͞h. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab insurgentibus in me libera me, halla͞h. Tempore paschali Graduale omittitur, ⁊ dicitur sequens ℣. Ego autem cãtabo fortitudinem tuam: ⁊ exaltabo mane misericordiã tuã, halla͞h.

Post Septuagesimã Tractus.

Domine non secundũ peccata nostra, quę fecimus nos: neq; secundũ iniquitates nostras re tribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ nostra- rũ antiquarũ cito anticipẽt nos misericordię tuę, quia páuperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: ⁊ pro- pter gloriam nominis tui do- mine libera nos, ⁊ propiti⁹ esto

peccatis

peccatis nostris pp nomen tuū.

Seq. scti euang. sm Mattheū.

In illo tépore: Accesserūt ad Jesuz discipuli secreto dicentes. Dic nobis, quādo hec erunt: & qd signū aduentus tui & cōsummationis seculi: Et respōdēs Jesus, dixit illis. Uidete neqs vos seducat. Multi enim venient in noie meo, dicentes, Ego suz Christus: & multos seducēt. Audituri enim estis prelia, & opiniones preliorum. Uidete ne conturbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnū: & erunt pestilentie, & fames, & terremotus per loca. Hec autem omnia, initia sunt doloruz.

Offer. Populū humilem saluū facies dñe: & oculos superboruz humiliabis: quoniam quis deus preter te dñe:

Secreta.

Sacrificium domine, quod immolamus, intende placatus: vt ab oībus nos eruat bellorum nequitijs, & in tue ptectionis securitate cōstituat. Per do.

Coio. Inclina aurē tuā, accelera, vt eruas nos.

Postcommu.

Deus regnorum omnium regūmqz dominator: qui nos & percutiēdo sanas: & ignoscendo conseruas: pretende nobis misericordiaz tuam: vt tranquillitate pacis tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur. Per dñm nostrum &c.

Missa pro pace. Introitus.



Da pacez dñe sustinētibus te, vt prophete tui fideles inueniātur: exaudi preces serui tui, & plebis tue Israel. Ps. Letat9 suz in his que dicta sunt mihi: in domum dñi ibimus. ℣. Gloria.

Oratio.

Deus, a quo sancta desideria, recta cōsilia, & iusta sūt opera: da seruis tuis illā quàm mundus dare non potest pacē: vt & corda nostra mādatis tuis dedita: & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per dominum.

Lectio libri Machabeoruz.

In diebus illis. Orationē faciebant sacerdotes, duz offerrent sacrificiuz pro populo Israel: Jonatha inchoante, ceteris autem respondentibus, & dicentibus. Benefaciat vobis deus: & meminerit testamēti sui, quod ad Abraham, Isaac, & Jacob locutus est seruorū suorū fideliū: & det vobis cor omnibus vt colatis eū, & faciatis eius voluntatē. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in preceptis suis: & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo dñs deus vester. 2.c.1.

Grad.

Rogate que ad pacē sunt Jerusa-

rusalē, ⁊ abundātia diligentib⁹ te. ℣. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis. Halal'ah, haleluiah. ℣. Lauda Jerusalem dominum: lauda deum tuum Sion, haleluiah. Tempore Paschali Graduale omittitur, ⁊ dicitur sequens ℣. Qui posuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti satiat te, hal'ah. Post Septuagesimā Tractus. Notus in Judęa deus: in Jsra el magnum nomen eius. ℣. Et factus est in pace locus eius: ⁊ habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias: arcum, scutum, gladium, ⁊ bellum.

Sequentia sancti euangelij secundum Johannem.

C.20. In illo tempore: Cū sero eēt die illo, vna sabbathorum, ⁊ fores essent clausę, vbi erāt discipuli cōgregati propter metū Judęorū: venit Jesus, ⁊ stetit in medio, ⁊ dicit eis. Pax vobis. Et cū hoc dixisset, ostendit eis manus ⁊ latus. Gauisi sūt ergo discipuli viso dn̄o. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pr̄, ⁊ ego mitto vos. Hęc cū dixisset, insufflauit: ⁊ dixit eis. Accipite spiritū sanctū. Quorū rémiseritis peccata, remittunt̄ eis: ⁊ quorū retinuéritis, retenta sunt. Offer. Laudate dn̄m, quia benignus est: psallite nomini eius, quoniam suaue est, omnia quęcunq3 voluit, fecit in cęlo, ⁊ in terra. Sec. Deus, qui credētes in te populos nullis finis concuti terrorib⁹: dignare p̄ces ⁊ hostias dicatę tibi plebis suscipere: vt, pax à tua pietate ↄcessa christianorū fines ab omni hoste faciat esse securos. Per dn̄m. Cōmu. Pacē meā do vobis: pacē meam relinquo vobis. Postcōio. Deus auctor pacis, ⁊ amator: quē nosse, viuere, cui seruire, regnare est: protege ab omnibus impugnationib⁹ supplices tuos: vt, qui ī defensione tua cōfidim⁹, nulli⁹ hostilitatis arma timeamus. Per dominū.

¶ Missa pro vitanda mortalitate. Introitus.



Recordare dn̄e testamēti tui, ⁊ dic angelo percutienti, cesset iaz man⁹ tua, ⁊ nō desolet̄ terra, ⁊ ne p̄das oēm aīam viuētē. Ps. Qui regis Jsrael, intende: qui deducis velut ouē, Joseph. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c. Orō. Deus, q nō mortē, sed pęnitētiā desideras peccatoꝝ, populū tuū ad te reuertentem propitius respice: vt, dū tibi deuotus existit, iracundię tuę flagella ab eo amoueas. Per do.

Lectio libri Regum.

In dieb⁹ illis. Jmmisit dominus pestilentiā in Jsrael de 2. Regū. 24

el de mane vsque ad temp⁹ cõstitutum: ⁊ mortui sunt ex populo, à Dan vsq; Bersabee, septuaginta millia virorum. Cumq; extendisset manum suam angelus domini super Jerusalem, vt disperderet eam: misert⁹ est dominus super afflictioné populi sui, ⁊ ait angelo percutiéti. Sufficit nunc. Cóntine manuz tuam. Erat auté angelus domini iuxta areaz Areuna Jebusęi.
ca. 5. Dixitq; Dauid ad dñz: cũ vidisset angelũ cędéte populũ. Ego sum q peccaui: ego, qui iniquè egi. Isti q oues sunt, quid fecérunt? Vertatur obsecro manus tua contra me: ⁊ contra domuz patris mei. Venit autem Gad propheta ad Dauid i die illa, ⁊ dixit ei. Ascende, ⁊ constitue altare domino in area Areuna Jebusęi. Et ascendit Dauid, iuxta sermonem Gad, qué precéperat ei dominus. Et propitiatus est dominus terrę, ⁊ cohibita est plaga ab Israel. Graduale. Misit dominus verbum suuz ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de morte eorũ. ℣. Confiteátur domino misericordię eius, ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Halelúiah, halelúiah. ℣. Saluum me fac deus: quoniã intrauérunt aquę vsq; ad animam meaz. halelúiah. Tempore Paschali Graduale omittitur, ⁊ dicitur sequens ℣. Saluabo populum meuz Israel in die malo: ⁊ ero eis in deũ, in veritate ⁊ iustitia, haleluiah. Post Septuagesimã Tractus. Domine, non secunduz peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatum nostrarum antiquaruz: cito anticipent nos misericordię tuę, quia páuperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris nóster: ⁊ propter gloriaz nominis tui domine libera nos, ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuũ. Euãg. Surgens Jesus de synagoga introiuit in domum Simonis. In feria v. dñicę iij. Quad folio 54. Offertorium. Stetit põtifex inter mortuos ⁊ viuos, habens thuribulum aureum in manu sua: ⁊ ófferens incensi sacrificiũ placauit irã dei, ⁊ cessauit quassatio à domino. Secreta.

Subueniat nobis Domine sacrificij pręsentis oblatio: q̃ nos ⁊ ab erroribus vniuersis potéter absoluat, ⁊ à totius eripiat pditionis incursu. Per do. Commu. Multitudo languéntium, ⁊ qui vexabantur à spiritibus immundis veniebant ad eũ: quia virtus de illo exibat, ⁊ sanabat omnes. Postcommun.

Exaudi nos deus salutaris noster: ⁊ populum tuũ ab iracundię tuę terroribus liberũ misericordię tuę fac largitate securũ. Per dominum nostrum.

¶ Missa

Missa pro infirmis. Introi.



Exaudi deus orationẽ meam, ⁊ ne despexeris deprecationeȝ meam: intẽde in me, ⁊ exaudi me. ps. Cõtristat⁹ suȝ in exercitatione mea, ⁊ cõturbat⁹ sum à voce inimici, ⁊ à tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, salus ęterna credentiũ, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, ꝓ qbus misericordię tuę imploram⁹ auxiliũ: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referãt actiones. Per.

Lectio epistole bti Jacobi apli.

ca. 5. Fratres. Tristatur aliquis vestrũ: oret. Aequo animo est: psallat. Infirmat qs in vobis: inducat presbyteros ecclesię, ⁊ orent super eum, vngẽtes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, ⁊ alleuiabit eũ dominus: ⁊ si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Confitemini ergo altẽrutrũ peccata vestra: ⁊ orate pro inuicẽ, vt saluemini. Gradua.

Miserere mei dñe, quoniam infirm⁹ sum: sana me domine. ℣. Cõturbata sunt omnia ossa mea, ⁊ aĩa mea turbata est valde. Halł'ah, hał'ah. ℣. Domine exaudi orõnẽ meã: ⁊ clamor me⁹ ad te veniat, hał'ah. versus tpe Paschali ⁊ Tract. post Septuagesimã, vt supra i missa tpe belli. fol. 277. Euang. Cũ introisset Jesus Capharnauȝ. vt in feria quinta post cineres. fo: 33. Offerto. Exaudi deus orationem meã, ⁊ ne despexeris deprecationem meam: intende in me, ⁊ exaudi me. Secreta.

Deus, sub cuius nutibus vitę nostrę momenta decurrũt, suscipe ꝓces ⁊ hostias famulorũ tuorũ, pro quib⁹ ęgrotãtibus misericordiã tuã iploram⁹: vt de quorum periculo metuim⁹, de eorũ salute lętemur. Per d. Communio. Illumina faciẽ tuam super seruum tuum, ⁊ saluum me fac in tua misericordia domine: non confundar, quoniã inuocaui te. Postcommu.

Deus infirmitatis humanę singulare pręsidiuȝ: auxilij tui sup infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt, ope misericordię tuę adiuti, ecclesię tuę sanctę incolumes representari mereantur. Per dominum no.

Missa ꝑ spõso ⁊ spõsa. Intr.



Deus Israel coniũgat vos: ⁊ ipse sit vobiscũ, q miser⁹ ẽ duob⁹ vnicis: ⁊ nũc dñe fac eos plenius benedicere te. ps.

Beati

Beati omnes qui timēt dominum: qui ambulant in vijs eius. ℣. Gloria patri &c. Oratio.

DEus, q tā eccellenti mysterio, coniugalē copulā cōsecrasti, vt Christi & ecclesię sacramentū pręsignares in fędere nuptiarum, pręsta q̄s: vt quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per eundem dn̄m nostrum.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca. 5. FRatres: Mulieres viris suis subditę sint, sicut domino: quoniā vir, caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesię. Ipse, saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illā sanctificaret, mundans eam lauacro aquę in verbo vitę, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiā, non habentem maculam: aut rugā, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suā vxorē diligit: seipsum diligit. Nemo enim vnquā carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc, relinquet homo patrem & matrē suam: & adhęrebit vxori suę. Et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Verūtamen & vos singuli, vnusquisq; vxorē suam sicut seipsum diligat: vxor autem timeat virū suū. Gra. Vxor tua sicut vitis abūdās in lateribus domus tuę. ℣. Filij tui sicut nouellę oliuarū in circuitu mensę tuę. Halelu iah, halelu iah. ℣. Mittat vobis dominus auxiliū de sancto: & de Sion tueatur vos, haleluiah.

Tpe paschali Graduale omittitur, & additur sequēs ℣. Benedicat vobis dominus ex Sion, qui fecit cęlum & terram, halelu iah.

Post Septuagesimā Tractus.

ECce sic benedicetur oīs homo qui timet dn̄m. ℣. Benedicat tibi dn̄s ex Sion: & videas bona Ierusalem oībus diebus vitę tuę. ℣. Et videas filios filiorum tuorum: pax super Israel.

Seq. sancti euang. sm Matthęū.

IN illo tēpore: Accesserūt ad Iesum pharisęi tentantes eum, & dicentes. Si licet homini dimittere vxorē suā quacunq; ex causa? Qui respōdēs, ait eis. Non legistis, quia q fecit hoīem ab initio, masculū & fęminā fecit eos? Et dixit. Propter hoc, relinquet homo patrē & matrē, & adhęrebit vxori suę: & erūt duo in carne vna. Itaq; iam nō sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus cōiunxit, homo nō separet. c. 19.

paret. Offerto. In te speraui dñe, dixi tu es deus me⁹: in manibus tuis tẽpora mea. Secre.

Suscipe, q̃s domine, pro sacra connubij lege munus oblatũ: et, cui⁹ largitor es muneris, operis esto dispositor. Per.

¶ Dicto Pater noster, Sacerdos antequam dicat Libera nos q̃s dñe. stãs in cornu Epistolę, versus spõsũ et spõsã ante altare genib⁹ flexos, dicit sup eos sequentẽ orõnẽ. Orem⁹.

Propitiare dñe supplicationib⁹ nr̃is: et ĩstitutis tuis, q̃bus ꝓpagationẽ humani generis ordinasti, benign⁹ assiste: vt quod te auctore iungitur, te auxiliãte seruetur. Per. Orem⁹.

Deus, qui potestate virtutis tuę de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs, homini ad imaginẽ dei facto, ideo ĩseparabile mulieris adiutoriũ cõdidisti, vt fęmineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex vno placuisset institui, nũquaz licere disiungi: Deus, qui taz excellenti mysterio coniugalẽ copulã consecrasti: vt Christi et ecclesię sacramentum pręsignares in fędere nuptiarum: Deus, per quez mulier iungitur viro: et societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quę sola nec per originalis peccati pęnã, nec per diluuij est ablata sententiã: Respice propitius super hanc famulam tuam, quę maritali iungendo consortio, tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis: fidelis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctorum permaneat fęminarum. Sit amabilis, vt Rachel viro suo: Sapiẽs: vt Rebecca: Lõgęua et fidelis, vt Sara. Nihil in ea ex actib⁹ suis ille auctor pręuaricationis vsurpet. Nexa fidei, mãdatisq; pmaneat, vni thoro iũcta. Cõtactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatẽ suaz robore disciplinę. Sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctrinis cęlestibus erudita. Sit fęcunda in sobole, sit probata et innocens. Et ad beatorum requiez, atque ad cęlestia regna ꝑueniat. Et videãt ambo filios filiorũ suorũ, vsque ad tertiam et quartã generationẽ: et ad optataz perueniãt senectutem. Per dominuz nostrũ.

Tũc cõuersus ad mediũ altaris, frãgat hostiã more solito, et ꝓsequatur Missam. Cõio. Ecce sic benedicetur oĩs homo, qui timet dñm: et videas filios filiorũ tuorũ: pax super Israel. Postcom.

Quęsumus omnipotẽs deus, instituta prouidentię tuę pio fauore comitare: et quos legitima societate ꝯnectis, lõgęua pietate custodi. Per d. Post Ite missa est, Sacerdos antequã det benedictionẽ, cõuersus ad sponsum et sponsam dicat.

Deus

DEus Abraham, deus Jsaac, ⁊ deus Jacob sit vobiscum: ⁊ ipse adimpleat benedictionem suam in vobis: vt videatis filios filiorum vestroruꝫ vsque ad tertiam ⁊ quartam generationem: ⁊ postea vitaꝫ ęternam habeatis sine fine, adiuuante domino nostro Jesu Christo: qui cū patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat, deus per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

¶ Moneat Sacerdos orōne graui, vt sibimetipsis seruent fidē: Orōnis tpe, ⁊ pręsertim ieiuniorū ac solennitatuꝫ, casti maneant: ⁊ vir vxorē, atqꝫ vxor virū diligat: ⁊ in timore Dei permaneāt. Postea eos aspergat: ⁊ det benedictionē: ⁊ dicat, vt solituꝫ est, euangeliū sancti Johannis. In principio erat verbuꝫ.

¶ Orationes diuersę dicēdę in Missa ad libitū Sacerdotis cuꝫ iis quę i ꝓprijs Missis assignantur: qñ non est duplex. Ad poscēda suffragia sanctoruꝫ. Orō.

COncede, q̄s, oīpotēs deus: vt intercessio nos sanctę Dei genitricis Marię, sanctorūmque omniū, apostolorum, martyrum, confessorum, atque virginum, ⁊ omniū electorum tuorū, vbique lętificet: vt, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per eundem dn̄m. Secreta.

OBlatis dn̄e placare muneribus: ⁊ intercedentibus

M. N. R.

omnibus sanctis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per dominum no. Postcommunio.

SUmpsimus domine, beatę Marię semper virginis, ⁊ omnium sanctorum tuorum memoriā recolentes sacramenta cęlestia: pręsta, quęsumus: vt, quod tēporaliter gerimus, ęternis gaudijs cōsequamur. Per.

Alia Oratio vt supra. Oratio.

A Cunctis nos, quęsumus domine, mētis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente gloriosa virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqꝫ beato N. ⁊ omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus, ⁊ pacem: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem dominum. Secreta.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt, per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis ⁊ corporis hostib⁹ tuearis, gratiam tribuens in pręsenti, ⁊ gloriam in futuro. Per dominum no. Postcommunio.

MUndet ⁊ muniat nos, quęsumus domine, diuini sacramēti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqꝫ beato N. ⁊ omnibus sanctis: à cunctis nos reddat ⁊ peruersitatibus expiatos, ⁊ aduersitatibus

M in bus

bus expeditos. Per eundem.

Pro omni gradu ecclesię. Oro:

Omnipotens sempiterne deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesię sanctificatur & regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinib⁹ supplicātes: vt gratię tuę munere, ab oībus tibi gradibus fideliter seruiat. Per do. in vnitate eiusdem. Secreta.

Da famulis tuis dñe indulgentiā peccatorū, consolationē vitę, gubernationē perpetuā: vt tibi seruientes, ad tuam iugiter misericordiam peruenire mereantur. Per do. Postc.

Libera, q̄s domine, à peccatis & hostibus tibi famulos supplicātes: vt in sancta conuersatione viuētes, nullis afficiantur aduersis. Per dominum.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuū N. quem pastorem ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei quęsum⁹, verbo & exemplo quibus pręest proficere: vt, ad vitam vnà cū grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum no. Secreta.

Oblatis, quęsumus domine, placare muneribus: & famulum tuū N. quem pastorem ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominū. Postcomunio.

Haec nos, q̄s dñe, diuini sacramēti pceptio protegat, & famulū tuum N. quem pastorem ecclesię tuę pręesse voluisti, vnà cū commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per do.

Pro Imperatore. Oratio.

Deus regnorum omnium, & Christiani maximè protector imperij: da seruo tuo imperatori nostro N. triumphū virtutis tuę sciēter excolere: vt, qui tua constitutione est princeps, tuo semper munere sit potens. Per dominum. Secreta.

Suscipe domine preces & hostias ecclesię tuę pro salute famuli tui supplicātis: & in protectione fidelium populorum antiqua brachij tui operare miracula: vt, superatis pacis inimicis: secura tibi seruiat Christiana libertas. Per dñm. Postcōio.

Deus, qui ad prędicandū ęterni regis euangelium, Romanum imperiū pręparasti: prętēde famulo tuo imperatori nostro N. arma cęlestia: vt pax ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per do.

Pro Rege. Oratio.

Quęsumus oīpotens deus: vt famulus tu⁹ N. rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutū etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus & vitiorum monstra deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratiosus valeat peruenire. Per dominum nostrū. Secre.

Mune-

Munera, quesum⁹ domine, oblata sanctifica: vt, ⁊ nobis vnigeniti tui corpus ⁊ sanguis fiant: ⁊ regi nostro ad obtinendam anime corporisque salutem: ⁊ ad peragendum iniunctuz officiũ, te largiente, vsquequaque proficiant. Per eundẽ dominum. Postcommunio.

Haec domine oblatio salutaris famulum tuũ N. regem nostruz ab omnibus tueatur aduersis: quatenus ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatem: ⁊ post illius tẽporis decursuz, ad eternam perueniat hereditatem. Per dominũ nostrũ.

Pro prelatis, ⁊ congregationibus eis commissis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui facis mirabilia magna solus: pretende super famulos tuos, ⁊ super congregationes illis commissas, spirituz gratie salutaris, ⁊ vt in veritate tibi placeant, perpetuuz eis rorem tue benedictionis infunde. Per do. in vni. eiusd. Secreta.

Hostias domine famulorũ tuoruz placatus intende: ⁊ quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebram⁹, proficere sibi sentiãt ad medelam. Per dñm. Postcõio.

Quos celesti recreas munere, perpetuo domine comitare presidio: ⁊ quos fouere nõ desinis, dignos fieri sempiterna redemptione cõcede. Per do.

Pro cõgregat. ⁊ familia. Oro.

Defende, quesumus dñe, beata Maria semper virgine intercedente, istam ab omni aduersitate familiam: ⁊ toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuére clementer insidijs. Per dominum. Secreta.

Suscipe, quesum⁹, clementer omnipotẽs deus, oblationez nostre deuotionis: ⁊ per virtutem huius sacramenti, famulos tuos à cunctis protege aduersitatibus. Per dominum nostrum ⁊c. Postcommunio.

Sumptis redemptionis nostre muneribus: presta, quesumus omnipotens deus, eorũ nobis celebratione tue ꝓtectionis contra omnes aduersitates subsidium. Per dominum no.

Pro concordia in cõgregatione seruanda. Oratio.

Deus largitor pacis, ⁊ amator charitatis: da famulis tuis veram cum tua voluntate concordiã: vt ab omnibus, que nos pulsant, tentationibus liberemur. Per dominũ. Secreta.

His sacrificijs, dñe, quesumus, concede placatus: vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per dominuz. Postcomunio.

Spiritũ nobis dñe tue charitatis infunde: vt, quos vno pane celesti satiasti, tua facias pietate cõcordes. Per do. in vnitate eiusdem spiritus san.

¶ Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

ECclesię tuę, quęsum⁹ dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per. Secreta.

PRotege nos dñe tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum. Postcommunio.

QUęsumus, domine de⁹ noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacére periculis. Per dñm nostrum.

Contra persecutores, & maleagentes. Oratio.

HOstium nostrorum, quęsum⁹ domine, elide superbiam: & eorum contumaciã dexterę tuę virtute prosterne. Per dominum nostrum. Secreta.

HUius domine virtute mysterij, & à proprijs mundemur occultis, & ab inimicorum liberemur insidijs. Per dominum nostrum. Postcommu.

PRotector noster, aspice deus: & ab inimicorum nos defende periculis: vt, omni perturbatione semota, liberis tibi mentibus seruiamus. Per do.

Tempore belli. Oratio.

OMnipotens, & misericors deus, à bellorum nos, quęsum⁹, turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta pręstabis, si pacẽ déderis mẽtis, & corporis. Per dñm nostrum. Secreta.

SAcrificium domine, quod immolamus, placatus intende: vt, & ab omni nos bellorum eruat nequitia, & in tuę protectionis securitate constituat. Per dominũ. Postcõmunio.

SAcrosancti corporis & sanguinis domini nostri Jesu Christi refectione vegetati, supplices te rogamus oĩpotẽs deus: vt, hoc remedio singulari, ab omnium peccatoruz nos contagione purifices: & à periculoruz munias incursione cunctoruz. Per eundem dñm nostrum.

Pro quacunque necessitate, & re obtinenda. Oratio.

DEus refugium nostrum & virtus: adesto pijs ecclesię tuę precibus auctor ipse pietatis, & pręsta: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum. Secreta.

DA misericors deus: vt hęc salutaris oblatio, & à proprijs nos reatibus indesinenter expediat, & ab omnib⁹ tueatur aduersis. Per dñm. Postcom.

SUmpsimus dñe sacri dona mysterij, humiliter deprecantes: vt, quę in tui commemoratione nos facere pręcepisti, in nostrę ꝑficiãt infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas.

Pro quacũqz tribulatio. Oro.

NE despicias, omnipotens deus, populũ tuũ in afflictione

ctione clamantē: sed ꝓpter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placat⁹. Per dñm. Secr.

SUscipe dñe propitius hostias, quib⁹ ⁊ te placari voluisti, ⁊ nobis salutem potenti pietate restitui. Per do. Postc.

TRibulationem nostram, quęsumus dñe, propitius respice: ⁊ irā tuę indignationis, quā iustè meremur, auerte. P.

Tēpore famis ⁊ pestis. Oratio.

DA nobis, quęsumus dñe, pię supplicationis effectū: ⁊ pestilentiā, famémque propitiatus auerte: vt mortalium corda cognoscant, ⁊ te indignante talia flagella prodire, ⁊ te miserāte cessare. Per dñm. Secre.

DEus, qui humani generis vtranque substantiaꝫ, pręsentium munerū ⁊ alimento vegetas, ⁊ rénouas sacramēto: tribue quęsumus, vt eorum ⁊ corporibus nostris subsidiū nō desit, ⁊ mentibus. Per do. Postc.

GVberna, quęsum⁹ dñe, tēporalib⁹ alimentis: quos dignaris ęternis informare mysterijs. Per dominum nostrū.

Ad pluuiam petendam. Oro.

DEus, in quo viuim⁹, mouemur, ⁊ sumus: pluuiaꝫ nobis tribue cōgruentē: vt pręsentib⁹ subsidijs sufficiēter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per dñm. Secreta.

OBlatis, quęsum⁹ dñe, placare muneribus: ⁊ opportunum nobis tribue pluuię sufficientis auxiliū. Per do. Postc.

DA nobis, quęsumus domine, pluuiam salutarē: ⁊ aridam terrę faciē fluentis cęlestibus dignāter infunde. Per do.

Ad serenitatē petēdā. Oratio.

AD te nos domine clamantes exaudi: ⁊ aeris serenitatē nobis tribue supplicātibus: vt, qui iustè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua p̄ueniente, clementiaꝫ sentiam⁹. Per dominū nostrū. Secreta.

PReueniat nos, quęsumus domine, gratia tua semꝑ, ⁊ subsequat̄: ⁊ has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deférim⁹, benignus assume: vt per intercessionē sanctorum tuorū, cunctis nobis proficiant ad saluteꝫ. Per dominum. Postcommu.

QVęsumus oīpotens de⁹, clementiam tuā: vt inundantiam coerceas imbriuꝫ, ⁊ hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per dominū.

Ad tēpestates repellēdas. Oro.

A Domo tua, quęsumus domine, spiritales nequitię repellantur: ⁊ aerearū discedat malignitas tempestatum. Per dominum nostrum. Secreta.

OFférim⁹ tibi domine laudes ⁊ munera, pro concessis beneficijs gratias referētes, ⁊ pro concedendis semꝑ suppliciter deprecātes. Per d. Postc.

Omni-

OMnipotens sempiterne deus, qui nos ⁊ castigando sanas, ⁊ ignoscendo conseruas: pręsta supplicibꝰ tuis: vt, ⁊ tranquillitatibus huius optatę consolationis lętemur, ⁊ dono tuę pietatis sẽper vtamur. Per.

Pro peste animalium. Oratio.

DEus qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibꝰ, solatia surrogasti: suppliciter te rogamꝰ: vt, sine quibus nõ alitur humana cõditio, nostris facias vsibus nõ perire. Per dominũ nostrũ. Secreta.

SAcrificijs domine placatꝰ oblatis, opem tuã nostris temporibus clementer impende. Per dominum. Postcom.

BEnedictionẽ tuã dñe populus fidelis accipiat: qua corpore saluetur ⁊ mente: ⁊ congruã tibi semper exhibeat seruitutẽ: ⁊ propitiationis tuę beneficia semper inueniat. Per do.

Pro remissiõe peccatorum. Orõ.

DEus, q̃ nullũ respuis, sed quantumuis peccãtibus, per pęnitentiã pia miseratione placaris: respice ꝓpitius ad preces humilitatis nostrę: ⁊ illumina corda nostra: vt tua valeamꝰ implere pręcepta. Per d. Secr.

PResens sacrificium dñe, quod tibi pro delictis nostris offerimꝰ, sit tibi munꝰ acceptum: ⁊ tã viuentibus, quàm defunctis proficiat ad salutem. Per dominum. Postcommu.

EXaudi preces familię tuę omnipotens deus: ⁊ pręsta: vt sancta hęc, q̃ à te sumpsimus, incorrupta in nobis te donante seruentur. Per dominũ.

Pro petitione lacrymarum. Orõ.

OMnipotens, ⁊ mitissime deus, qui sitienti populo fontem viuentis aquę de petra produxisti: educ de cordis nostri duritia compunctionis lacrymas: vt peccata nostra plãgere valeamꝰ, remissionẽmq; peccatorũ, te miserãte, mereamur accipere. Per dominũ. Secreta.

HAnc oblationem, quęsumus dñe deus, quam tuę maiestati pro peccatis nostris offerimus, respice propitius: ⁊ ꝓduc de oculis nr̃is lacrymarum flumina: quibꝰ debita flammarum incẽdia valeant extingui. Per dominum. Postcommu.

GRatiã Spiritꝰ sancti dñe deus cordibus nostris clementer infunde: quę nos gemitibus lacrymarum efficiat maculas nostrorum diluere peccatorũ: atque optatę nobis, te largient: indulgentię pręstet effectũ. Per do. in vnitate eiusdẽ.

Pro tribulatione pctorũ. Orõ.

INeffabilẽ misericordiã tuam nobis dñe clemẽter ostende: vt simul nos ⁊ à peccatis omnibus exuas: ⁊ à pęnis, quas pro his meremur, eripias. Per dominum. Secreta.

PUrificet nos, quęsumus domine,

dñe, muneris presentis oblatio: et dignos sacra participatione perficiat. Per dñm. Postco.

PResta, quesumus dñe: vt, terrenis affectibus expiati ad superni plenitudinem sacramẽti, cuius libauimus sancta, tẽdamus. Per dominuz nostrũ.

Pro deuotis amicis. Oratio.

DEus, qui charitatis dona per gratiã sancti spũs tuorũ cordib9 fideliuz infudisti: da famulis et famulabus tuis, pro quibus tuã deprecamur clemẽtiã, salutem mentis et corporis: vt te tota virtute diligant, et que tibi placita sunt, tota dilectione perficiant. Per dominum. in vntate eiusdem. Secreta.

MIserere, quesumus dñe, famulis et famulab9 tuis, pro quib9 hoc sacrificium laudis tue offerimus maiestati: vt, per hec sancta superne benedictionis gratiam obtineãt, et gloriaz eterne beatitudinis acquirant. Per dominuz. Postcommu.

DIuina libantes mysteria, quesum9 dñe: vt hec salutaria sacramenta illis proficiãt ad prosperitatem et pacem, pro quoruz, quarumqz dilectione, hec tue obtulimus maiestati. Per dominum nostrum et c.

Pro inimicis. Oratio.

DEus pacis, charitatisque amator et custos: da omnibus inimicis nostris pacez charitatémque verã: cunctorũque eis remissionez tribue peccatorum: nósque ab eorum insidijs potenter eripe. Per d. Secre.

OBlatis, quesum9 domine, placare muneribus: et nos ab inimicis nostris clemẽter eripe: eisque indulgentiã tribue delictorum. Per do. Postco.

HAec nos cõmunio domine éruat a delictis: et ab inimicorum defendat insidijs. Per d.

Pro iter agentibus. Oratio.

ADesto dñe supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorũ in salutis tue prosperitate dispone: vt, inter omnes vie et vite huius varietates, tuo semper protegãtur auxilio. Per dominum no. Secreta.

PRopitiare domine supplicationibus nostris: et has oblationes, quas tibi offerim9 pro famulis tuis, benign9 assume: vt viam illoruz, et precedẽte gratia tua dirigas, et subsequẽte comitari digneris: vt de actu atque incolumitate eoruz, secunduz misericordie tue presidia gaudeamur. Per. Postc.

TUa domine famulos tuos superãtes i te, que sumpsimus, sacramenta custodiant: et contra omnes aduersos tueantur incursus. Per dominuz no.

Pro nauigantibus. Oratio.

DEus, qui trãstulisti patres nostros per mare rubrũ, et transuexisti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantan-

cantantes: te suppliciter deprecamur: vt in naui famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis. Per do. Secre.

SUscipe, quęsumus domine, preces famulorum tuorum, cum oblationibus hostiarum: ⁊ tua mysteria celebrantes ab omnib⁹ defende periculis. Per dominum. Postcommu.

SAnctificati diuino mysterio, maiestatem tuam domine suppliciter deprecamur, ⁊ petimus: vt quos donis facis cęlestibus interesse, per signum sanctę Crucis ⁊ à peccatis omnibus abstrahas, ⁊ à periculis cunctis miseratus eripias. Per dominũ. Pro infirmis. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, salus ęterna credentium: exaudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus misericordię tuę imploramus auxiliũ: vt reddita sibi sanitate gratiarũ tibi in ecclesia tua réferant actiones. Per dominum. Secreta.

DEus, sub cuius nutibus vitę nostrę momenta decurrunt: suscipe preces ⁊ hostias famulorum tuorum, pro quibus misericordiam tuam ęgrotantibus imploramus: vt, de quorũ periculo metuimus, de eorum salute lętemur. Per. Postcõio.

DEus, infirmitatis humanę singulare pręsidiũ, auxilij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt, ope misericordię tuę adiuti, ecclesię tuę sancte incólumes repręsentari mereantur. Per dominũ no. Pro cõstituto in carcere. Oro.

DEus, qui beatum Petrum à vinculis absolutum illęsum abire fecisti: famuli tui in captiuitate positi vincula absolue, ⁊ eum ipsius meritis illęsum abire concede. Per dñm n. Secr.

SUper has, quęsumus domine, hostias benedictio copiosa descendat: quę captiui nostri vincula soluat, ⁊ de eius liberatione nos cito lętificet. Per dominũ no. Postcommunio.

PReces nostras, quęsumus domine, cleméter exaudi: ⁊, per hęc sacraméta quę sumpsimus, famulum tuum à vinculis suę captiuitatis absolue. Per d. Pro tentatis ⁊ tribulatis. Oro.

DEus, qui iustificas impiũ, ⁊ non vis mortem peccatorum: maiestaté tuam suppliciter deprecamur: vt, famulos tuos de tua misericordia confidétes, cęlesti prótegas benign⁹ auxilio, ⁊ assidua ꝓtectione cõserues: vt tibi iugiter famulentur, ⁊ nullis tentationibus à te separentur. Per dominum nostrum Jesum Christum. Secre.

HUius, quęsum⁹ domine, virtute mysterij, ⁊ à proprijs nos mũda delictis, ⁊ famulos tuos ab omnibus absolue peccatis. Per dñm. Postcõio.

Puri-

Purificent nos, quesumus domine, sacramenta que sumpsimus: et famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede: vt, qui conscientie reatu constringuntur, celestis remedij plenitudine glorientur. Per dominum.

Ad repellandas malas cogitationes. Oratio.

Omnipotens et mitissime deus, respice propitius preces nostras, et libera corda nostra de malarum tentationibus cogitationum: vt sancti spiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per dominum. in vnitate eiusdem spiritus. Secreta.

Has tibi domine offerimus oblationes pro salute nostra: quatenus animas nostras ab immundis cogitationibus purges, illesasque custodias: et sancti spiritus gratia illuminare digneris. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem. Postcommu.

Deus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina quesumus corda nostra gratie tue splendore: vt digne maiestati tue ministrare, teque eterna charitate diligere valeamus. Per dominum.

Ad postulandam charitatem. Oratio.

Deus, qui diligentibus te facis cuncta prodesse: da cordibus nostris inuiolabilem tue charitatis affectum: vt, desideria de tua inspiratione concepta, nulla possint tentatione mutari. Per dominum no. Secreta.

Deus, qui nos ad imaginem tuam sacramentis renouas et preceptis: perfice gressus nostros in semitis tuis: vt, charitatis donum, quod fecisti a nobis sperari, per hec que offerimus sacrificia, facias apprehendi. Per dominum. Postcommunio.

Sancti spiritus gratia, quesumus domine, corda nostra illuminet: et perfecte charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per dominum. in vnitate eius.

Ad postulandam patientiam. Oratio.

Deus, qui vnigeniti tui patientia antiqui hostis contriuisti superbiam: da nobis, quesumus, que idem pie pro nobis pertulit, digne recolere: sicque exemplo eius, nobis aduersantia equanimiter tolerare. Per eundem dominum. Secreta.

Munera nostre oblationis, quesumus domine, placatus suscipe: que, vt nobis patientie donum condonare digneris, tue deuota offerimus maiestati. Per dominum. Postcommunio.

Sacrosancta domine sumpta mysteria amissam nobis, quesumus, reconcilient gratiam: atque omnimunus patientie in illatis omnibus, semper et vbique protegendo, impertiant. Per dominum.

Ad postulandam continentiam. Oratio.

Ure igne Sancti spiritus renes nostros, et cor nostrum, domine: vt tibi casto corpore seruiamus, et mundo corde placeamus.

mus. Per do. in vni. eius. Secr.

D Irumpe domine vincula peccatorum nostrorum: et vt sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possimus, retribue que ante tribuisti: et salua nos per indulgentiam, quos dignatus es saluare per gratiam. Per dominum nostrum. Postcomu.

D Omine adiutor et protector noster, adiuua nos: et refloreat caro nostra vigore pudicitie, et sanctimonie nouitate: ereptamque de manu tartari in resurrectionis gaudium iubeas presentari. Per dominum no.

Pro salute viuorum. Oratio.

P Retende domine fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirant, et que digne postulant consequi mereantur. Per do. Secreta.

P Ropitiare domine supplicationibus nostris: et has oblationes fidelium tuorum, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignus assume: et, vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio: presta quesumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum. Postcom.

D A fidelibus tuis, quesumus domine, in tua fide et synceritate constantiam: vt in charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab eius integritate vellantur. Per dominum no.

Pro viuis et defunctis. Oratio.

O Mnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul et mortuorum: omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tue clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum. Secreta.

D Eus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quesumus: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus, et nomina omnium fidelium beate predestinationis liber ascripta retineat. Per dominum. Postcommu.

P Urificent nos, quesumus, omnipotens et misericors deus, sacramenta que sumpsimus: et intercedentibus omnibus sanctis tuis, presta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum: sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per dominum no.

¶ Pro ordinandis. Oratio.

E Xaudi, quesumus, domine, supplicum preces: et deuoto

uoto tibi pectore famulātes, ꝑpetua defensione custodi: vt nullis persecutorib⁹ impedit, liberam seruitutē tuis semper exhibeamus officijs. Per do.

Secr.

Huis, quęsumus domine, operare mysterijs: vt hęc munera dignis tibi mentib⁹ offeramus. Per dn̄m.

Postcōio.

Quos tuis dn̄e reficis sacramentis continuis attolle benignus auxilijs: vt tuę redēptionis effectum, ⁊ mysterijs capiamus, ⁊ moribus. Per dn̄m.

Pro consecratione episcoporu.

Adesto supplicationib⁹ nostris op̄s de⁹: ⁊ qd humilitatis nrę gerēdū est ministerio, tuę virtutis īpleat effectu. P.

Sec.

Suscipe domine munera, quę tibi offerim⁹ pro hoc famulo tuo: ⁊ propiti⁹ in eo tua dona custodias. Per dominū.

Consecratus dicit Secreta.

Suscipe domine munera, q̄ tibi offerimus pro me misero famulo tuo: ⁊ propitius in me tua dona custodias. Per d.

Infra actionē dicit consecrator.

Hancigitur oblationez seruitutis nostrę, sed ⁊ cunctę familię tuę, quam tibi offerim⁹ etiaz pro hoc famulo tuo, quez ad episcopatus ordinē promouere dignat⁹ es, q̄sumus domine, vt placatus accipias, ⁊ propitiuz in eo tua dona custodias: vt, quod diuino munere cōsecut⁹ est, diuinis affectib⁹ exequatur: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab ęterna damnatione nos eripi, ⁊ in electorum tuorū iubeas grege numerari. Per Christū d.

Consecrat⁹ dicit.

Hanc igitur oblationē seruitutis nostrę, sed ⁊ cunctę familię tuę, quam tibi offerim⁹ etiam pro me famulo tuo, quē ad episcopatus ordinē promouere dignatus es: quęsum⁹ domine, vt placat⁹ accipias, ⁊ propiti⁹ in me tua dona custodias: vt quod diuino munere cōsecutus sum, diuinis affectibus exequar: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab ęterna damnatione nos eripi, ⁊ in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per do.

Postcōio.

Plenuz, q̄s domine, in nobis remediū tuę miserationis operare: ac tales nos esse ꝑfice propiti⁹, ⁊ sic foue: vt tibi in omnib⁹ placere valeam⁹. Per.

¶ Proprium Missarum pro Defunctis.

¶ Missa in commem. Omniū fideliuz defunctoruz. Introit.



Requiem ęternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Psalmus. Te decet hymnus de⁹ in Siō ⁊ tibi reddetur votū in Je-

in Jerusalem: exaudi orationē meaz, ad te omnis caro veniet. Deinde absolute repetitur Re quiez ęter. vsque ad psal. Oro.

Fidelium, deus, omniū cōditor ꝛ redemptor, animabus famulorū famularūqꝫ tuarum, remissionez cunctorū tribue peccatorū: vt indulgentiā, quā semper optauerūt pijs supplicationibus cōsequātur. Qui viuis, ꝛ regnas cū deo patre, in vnitate spiritus sancti, deus: per oīa sęcula sęculorū. ℟. Amen.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli, ad Corinthios.

1. ca. 15. Fratres: Ecce, mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) ꝛ mortui resurgēt incorrupti: ꝛ nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionez: ꝛ mortale hoc, induere immortalitatē. Cū autez mortale hoc, induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatuz est: virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Jesum Christū dominum nostrum. Graduale.

Requiez ęternā dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iustus: ab auditione mala nō timebit. Tractus. Absolue dn̄e animas omnium fideliū defunctoruz ab omni vinculo delictorū. ℣. Et gratia tua illis succurrēte, mereantur euadere iudiciū vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui. Sequentia.

Dies irę, dies illa,
Soluet seclum in fauilla:
Teste Dauid cum Sibylla.
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus.
Tuba mirum spargēs sonuz,
Per sepulcra regionum,
Coget omnes ante thronuz.
Mors stupebit ꝛ natura,
Cum resurget creatura,
Judicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum sedebit,
Quicquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid suz miser tunc dicturus?
Quem patronuz rogaturus?
Dum vix iustus sit securus.
Rex tremendę maiestatis,
Qui saluādos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Jesu pie,
Quod sum causa tuę vię,
Ne me perdas illa die.
Quęrens me, sedisti lassus:
Redemisti, crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Iustę

Iustę iudex vltionis,
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.
Ingemisco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce deus.
Qui Mariam absoluisti,
Et latronem exaudisti:
Mihi quoque spem dedisti.
Preces meę non sunt dignę:
Sed tu bonus fac benignè.
Ne perenni cremer igne:
Inter oues locum pręsta:
Et ab hędis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Uoca me cum benedictis.
Oro supplex & acclinis:
Cor contritum quasi cinis:
Gere curam mei finis:
Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex fauilla:
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce Deus.
Pie Jesu domine,
Dona eis requiem. Amen.

Seq. scti euang. sm Johannē.

ca 5. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis & turbis Judęorū. Amen amen dico vobis: qa venit hora & nunc est, quādo mortui audiēt vocem filij dei: & q audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitā in semetipso: sic dedit & filio vitā habere in semetipso: & potestatem dedit ei iudiciū facere, qa filius hominis est. Nolite mirari hoc: qa venit hora, in qua oēs qui in monumētis sunt, audient vocem filij Dei. Et procedent qui bona fecérunt, in resurrectionē vitę: qui vero mala egérūt, in resurrectionē iudicij. Offe. Domine Jesu Christe rex glorię, libera animas omnium fidelium defunctorū de penis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanct[9] Michael repręsentet eas in lucem sanctā. Quā olim Abrahę promisisti, & semini ei[9]. ℣. Hostias & preces tibi dñe laudis offérimus: tu suscipe pro animabus illis, quarū hodie memoriā facimus: fac eas dñe de morte trāsire ad vitā. Quā olim. Secreta.

Hostias, q̄s dñe, quas tibi pro animabus famulorū famularúmq; tuarū offérim[9], propitiatus intende: vt quibus fidei Christianę meritū contulisti, dones & pręmiū. Per do. Cōio. Lux ęterna luceat eis dñe, Cū sanctis tuis in ęternū: qa pius es. ℣. Requiē ęternā dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. Postcom.

Animabus, q̄s domine, famulorū famularúmq; tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuę redemptionis facias esse participes. Qui viuis & regnas cum Deo. Dicto Dominus vobiscum, Dicitur Requie-

quiescant in pace. ℞. Amen. & non datur benedictio. Sed dicto secretè Placeat tibi sancta. dicitur euang. secundum Johannem. In principio erat verbum.

¶ In die obitus, seu depositionis defuncti. Introitus.



Requiē ęternā dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddet votū in Jerusalē: exaudi orationē meā, ad te omnis caro veniet. Requiē eternā. Oro.

Deus, cui proprium est misereri semper & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam de hoc sęculo hodie migrare iussisti: vt non tradas eam in manibus inimici, neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eam à sanctis angelis suscipi, & ad patriam paradisi perduci: vt quia in te sperauit & credidit, non pęnas ęternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per dominum nostrū.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

1.C.4. Fratres: Nolumus vos ignorare de dormiētibus, vt non cōtristemini, sicut & cęteri qui spem nō habent. Si enim credimus quòd Jesus mortu⁹ est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierūt per Jesū, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui residui sum⁹, in aduentu domini non pręueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse domin⁹ in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de cęlo: & mortui qui in Christo sunt, resurgēt primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur: simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā Christo in aera: & sic semper cum domino erimus. Itaque cōsolamini inuicē in verbis istis. Grad.

Requiem ęternā dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iustus: ab auditione mala nō timebit. Tract⁹. Absolue domine animas omniū fidelium defunctorū ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereātur euadere iudiciū vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui. Sequentia. Dies irę. &c. vt sup. fo. 278.

Seq. scti euāg. secundum Johannem.

J.11. In illo tpe: Dixit Martha ad Jesum. Dñe, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nūc scio, quia quęcunque poposceris à Deo, dabit tibi deus. Dicit ei Jesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dixit ei Jesus. Ego sum resurrectio & vita.

Qui

Qui credit in me: etiã si mortu⁹ fuerit, viuet. Et omnis q viuit, ꝛ credit in me: nõ morieẽ in eternũ. Credis hoc? Ait illi. Utiqz domine, ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Offert.

Domine Jesu Christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorũ de penis inferni, ꝛ de profũdo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, nec cadant in obscurũ: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam: Quaz olim Abrahe promisisti, ꝛ semini eius. ℣. Hostias ꝛ preces tibi dñe laudis offérim⁹: tu suscipe pro animab⁹ illis, quarũ hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte trãsire ad vitam. Quam olim. Secreta.

Propitiare, quesum⁹ dñe, anime famuli tui N. pro quo tibi hostiam laudis immolamus, maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt per hec pie placationis officia, peruenire mereatur ad requiem sempiternam. Per dominũ nostruz. Cõmunio. Lux eterna luceat eis domine: Cum sanctis tuis in eternum: quia pius es. ℣. Requiem eternam dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. Postcõmunio.

Presta, q̃s, oĩps deus: vt anima famuli tui N. que hodie de hoc seculo migrauit, his sacrificijs purgata, ꝛ à peccatis expedita, indulgentiã pariter ꝛ vitã capiat sempiternã. Per do.

¶ In die tertio, septimo, ꝛ trigesimo depositionis defuncti, dñ Missa vt supra, exceptis orõnibus, que dicũtur vt infra. Oro.

Quesumus domine: vt anime famuli tui, cuius depositionis diem tertiuz, vel septimum, vel trigesimuz, commemoramus, sanctorum, atque electorum tuorum largiri digneris consortiuz: ꝛ rorem misericordie tue perennem infundas. Per dominũ. Secre.

Munera, quesumus domine, que tibi pro anima famuli tui offérimus, placatus intende: vt remedijs purgata celestibus, in tua pietate requiescat. Per dominũ. Postcõmunio.

Suscipe dñe preces nostras ꝑ anima famuli tui: vt, si que ei macule de terrenis cõtagijs adheserunt, remissionis tue misericordia deleátur. Per do.

¶ In Anniuersario defunctorum. Introitus.



Equiez eternã dona eis dñe ꝛ lux ꝑpetua luceat eis. Ps. Te decet hymn⁹ De⁹ in Siõ, ꝛ tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meã, ad te omnis caro

caro veniet. Requiē ęter. Oro.

Deus indulgentiarum domine, da animabus famulorum famularúmque tuarum, quorum anniuersarium depositionis diem commemoramus, refrigerij sedez, quietis beatitudinem, z luminis claritatem. Per dominum nostrum zc.

Lectio libri Machabęorum.

2. ca. 12. In diebus illis. Vir fortissimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuoruz sacrificiū, iustè z religiosè de resurrectione cogitans. (Nisi enim eos q ceciderant, resurrecturos speraret, superfluū videret z vanum orare pro mortuis.) Et qa cōsiderabat quòd hi qui cū pietate dormitionē acceperāt, optimam haberent repositā gratiā. Sancta ergo z salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt à peccatis soluantur. Gradua.

Requiem ęternam dona eis dñe: z lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Absolue domine animas omnium fideliuz defunctorū ab omni vinculo delictorum. ℣. Et, gratia tua illis succurrente, mereātur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui. Sequentia. Dies irę, z in sequēti missa pro arbitrio sacerdotis.

Seq. scti euāg. ſm Johannem.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis, z turbis Judęorū. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: z euz, qui venit ad me, non eijciam foras. Ca. 6. Quia descendi de cęlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hęc est autem voluntas eius, q misit me, patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resuscitez illud in nouissimo die. Hęc est autem voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium, z credit in euz: habeat vitam ęternam. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die.

Offerto. Domine Jesu Christe rex glorię libera animas omnium fidelium defunctoruz de pęnis inferni, z de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscuruz: sed signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucem sanctā. Quam olim Abrahę promisisti, z semini eius. ℣. Hostias z preces tibi domine laudis offérimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim.

Secreta.

Propitiare dñe supplicationibus nostris, pro animab⁹ famulorū famularúmqz tuarum, quorum hodie annua dies agitur, pro quibus tibi of

ferimus sacrificiũ laudis: vt eas sanctorum tuorũ consortio sociare digneris. Per dominũ.

Cōmunio. Lux eterna luceat eis domine, Cũ sanctis tuis in eternum: quia pius es. ℣. Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Cũ sanctis tuis. Postcommunio.

Presta, q̃s dñe: vt anime famulorũ famularumque tuarum, quorum anniuersariũ depositionis diem cōmemoramus, his purgate sacrificijs, indulgentiam pariter & requiem capiant sempiternam. Per do.

¶ Si p vno fiat anniuersariũ, predicte orationes dicantur in singulari numero.

¶ In missis quotidianis defunctorum. Introitus.



Requiē eternā dona eis dñe: & lux ppetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votũ in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te ols caro veniet. Requiē eter.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Oratio.

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta, q̃s: vt eorum quoq3 perpetuo aggregentur cōsortio. Per dominũ.

Pro defunctis fratribus ppinquis, & benefactoribus. Oratio.

Deus, venie largitor, & humane salutis amator, q̃s clementiam tuam: vt nostre cōgregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc seculo transiérunt: beata Maria semper virgine intercedēte, cũ omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominũ.

Pro fidelibus defunctis, generalis. Oratio.

Fideliũ, deus, omniũ conditor & redemptor, animabus famulorum famularumq3 tuarum, remissionem cunctorũ tribue peccatorũ: vt indulgentiam, quam semper optauérũt, pijs supplicationib⁹ consequantur. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate spiritus.

Lectio libri Apocalypsis beati Johannis apostoli.

In dieb⁹ illis. Audiui vocem de celo, dicentē mihi. Scribe: Beati mortui, qui in domino moriunt. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescāt a laboribus suis. Opera enim illorũ sequunt illos. Graduale. Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala nō timebit. Tract. Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum

ctoruz ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereátur euádere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui.

Seq. scti euág. sm Johánnem.

ca. 6. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis ⁊ turbis Judęorum. Ego sum panis viuus, qui de cęlo descẽdi. Siquis mãducauerit ex hoc pane, viuet in ęternuz. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mũdi vita. Litigabant ergo Judęi adinuicem, dicẽtes. Quomodo potest hic nobis carnem suaz dare ad manducanduz? Dixit ergo eis Jesus. Amen, amen dico vobis: nisi mãducauéritis carnem filij hominis, ⁊ bibéritis eiꝰ sanguinem, non habebitis vitaz in vobis. Qui manducat meã carnem, ⁊ bibit meuz sanguinẽ, habet vitã ęternã. Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die.

Offert.

Domine Jesu Christe rex glorię, libera animas omnium fidelium defunctorũ de pęnis inferni, ⁊ de ꝓfundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurũ: sed signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahę ꝓmisisti, ⁊ semini eius. ℣. Hostias ⁊ preces tibi domine laudis offérimꝰ: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Secreta.

Suscipe domine quęsumꝰ, pro animabus famuloruz tuorum pontificuz, seu sacerdotuz, quas offérimus hostias: vt quibus in hoc sęculo põtificale, seu sacerdotale donasti meritũ, in cęlesti regno sanctorũ tuorũ iubeas cõiungi consortio. Per.

Pro defunctis fratribꝰ, propinquis, ⁊ benefactoribus. Secre.

Deus, cuiꝰ misericordię nõ est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostrę: ⁊ animabus fratrum, propinquorum, ⁊ benefactorũ nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per hęc sacramẽta salutis nostrę cunctoruz remissionem tribue peccatorũ. Per do.

Pro fidelibus defunctis. Secre.

Hostias, quęsumus domine, quas tibi, ꝓ animabus famulorũ famularúmque tuarum offérimus, propitiatus intende: vt, quibꝰ fidei christianę merituz contulisti, dones ⁊ pręmium. Per do.

Communio.

Lux ęterna luceat eis domine, Cum sanctis tuis in ęternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternaz dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Postcommunio.

Prosit, quęsumꝰ domine, animabus famulorũ tuorum

rum pontificum seu sacerdotũ, misericordię tuę implorata clemẽtia: vt ei⁹, in quo sperauerũt et crediderunt, ęternũ capiant te miserante consortium. Per do.

Pro defunctis fratrib⁹, propinquis, et benefactoribus. Postc.

PResta, quęsumus, omnipotens et misericors deus: vt animę fratrum, propinquoruz, et benefactoruz nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuę obtulimus maiestati: per huius virtutem sacramenti à peccatis omnib⁹ expiatę lucis perpetuę, te miserante, recipiant beatitudinem. Per dñm. Pro fidelibus defunctis. Postcommu.

ANimabus, quęsumus domine, famulorum famularúmque tuaruz oratio proficiat supplicantiũ: vt eas et à peccatis omnib⁹ éxuas, et tuę redemptionis facias esse participes. Qui viuis et regnas cũ Deo patre etc.

¶ Epistolę et Euangelia superius posita in vna missa pro defunctis, dici possunt etiam in alia missa pro defunctis.

¶ Orõnes diuersę p dfunctis.

¶ In die depositionis, et anniuersario Summi Pontificis, dicitur prima Missa, vt supra fol. 278. preter orationes, quę dicuntur vt infra. Oratio.

DEus, qui inter summos sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: pręsta, quęsumus: vt, qui vnigeniti filij tui vices in terris gerebat, sanctorum tuoruz pontificum cõsortio perpetuo aggregetur. Per eundem. Secreta.

SUscipe, quęsum⁹ domine, pro anima famuli tui N. summi põtificis quas offérim⁹ hostias: vt cui in hoc sęculo pontificale donasti meritum, in cęlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per dominuz nostrũ. Postcõmunio.

PRosit, quęsumus domine, animę famuli tui N. summi pontificis misericordię tuę implorata clemẽtia: vt eius in quo sperauit et credidit, ęternuz capiat te miserante consortium. Per dominum nostrum.

Pro defuncto Ep̃o dicitur prima missa, vt supra. folio. 278. Oratio vt infra. Oratio.

DEus, q̃ inter apostolicos sacerdotes, famulum tuũ pontificali fecisti dignitate vigere: pręsta quęsumus: vt eorum quoqz perpetuo aggregetur consortio. Per dominũ. Secreta.

SUscipe domine, quęsum⁹, pro anima famuli tui pontificis, quas offérimus hostias: vt, cui in hoc sęculo pontificale donasti meritũ, in cęlesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi consortio. Per dominuz nostrum etc. Postcõmunio.

PRosit, quęsumus domine, animę famuli tui pontificis

cis misericordie tue implorata clementia: vt eius in quo sperauit & credidit, eternum capiat te miserante consortiuz. Per do.

¶ Pro defuncto sacerdote dicitur eadē oratio, sed vbi dicitur, pontificali, dicatur sacerdotali: Si fuerint plures, dicatur vt supra in quarta missa. folio. 248.

Pro defuncto Epo, alia Oro.

DA nobis, q̄s dn̄e: vt animā famuli tui Episcopi, quaz de seculi eduxisti laborioso certamine, sanctorū tuoruz cetui tribuas esse ꝯsortē. Per do. Secr.

ANnue nobis domine: vt anime famuli tui Episcopi hec prosit oblatio: quā immolādo totius mūdi tribuisti relaxari delicta. Per do. Postcōio.

HIs sacrificijs, quesumus, omnipotēs Deus: vt purgata anima & spirit⁹ famuli tui Episcopi ad indulgentiam & refrigerium sempiternum peruenire mereatur. Per dominuz.

Pro defuncto sacerdote alia Oratio.

PResta, quesum⁹, domine, vt anima famuli tui sacerdotis, quem in hoc seculo commorantem sacris munerib⁹ decorasti, in celesti sede gloriosa semp exultet. Per do. Secreta.

SUscipe, q̄s dn̄e, ꝑ anima famuli tui sacerdotis, quas offerim⁹ hostias, vt cui sacerdotale donasti meritum, dones & premiuz. Per dn̄m. Postcom.

PResta quesum⁹, omnipotens Deus: vt animam famuli tui sacerdotis in cōgregatione iustorū eterne beatitudinis iubeas esse consortē. Per d.

Pro vno defuncto. Oratio.

INclina domine aurē tuam ad preces nostras, quibus misericordiā tuā supplices deprecamur: vt animaz famuli tui, quā de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas: & sanctorum tuoruz iubeas esse consortem. Per dominum nostrum &c. Secreta.

ANnue nobis, quesumus dn̄e: vt anime famuli tui hec prosit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum nostrum Jesum &c. Postcom.

ABsolue, quesumus domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria, inter sanctos & electos tuos, resuscitatus respiret. Per dominuz nostrū.

Pro vna defuncta. Oratio.

QUesum⁹ domine, pro tua pietate miserere anime famule tue: & à contagijs mortalitatis exutam, in eterne saluationis partem restitue. Per dominum nostrum Jesuz. Secreta.

HIs sacrificijs, quesumus dn̄e, anima famule tue à peccatis omnibus exuatur, sine quibus à culpa nemo liber extitit: vt per hec pie placationis officia,

officia, perpetuā misericordiā consequatur. Per do. Postcō.

Inueniat, quesum⁹ domine, anima famule tue lucis eterne consortium: cuius perpetue misericordie cōsecuta est sacramentum. Per dominum n.

Pro patre & matre. Oratio.

Deus, qui nos patrem & matrē honorare precepisti: miserere clemēter animab⁹ patris & matris mee: eorúmq; peccata dimitte: méque eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per dominum nostrū. Secre.

Suscipe sacrificiū domine, quod tibi pro animab⁹ patris & matris mee óffero: eísque gaudium sempiternū in regione viuorum concede: méq; cū illis felicitati sanctorū cōiunge. Per dominum no. Postcōio.

Celestis participatio domine sacramēti, animab⁹ patris & matris mee requiē & lucē obtineat perpetuā: méq; cū illis grā tua coronet eterna. P.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactorib⁹. Orō.

De⁹ venie largitor, & humane salutis amator, q̄sum⁹ clementiam tuam: vt nostre cōgregationis fratres, ꝓpinquos & benefactores, qui ex hoc seculo transiérūt: beata Maria semper virgine intercedente cū omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per do. Secre.

Deus, cui⁹ misericordie nō est numer⁹, suscipe propitius preces humilitatis nostre: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorū nostrorū, quibus tui nominis dedisti cōfessionē, per hec sacramenta salutis nostre cunctorū remissionem tribue peccatorū. Per dominum nostrum. Postcōmu.

Presta, quesum⁹ omnipotens & misericors deus: vt anime fratrum, propinquorū, & benefactorum nostrorū, pro quibus hoc sacrificiū laudis tue obtúlimus maiestati, per huius virtutem sacramenti, à peccatis omnib⁹ expiate, lucis perpetue te miserante recipiāt beatitudinem. Per dominum nostrum.

Pro his, qui in cemeterio requiescunt. Oratio.

Deus, cui⁹ miseratione anime fidelium requiescunt, famulis & famulab⁹ tuis omnibus, hic & vbiq; in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt à cūctis reatibus absoluti, tecū sine fine letentur. Per eundem dominū. Secre.

Pro animabus famulorū famularúmq; tuarum, & omniū catholicorū, hic, & vbique in Christo dormientiū, hostiam domine suscipe benign⁹ oblatam: vt hoc sacrificio singulari vinculis horrēde mortis exute vitam mereantur eternā. Per eundem. Postcōmunio.

Deus, fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris: et da famulis et famulabus tuis, quorum corpora hic et vbique in Christo requiescunt, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per eundem dominum nostrum.

Pro fidelibus defunctis generalis. Oratio.

Fidelium, deus omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur. Qui viuis et regnas cum.

Secre.

Hostias, quesumus domine quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei christiane meritum contulisti, dones et premium. Per dominum.

Postcommu.

Animabus, quesumus domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis omnibus exuas, et tue redemptionis facias esse participes. Qui viuis et regnas cum Deo patre. in vni.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semper, et parcere: propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, et omnia eorum peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis absolute, transire mereantur ad vitam. Per dominum nostrum.

Secreta.

Annue nobis domine: vt animabus famulorum famularumque tuarum hec prosit oblatio: quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum.

Postcommu.

Deus, cui soli competit medicinam prestare post mortem: presta quesumus: vt anime famulorum famularumque tuarum terrenis exute contagiis, in tue redemptionis parte numerentur. Qui viuis et regnas cum deo.

Alia pluralis vt supra. Oratio.

Animabus, quesumus domine, famulorum famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam: vt eis proficiat in eternum, quod in te sperauerunt et crediderunt. Per dominum nostrum Jesum etc.

Secre.

His domine, quesumus, placatus intende muneribus: et quod ad laudem tui nominis supplicantes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per dominum nostrum Jesum Christum filium etc.

Postcomio.

Supplices domine pro animabus famulorum famularumque tuarum preces effundimus, obsecrantes: vt, quicquid conuersatione contraxerunt humana, et clementer indulgeas, et in tuorum sede letantium constituas redemptorum. Per dominum nostrum Jesum Christum etc.

¶ Ordo

¶ Ordo ad faciendam aquam benedictam.

Die dñica, i sacristia pparato sale ꝛ aqua, sacerdos celebraturus Missã, vel alius ad id deputat⁹, alba vel superpelliceo indut⁹ cũ stola circa collũ, primo dicit ℣. Adiutoriũ nr̃uz i noı̄e dñi. ℟. Qui fecit cęlũ ꝛ terraz. Deinde absolute incipit exorcismũ salis.

Exorcizo te, creatura salis, per Deum ✠ viuum: per deum ✠ verũ: per deũ ✠ sanctum: per deum qui te per Eliseuz prophetam in aquaz mitti iussit, vt sanaret̃ sterilitas aquę: vt efficiaris sal exorcizatuz, in salutem credentiũ, ꝛ sis omnibus sumentibus à te sanitas animę ꝛ corporis: ꝛ effugiat atque discedat à loco in quo aspersum fueris, omnis phantasia ꝛ nequitia vel versutia diabolicę fraudis, omnísqz spiritus immũdus adiuratus, Per euz qui venturus est iudicare viuos, ꝛ mortuos, ꝛ sęculũ p ignẽ. ℟. Amen. Orõ.

Immensaz clementiã tuã, omnipotens ęterne de⁹, humiliter imploram⁹: vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene✠dicere, ꝛ sancti✠ficare tua pietate digneris: vt sit omnib⁹ sumentibus salus mentis ꝛ corporis: ꝛ quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omníqz impugnatione spiritalis neqtię. Per dominum nostrũ Jesum Christum filiũ tuũ qui tecũ ꝛc. Exorcism⁹ aquę: ꝛ dicatur absolutè.

Exorcizo te creatura aquę in noı̄e dei ✠ patris oı̄potentis, ꝛ in noı̄e ✠ Jesu Christi filij eius dñi nostri, ꝛ in virtute sancti ✠ spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandã omnẽ potestatem inimici, ꝛ ipsum inimicũ eradicare ꝛ explantare valeas cũ angelis suis apostaticis: per virtutem eiusdẽ dñi nostri Jesu Christi: qui ventur⁹ est iudicare viuos, ꝛ mortuos, ꝛ sęculũ per ignẽ. ℟. Amen. Oratio.

Deus, qui ad salutẽ humani generis maxima quęqz sacramenta in aquarum substãtia condidisti: adesto propitius inuocationib⁹ nostris, ꝛ elemẽto huic multimodis purificationibus pręparato, virtutem tuę bñ✠dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiẽs, ad abigendos dęmones, morbósque pellẽdos, diuinę gratię sumat effectum: vt quicquid in domib⁹, vel in locis fideliũ, hęc vnda resperserit, careat oı̄ immunditia, liberetur à noxa: nõ illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedãt omnes insidię latẽtis inimici: ꝛ siquid est, quod aut ı̄columitati habitantiuz inuidet, aut quieti, aspersione hui⁹ aquę effugiat: vt salubritas per inuocationez sancti tui nominis expetita, ab omni-

omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominũ nostruz. Hic mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel.

Commistio salis ꝛ aque pariter fiat: in nomine patris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cuz spiritu tuo. Oro.

Deus inuicte virtutis auctor, ꝛ insuperabilis imperij rex, ac semp magnificus triũphator: qui aduerse dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis seuitiam superas: qui hostiles nequitias potẽter expugnas: te domine tremẽtes ꝛ supplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam salis ꝛ aque dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tue rore sanctifices: vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationẽ sancti tui nominis, oĩs infestatio immundi spiritus abigatur: terrorqz venenosi serpentis procul pellat: ꝛ presentia sancti spiritus nobis misericordiã tuam poscentibus, vbique adesse dignetur. Per dominũ nostruz.

¶ Finita benedictione Sacerdos celebraturus indutus pluuiali coloris officio cõueniẽtis, accedit ad altar: ꝛ ibi ad gradus cũ ministris genuflexus, accipit a Diacono aspersoriũ: ꝛ primo ter aspergit altar, deinde se ꝛ ministros, incipiens Aiam. Asperges me: ꝛ chorus prosequitur, Dñe hyssopo, ꝛc. vt infra. Interim celebrans aspergit clerum, deinde populuz dicens psalm. Miserere mei. cuz Gloria p. Antiphona. Asperges me domine hyssopo, ꝛ mundabor: lauabis, me, ꝛ super niuem dealbabor. psalm⁹. Miserere mei deus scdm magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Sicut erat in principio ꝛ nũc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum. Amen. Et repetitur antipho. Asperges me dñe. Supradicta antipho. predicto modo dicatur in aspersione aque benedicte in dominicis per totum annũ: excepto quod in dominica de passione, ꝛ in dominica palmaruz nõ dicitur Gloria patri. Sed post psalmũ Miserere mei. repetitur immediate aña. Asperges me domine. Excepto etiaz tempore paschali, scilicet a dominica pasche vsque ad pẽtecostem: quo tempore cãtatur Antiphona. Uidi aquaz egrediẽtem de templo a latere dextro, halah: ꝛ omnes, ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt, ꝛ dicent, haleluiah, halah. ps. Confitemini domino, quoniã bonus: quoniã in seculum misericordia ei⁹. ℣. Gloria patri. Repetit antipho. Uidi aquaz. In octaua vero pentecostes resumit Aña. Asperges me dñe. Finitis antiphonis supradicto modo:

Hoc modo: sacerdos q aspersit aquã, reuersus ad altare, ante gradus altaris stãs dicat ℣. Ostẽde nobis dñe misericordiã tuã. Et tẽpore paschali addit Halaluiah. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationez meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cuz spiritu tuo. Oratio.

Exaudi nos, dñe sancte, pater omnipotens, eterne deus: ⁊ mittere digneris sanctũ angelum tuum de celis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Benedictio agni paschalis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Deus, qui per famulum tuum Moysen: in liberatione populi tui de Aegypto agnũ occidi iussisti in similitudinẽ domini nostri Jesu Chri, ⁊ vtrosque postes domorũ de sanguine huius agni perungi precepisti: ita bene ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare digneris hanc creaturaz carnis, quam nos famuli tui ad laudẽ tuã sumere desideram⁹, per resurrectionẽ dñi nostri Jesu Christi: Qui tecum viuit ⁊ regnat i secula seculorum. ℟. Amẽ. Et postmodũ aspergitur aqua bñdicta.

¶ Benedictio panis.

℣. Adiutoriũ nostrũ i nomine dñi. ℟. Qui fecit celũ ⁊ terraz. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spi.

Domine Jesu Christe, panis angelorũ, panis viu⁹, ⁊ eterne vite, bene ✠ dicere dignare panem istũ, sicut benedixisti quinque panes in deserto: vt omnes ex eo dignè gustãtes, inde corporis ⁊ anime desiderabilem percipiant sanitatẽ. Per Christũ dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio nouorũ fructuũ.

℣. Adiutoriũ nostruz in nomine domini. ℟. Qui fecit celuz ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine hunc nouum fructum ℟. ⁊ presta: vt qui ex eo in tuo sancto nomine vescẽt, corporis ⁊ anime salute potiatur. Per dominum nostrum Jesum Christuz filiũ. Et aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio ad quodcunqz comestibile.

℣. Adiutorium nostrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit celuz ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine creaturaz istam ℟. vt sit remediũ salutare generi humano: ⁊ presta per inuocationem sancti nominis tui: vt quicũqz ex ea sumpserint, corporis sanitatez, ⁊ anime tutelã accipiãt. Per d.

Asper-

Aspergat id cũ aqua benedicta.

¶ Benedictio candelarum.

℣. Adiutorium nostruz in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Domine Jesu Christe fili dei viui, bene ✠ dic candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis domine ꝑ virtutem sanctę cru ✠ cis benedictionem cęlestem, qui eas ad repellẽdas tenebras humano generi tribuisti: talẽmque benedictionem signaculo sanctę cru ✠ cis accipiant, vt quibuscunqꝫ locis accẽsę, siue positę fuerint, discedant principes tenebrarum, ⁊ contremiscant, ⁊ fugiant pauidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec pręsumãt amplius ingetare aut molestare seruientes tibi oĩpotenti deo. Qui viuis ⁊ regnas in vnitate spiritus sancti ⁊c. Postmodũ aspergãtur aqua benedicta.

¶ Benedictio loci.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine Deus omnipotens locuz istum: vt sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, ⁊ mansuetudo, plenitudo legis, ⁊ gratiarũ actio deo patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto: ⁊ hęc benedictio maneat super hunc locuz, ⁊ sup habitantes in eo. Per Christũ dominum nostrum. ℟. Amẽ.

Aspergãtur aqua benedicta.

¶ Benedictio domus nouę.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Te deum patrem omnipotentem suppliciter exoramus ꝑ hac domo, ⁊ pro eius habitatoribus ac rebus: vt eam bene ✠ dicere, ⁊ sanctificare ac bonis omnibꝰ ampliare digneris. Tribue eis domine de rore cęli abundantiam, ⁊ de pinguedine terrę, vitę substantiam, ⁊ desideria voti eorum ad effectũ tuę miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum benedicere ✠ ⁊ sanctificare dignare hãc domũ, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, ⁊ Jacob: ⁊ intra parietes domus istius angeli tuę lucis inhabitẽt, eámque, ⁊ eius habitatores custodiant. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio thalami.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine thalamum hunc ⁊ omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, ⁊ in tua volũtate permaneant, ⁊ senescãt, ⁊ multiplicet

tur in longitudine dierũ. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

¶ Benedicio nouę nauis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

PRopitiare domine supplicationibus nostris: ⁊ bene ✠ dic nauim istam dextra tua sancta, ⁊ omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulanti in diluuio. Porrige eis dñe dexterã tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulãti supra mare: ⁊ mitte sanctum angelum tuũ de cęlis, qui liberet ⁊ custodiat eam semper à periculis vniuersis, cũ omnibus quę in ea erunt: ⁊ famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper cursúqz trãquillo tuearis, transactisqz, ritéqz perfectis negocijs omnibus, iterato tẽpore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum: Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus, per oĩa sęcula sęculorum. ℟. Amen. Aspergat nauim ac[illegible]dicta.

¶ Benedictio sace[illegible] ind[illegible]umentorum[illegible]

℣. A[illegible]torium nostr[illegible] in nomin[illegible]mini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ [illegible]am. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo: Oremus.

OMnipotens sempiterne deus, qui per Moysen famulum tuum pontificalia sacerdotalia atque leuitica vestimenta ad explendum ministeriũ eorum in conspectu tuo ad honorem ⁊ decorẽ nominis tui fieri decreuisti: adesto propitius inuocationibus nostris: ⁊ hęc indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostrę humilitatis seruitutem puri ✠ ficare, bene ✠ dicere, ⁊ conse ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus ⁊ sacris mysteriis apta ⁊ benedicta existant: hisque sacris vestibus pontifices, sacerdotes, seu leuitę tui induti, ab omnib9 impulsionibus seu tentationibus malignorum spirituũ muniti ⁊ defensi esse mereantur: tuisque mysterijs aptè ⁊ cõdignè seruire ⁊ inhęrere, atque in his tibi placitè ⁊ deuotè perseuerare tribue. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Alia oratio.

DEus, inuictę virtutis auctor, ⁊ omnium rerũ creator ac sanctificator: intende propitius preces nostras: ⁊ hęc indumenta leuiticę ⁊ sacerdotalis glorię ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✠ dicere, conse ✠ crare, ⁊ sancti ✠ ficare digneris: omnesq; eis vtentes,

tuis

tuis mysterijs aptos, & tibi in ✠ devotè & amabiliter seruientes, gratos effici concedas. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen. Oremus.

Domine deus omnipotens, qui vestimenta pontificibus, sacerdotibus, & leuitis, in vsum tabernaculi, fęderis necessaria, Moysen famulum tuũ agere iussisti, eúmq; spiritu sapientię ad id peragendum repleuisti: hęc vestimenta in vsum & cultum mysterij tui sancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris: atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministerij congruentis immortalitate vestiri. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

FINIS.

Series chartarum.

ab. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes sunt quaterniones, pręter b, qui est quinternio & Nn, ternionem,

VENETIIS,
Apud Franciscum Rampazetum.
MDLXXIII

